THESAURUS HISPANO-LATINUS

UTRIUSQUE LINGUÆ

VERBIS ET PHRASIBUS ABUNDANS:

PRIMUM A P. BARTHOLOMÆO BRAVO

è Societate Jesu inventus:

DEINDE

A P. PETRO DE SALAS

ex eadem Societate locupletatus.

Posteà multis dictionibus, formulisque elegantibus auctus & excultus, particulisque ad orationem perpoliendam obiter explicatis, illustratus

A P. VALERIANO REQUEJO IN

Provincia Castellana ejusdem Societatis Humaniorum litterarum Professore.

Editio Novissima auctior & emendatior.

SUPERIORUM PERMISSU:

BARCINONE: Ex Typographia Conjugum Sierra & Martí

Anno MDCCLXXXXI.

NOS DON AGUSTIN DE ALMARZA, PRESBITERO, Doctor en ambos Derechos, Abogado de los Reales Consejos, Inquisidor Ordinario, Dignidad de Tesorero de la Santa Iglesia Cathedral de esta Ciudad, en lo espiritual, y temporal Provisor, y Vicario General por el Ilmo. Sr. D. Gavino de Valladares y Mesia, por la gracia de Dios, y de la Santa Sede Apostolica Obispo de Barcelona, del Consejo de S. M., &c.

POr las presentes damos, y concedemos licencia, y facultad á Valero Sierra, Librero é Impresor de esta Ciudad, para que pueda reimprimir el Libro: *Thesaurus Hispano-Latinus utriusque linguæ verbis, & frasibus abundans*, escrito por el Padre Valeriano Requejo, de la Compañia de Jesus, segun, y al tenor de el original que ha presentado; á cuyo fin mandamos expedir las presentes, firmadas de nuestra mano, selladas con el Sello de S. S. Ilma., y referendadas por el infraescrito Notario. Dadas en Barcelona á 19 de Diciembre de 1790.

De Almarza, Vicario General.

Por mandado de S. S.
Jacinto Barnés, Presbitero, Notario.

Avisos para mejor aprovecharse de este Thesauro.

Los vocablos, que en algunos Autores empiezan con ç, como *çahurda, çoçobra, çumo, &c.* en este Thesauro los has de buscar en la *Z Zahurda, zozobra, zumo, &c.*

Las letras que á veces se escriben una por otra, son *B* por *V*, *C* por *Z*, *G* por *J*, ó *X*, y al contrario; y asi, quando no hallas en la una, busca en la otra.

Porque pronunciamos freqüentemente sin aspiracion los vocablos que se escriben con H, sucede á veces, aun á los doctos, no hallarlos en el Thesauro, porque los buscan en la primera vocal de la diccion, sin acordarse de la H. Buscan v. gr. *Alagar* por *Halagar*; *Echizos* por *Hechizos*; *Yerro* por *Hierro*; *Oja* por *Hoja*, *&c.*; por eso cuidado con la H.

Los nombres propios de Ciudades, Villas, Montes, Rios, Reynos, y Provincias ván aparte, al fin del Thesauro, por el orden del A B C.

Las particulas mas notables van de la letra grande, para que las halle mas facilmente el que quisiere hacer de ellas estudio particular.

LE-

LECTORI.

ORationis particulas loco, & tempore adhibitas ad utriusque linguæ & latinæ, & vernaculæ elegantiam, vel maximè facere, nemo Grammaticæ peritus ignorat. Neque enim ulli unquam contigit in alterutra excellere quin eis scitè uti nosset. Quare operæ pretium me facturum putavi, si opusculum de utriusque linguæ particulis, jam semel excussum, non seorsim, ut olim, sed Thesauro sparsim inclusum ederem, ac vulgarem; ut quàm plurimis prodessem, qui hoc libro utuntur, ingenio florentes. Quibus si consilium meum, operamque probavero, spero fore, ut huic Thesauro pro his, quibus affluit, orationis divitiis impensè studeant; cum multa alia viderint, quibus illum augendum, & ornandum curavi. Nam præterquamquod aureas veteris Thesauri formulas, quæ desiderabantur, in sedes suas retuli; complures quoque alias ex laudatissimis Auctoribus inserui: dictionesque benè multas non prætermittendas adjeci. Adde quod antiqua nimis, & obsoleta aut expunxi, aut expolivi, electisque verbis illustravi, putida resecui, languida excitavi, mendosa correxi. Confusamque, & aggestam verborum ac phrasium sylvam ita ordinavi, ac disposui, ut quæ tibi opus erunt, faciliùs quàm antea, & expeditiùs invenire possis. VALE.

THE-

[redacted] e Anton:

THESAURUS
HISPANO-LATINUS
UTRIUSQUE LINGUÆ, VERBIS
ET PHRASIBUS ABUNDANS.

DE LITTERA A.

A Preposicion es Ad, *quando significa* cerca, ó junto *á alguna parte*, *ó lugar* como *estar á la puerta*. Stare ad januam. *Sentarse á la lumbre*. Sedere ad focum. *Al pie de la escalera*. Ad primum gradum scalæ. *Á la falda del monte*. Ad radices montis. *Á todas las entradas puso gente con armas*. Ad omnes aditus homines armatos opposuit. *Á los baños del monte Palatino le mataron*. Ad balneas Palatinas occisus est. *Á quatro millas de Roma le sepultaron*. Sepultus est ad quartum ab Urbe lapidem, vel quarto ab urbe lapide.

Muchisimas veces A *indica movimiento, y es en Latin* Ad *tambien*, como *Recogerse á bien vivir*. Recipere se ad frugem bonam. *Volverse á sus mañas*. Ad ingenium redire. *Llevar el agua á su molino*. Inclinare omnia ad causæ suæ commodum. *Pasarse á los enemigos*. Ad hostes deficere. *Á eso tira*. Ad istum scopum collimat. *Esto le movió á hacer la guerra*. Hoc illum ad belli consilia impulit.

Otras veces A *es demonstrativa de tiempo, y entonces es tambien* Ad, como *Á 27. de Abril*. Quinto, vel ad quintum Kalendas Majas. *Á la tarde*. Ad vesperam, vespere. *Á la media noche*. Ad mediam noctem, vel media nocte. *Á la fama de su venida se alegraron los Soldados*. Ad famam adventus ejus milites erecti sunt. *Á los primeros encuentros quedó mal herido*. Ad primum conflictum, vel primo conflictu graviter sauciatus est. *Á esta nueva se turbaron todos*. Ad eum nuncium commoti sunt omnes. *Á la ocasion veré lo que he de hacer*. Ad tempus consilium capiam. *Al cabo dió con todo al traste*. Ad extremum omnia vertit.

En las contraposiciones A *es la misma*

A. que

que Contra y en Latin Ad. *Á los alhagos se mostró esquivo.* Ad blanditias asperum, ac difficilem se præbuit. *Á los ruegos* [illegible]*tunos firme, y constante* Ad impor[illegible]s preces immotus, [illegible]ctus. *Á los lances prevenido, animoso á los peligros.* Ad insidias præmunitus, fortis ad pericula.

Á los bobos con eso; que yo bien te conozco. Ad populum phaleras; ego te intus, & in cute novi.

No respondes á los cargos que te hacen? Nihilne respondes ad objecta?

Á palabras locas orejas sordas. Ad convitia surdus.

Á esto no supo que decir. Ad hæc obmutuit.

Á veces A *denota semejanza, y es lo mismo que* segun, ó conforme á, *y en Latin* Ad; v. gr. *Cantar á la harpa las alabanzas de los Santos.* Canere ad cytharam Sanctorum laudes. *No danza à compás.* Non saltat ad numerum. *Acomodarse en todo al gusto del auditorio.* Ad arbitrium, nutumque auditorum se totum fingere. *Hablar al sabor del paladar, y no á la verdad.* Ad gratiam, & voluptatem loqui, non ad veritatem. *Quiere un Ministro á su modo.* Ad suam formulam Ministrum exigit. *Ajustado à la regla.* Ad legem, & regulam compositus. *Cortado al talle de este.* Factus ad hujus normam. *Al parecer severo.* Ad speciem, vel in speciem severus.

Algunas veces se explica con A *el modo, y el instrumento,* como *caminar á pie, ó á caballo.* Pedibus, vel equo iter facere. *Huir à vela, y remo.* Ventis, remisque fugere. *Á cencerros tapados se fueron.* Silentibus tubis, & tympanis abierunt. *Á palos los echó de allí.* Fustibus eos abegit. *Á pedradas los hicieron huir.* Conjectis lapidibus in fugam versi sunt.

A ANTE B.

Abacería. Macellum, i. *Abacero.* Macellarius, Salsamentarius, ii.

Abad. Abbas, atis. Archimandrita, tæ. *Á tal Abad, tal monacillo.* Dignum patella operculum.

Abadesa. Abbatissa, æ. Cœnobii antistita, Monialium præses.

Abadia. Abbatia, æ.

Abada. Rhinoçeros, otis.

Abadejo, pescado. Asellus salitus.

Abahar. Halo, as. *Abobadas sopa.* Exhalantes offæ, suppressæ operculo.

Abalanzarse al peligro. Adire, vel obire periculum. Dare se in discrimen. Committere se periculo. Se in aperta pericula mittere. In medios hostes se immittere, se conjicere.

Abandonar. Vide *Desamparar.*

Abaratar. Minoris vendere.

Abaratado han las Mercaderias. Minora sunt jam mercium precia. Minoris merces constant, emuntur, veneunt. Decrescit [illegible] Annona vilior est.

Á barato lo meteis todo. Permisces, ac perturbas omnia. Nullam rationem sequeris, aut modum.

Abarcas de cuero. Carbatinæ, arum. Pero, nis. *Abarcas de madera.* Sculponeæ, arum. *El que anda con ellas.* Sculponeatus, a, um.

Abarcar. Complector, eris. Contineo, comprehendo. *Abarcais mucho, y apretais poco.* Dum complecti multa te, pauca tenes. Sequeris quidem multa, sed pauca consequeris. Pluribus intentus, minor est ad singula sensus.

Abastado. Vide *Sobrar, y rico.*

Abastecer. Vide *Bastimento.*

Abatir á uno. Aliquem abjicere, deprimere [illegible] honoris gradu deturbare. Ejus gloriam obscurare, extinguere, animos ejus infringere, spiritus comprimere.

Abatirse, y humillarse. Seipsum demittere, submittere, abjicere. *Abatióse el Aguila al suelo.* Delapsa est Aquila in terram. *No me abato yo á esas ruindades.* Elephantus non capit murem, neque aquila muscas.

Abatido, y despreciado. Abjectus, contemptus, neglectus; fracto, atque humili animo, aflictus, jacens.

Abatimiento de animo. Abjectio animi. Vide *Humildad, y desprecio.*

Abaxar la cabeza. Caput demittere. *Abaxarse, agacharse.* Demittere se. *Yo le abaxaré los brios.* Ego illius animos, ac spiritus infringam.

Abaxo. Infra. *Mas abaxo.* Inferius. *Cosa de abaxo.* Inferus, infernus, infernas, tis. *De abaxo.* Infernè. *Echate abaxo.* Mitte te deorsum.

Abecedario. Alphabetum, ti. *No sabe el a, b, c.* Nec litteras à primo limine salutavit. Ne primis quidem elementis est inauguratus.

Abeja. Apes, vel apis, is. Melissa, æ.

Abejica, ó Abejuela. Apicula, æ.

Abejaruco. Merops, pis. Apiaster, tri.

Abejon. Pseudomelissa, æ. *Jugar al abejon.* Certare empusæ ludo.

Abertura. Apertio, nis. Apertura.

Abertura de cosa hendida. Hiatus, us. *De la boca.* Rictus, us. *De la herida.* Scissura, æ. Os vulneris. *De carta.* Resignatio. *De casa con llave.* Reseratio.

Abestruz. Vide *Avestruz.*

Abete, ó pinabete. Abies, etis.

Abierto. Apertus, reclusus. Vide *Abrir.*

Abiertas estan las puertas. Patent portæ.

Abigarrado. Variegatus, virgatus.

Abismo. Abyssus, i. Profundissima aquarum congeries. *Halleme en un abismo de miserias.* Calamitatibus, & ærumnis oppressus jaceo. Premor, maceror, conficior malis, & miseriis innumeris. In profundum malorum deveni. Prorsus nihil abest, quin sim miserrimus.

Es un abismo de maldades. Immensa quædam vorago est, gurgesque vitiorum. Ex omnium scelerum colluvione natus.

Abispa. Vespa, æ.

Abispon. Vespa grandior, mas vespa.

Ablandar. Mollio, is. *Ablandarse.* Mollesco, is. *No se ablanda con ruegos.* Nullis precibus flectitur, placatur, mitigatur. *Al Juez recto ablandan las lastimas.* Rectum quoque Judicem inclinat miseratio.

Abocar á uno. Orationem ejus avertere, excludere. *Quando voy á responder, luego me abocas, y no me dexas hablar.* Cum me ad respondendum comparavi: repente avertis orationem, nec das respondendi locum.

Abocar á si la causa. Causæ cognitionem ad se avocare, avertere. Sui juris facere quæstionis decissionem.

Abochornarse. Æstu affici, confici.

Abochornado. Æstu confectus.

Abofetear. Colaphizare, colaphos alicui impingere, incutere, impingere.

Abogar por uno. Causam alicujus agere. Pro aliquo dicere. *Abogar por si.* Suam causam agere.

Aboga de buena gana por los pobres. Summo studio pauperum causas agit in judicio. Partes suscipit egenorum. Miseros, atque egenos in forensibus causis, in judiciis studiosissimè defendit. Egenorum, ac desertorum hominum patrocinium libentissimè suscipit. Pro miseris patroni munus diligentissimè obit, & exercet. Diligentissimus est egenorum hominum patronus.

Abogacia. Patrocinium, ii. Patroni munus. Oratoris officium.

Abogado. Advocatus, i. Patronus, i. Causidicus, i. Vide *Patron.*

Es famoso Abogado. Gravissimis in causis cognitus est, & probatus. In foro, in forensi munere satis spectatus. In judiciis, in forensibus causis, in causarum patrociniis summa cum laude versatus.

Abolengo, ó abolorio. Genealogia, æ.

Abollar. Contusione tumorem excitare, facere. *Abollarse.* Percusione intumescere. Tumore ex ictu affici. *Abollado.* Contusus, contusione tumens.

Abominar. Detestor, execror, abominor, aris.

Abominable. Detestabilis, abominandus, execrandus.

Abominacion. Detestatio, abominatio, execratio.

Abonanzar el tiempo. Jam ventorum vis remisit. Jam cœli facies torva, & procellosa in serenam, & tranquillam abit. *Dado que abonance el tiempo.* Ut jam tranquillis utamur fluctibus.

Abonar, dar por bueno. Probo, as.

No ha menester que le abonen. Nullius approbatione, aut commendatione indiget. Suæ illum dotes satis commendant.

Abonar alguna partida en cuentas. Pecuniæ summam acceptam referre.

Abonar saliendo por fiador. Prædem se pro aliquo dare. Cavere alicui, cautionem præstare. Satisdare pro aliquo.

Abonado en hacienda. Locuples, tis. Pecuniosus, copiosus, opulentus.

Abono en hacienda. Cautio, satisdatio.

Dixo muchas veces en su abono. Verbis illum amplissimis commendavit. *Qué puedes decir en su abono?* Quid pro illo potes dicere? Qua commendatione uti? Quid in ejus laudem prædicare?

Abordar la nave con otra. Navem navi committere, appellere, admovere.

Aborrecer. Odi, detestor, execror.

Todos le aborrecen. Omnes illum oderunt, odio prosequuntur, odio habent. Est ille in magno civium odio. Est omnibus offensus, et invisus. Magnum est civium in illum odium. Omnia in illum odia civium ardent. Flagrat omnium odio, atque invidia. Omnes illum aversantur, & ab ejus congressu, & consuetudine abhorrent. Nemo est, qui illum non oderit, oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur. *Por vos me quieren á mi mal.* Tu me civibus odiosum reddidisti. Odia in me civium concitasti, commovisti, incendisti, instruxisti. Tua causa civium inimicitias, & invidiam suscepi, in civium odium incidi, incurri.

Aborrecible. Detestabilis, execrabilis, abominandus, execrandus.

Aborrecido. Invisus, odio habitus, odiosus, invidiosus, offensus.

Aborrecimiento. Odium, invidia.

Aburrirse. Viam sibi acerbam ducere. Tædio vitæ laborare, affici.

Aburrido se fue por ese mundo. Desperatus, ab omni spe destitutus, neque certam viam, sed vagam vitam secutus est.

Aborto. Abortus, us. Immaturus partus.

Abortar. Abortum facere. Fœtum immaturum edere. *Ella tomó remedios para abortar.* Ipsa sibi partum medicamentis, abegit, abjecit.

Abortivo. Abortivus, immaturè editus.

Abotonar. Globulos ocellis sui, inderE, inserere, includere. *Ya se abotonan los arboles.* Jam arbores gemmant, jam in gemmas turgent.

Abrasar. Uro, comburo, exuro, is. Concremo, as. Inflammo, as.

Abrasarse. Ardeo, es. Flagro, as. Conflagro, as.

Abrazar. Amplector, complector, eris. Amplexor, aris.

En llegando me abrazó con mucho amor. Ut accessit, in meum collum invasit, meque amantissimè complexus est. Suo me complexu recepit. In meum complexum venit, incurrit. Diu me complexu suo tenuit.

Abrazo. Amplexus, us. Complexus, us.

No dexaron á las madres dar el ultimo abrazo á sus hijos. Ab extremo complexu liberorum exclusæ matres.

Abrego viento. Auster, tri. Africus, i.

Abrevar el ganado. Pecudes adaquare, adaquatum ducere.

Abrevadero. Aquarium, adaquarium.

Abreviar, ó resumir lo relatado. Quæ fusius tractata sunt, in pauca conferre, colligere, ad summam quandam referre, redigere. Summam facere, conficere ... rum, quæ dicta sunt latius

Abrevia. Age, propera, ... inem fac. *Quiero abreviar en esta materia.* Unamquamque rem leviter attingam, paucis perstringam.

Por abreviar. In summa, ad summam. Ut semel dicam. Ne multa, ne multis. Quid multa? Denique.

Abreviatura, ó cifra. Nota, æ.

Abrigar. Foveo, es. *Abrigarse al sol.* Apricor, aris. Apricatione calescere.

No tengo con que abrigarme. Non habeo, quo me tegam, protegam, ... frigoris vim propellam, quo me ... contra frigoris vim, & inclementiam ...

Abrigado lugar. Apricus locus ...

Abrigo, ó alivio. Fomentum ...

Abril. Aprilis, is. *En Abril aguas mil.* Pluviis abundat Aprilis ...

Abrir. Aperio, recludo, patefacio, ... *Lo que está con llave.* Recero, as. *Lo que está sellado.* Resigno, as. *Abrir la mano.* Pugnum diducere. Manum dilatare. *Abrir la boca.* Os diducere, aperire. *Tener la boca abierta.* Hio, as ...

Abrir camino. Viam facere, aperire.

Abrirse, ó henderse. Hisco, dehisco, is.

Abrochar el vestido. Uncinulis vestem astringere. Infibulo, as.

Abrogar. Vide *Revocar, y anular.*

Abrojo. Tribulus, i.

Abrojo de hierro. Durex ...

Abroquelarse. Clypeo, vel palma ... tegere: protegere. Cetro se munire. Scutum telis objicere.

Absolver al ... pado. Reum ... crimine liberare, liberum dimittere ... *confesion.* Pœnitentiæ Sacramento aliquem expiare, à peccatis ab... *descomulgado.* Ecclesiastica ... quem absolvere, anathematis ... expedire, Eclesiæ communioni restituere.

Absolucion. Absolutio, expiatio.

Absoluto. Absolutus, perfectus.
Absolutamente. Absolutè, omnino.
Absorto. In stuporem, & admirationem raptus. Defixus in re aliqua contemplanda.
Quedó absorto. Admiratione perculsus obstupuit.
Abstenerse. Abstineo, es. Parco, is. Temperare sibi in aliqua re.
Abstinencia. Abstinentia, æ. Parsimonia, frugalitas, inedia.
Abstinente. Qui cibo abstinet, qui in cibo sibi temperat. Abstinens, tis. *Muy abstinente.* Mirificè abstinens. Cibi parcissimus.
Absuelto. Crimine absolutus.
Absurda cosa. Absurdus, a, um.
Abuelo. Avus, i.
Abuela. Avia, æ. *No ha menester abuela.* Sibi satis providet. Neque tutoris eget, neque curatoris.
A baeltas de eso. Interim, simul.
Abultar. Amplifico, as. Extubero, as.
Abultado. Amplus, crassus. *Abultado de rostro.* Ore paulo pleniore.
Á bulto. Temerè. Vide *Bulto.*
Abundar, tener abundancia. Abundo, Affluere [illegible] frumento, divitiis.
Abundancia. Abundantia, æ. Copia, [illegible] *Teneis abundacia de* [illegible] desiderat, cumulatissime possides. Rebus omnibus abundans [illegible] Nullum necessarium vitæ [illegible] Nihil tibi deest eorum [illegible] bene, beateque vivendum requi- [illegible]
Abundancia de frutos. Ubertas, fertilitas, fœcunditas.
[illegible] Affluens, copiosus, abundans, [illegible]
Abundantemente. Abundè, affluenter, [illegible]
Abusiones de viejas. Aniles superstitiones [illegible] deliria. *No hagas caso de esas abusiones.* Aniles istas superstitiones [illegible] neglige, nihil cures.
Abusar, ó usar mal. Abutor eris.
Abuso, ó mal uso. Abusus, us.
[illegible] Vide [illegible] *varda.*
[illegible] Upupa, æ.

A ANTE C.

[illegible] *Del rio acá.* Citra fluvium Cis flumen. *La parte de españa mas acá.* Hispania citerior. *La de mas allá.* Ulterior. *Ven acá.* Huc ades. *Para qué vienes con chismes acá, y allá?* Quid ultrò, citroque rumores defers?
Acaba yá. Age: agedum, age jam.
Acaba de salir. Egredere aliquando.
Acaba de determinar, si se ha de llevar por justicia, ó por armas. Decernito aliquando utrum legibus, an armis sit agendum.
Acabelo de parir. Quod jam diu parturit, aliquando pariat.
Acabar. Absolvo, conficio, finio, is.
Acabar con toda su perfeccion. Expolio, is. Perpolio, perficio, is, ad unguem aliquid facere.
Ya lo he acabado. Rem perfeci, absolvi, ad exitum perduxi. Ultimam jam manum, & quasi fastigium operi imposui, coronidem imposui.
Acabar la oracion antes de tiempo. Orationem præcidere, abrumpere.
En acabando la oracion, le hicieron grande aplauso. Ut finem dicendi fecit, ubi orationem finivit, terminavit, clausit, absolvit; ubi peroravit, ad calcem, ut ajunt, pervenit, ingens omnium plausus est consecutus.
Acabo de rato vino. Venit tandem aliquando. Post longam moram, & expectationem venit.
Acabóse. Actum est. Acta res est.
Acabó su vida. Animam egit. Fabulam vitæ peregit. Diem suum obiit. Vita functus est. Vide *Morir.*
No pude acabar conmigo dexar de decirselo. Teneri non potui, quin rem illi aperirem. Non sustinui illum de hac re celare. In animum inducere non potui, ne rem illi indicarem.
[illegible] *cabalo tu con él, que conmigo acabado lo tienes.* Fac illi rem persuadeas, per me nulla mora est, quin fiat.
Acabame esto la vida. Hæ curæ animum meum conficiunt. Vide *Cuidado.*
Acabó con él. Hominem confecit, pugione confodit. *No pude acabar con él que le perdone.* [illegible] impetrare, obtinere ab illo non potui, [illegible] parceret, veniam daret.
Está [illegible] *acabado.* Mor[illegible] ut ætate confec[illegible] est.
Acabó su oficio. Magistr[illegible] Munere perfunctus est.

Oy se acabaron [illegible] contentos. Hodierna dies omni m[illegible] posterum voluptate privavit, omnis mihi lætitiæ finem attulit, nullum in omne tempus jucunditati locum reliquit, omnem mihi lætandi causam in perpetuum sustulit.

Acabados unos trabajos, vienen otros. Molestiæ molestias excipiunt. Curæ curis subeunt. Vix á molestiis conquievi, cum aliæ incidunt graviores.

Acabaronse las diferencias. Á diuturnis dissensionibus conquievimus. Accurata illa, & inimicitiis incensa contentio sublata est, atque sepulta. Illa simultatum incendia non consopita modò, sed planè extincta sunt, atque deleta.

No acabo de persuadirme, que han dexado sus pasiones. Nondum adducor, ut credam, simultates illos ex animo abjecisse. *No acaba de escarmentar.* Nondum cavere didicit. *Antes de acabar de convalecer, se puso en camino.* Nondum confirmata valetudine, se in viam dedit. *Sin acabar de cerrar la herida, entró en batalla.* Nondum obducta cicatrice, prælium inivit.

No acaba de decir de las costumbres estragadas de su tiempo. Corruptos sæculi sui mores usque exagitat, vitia passim insequitur, ubique insectatur. *No acabo de admirarme de la negligencia del hombre.* Usque miror hominis incuriam. Mirari satis hominis negligentiam non queo.

Seria nunca acabar. Longum nimis esset, ac p[illegible] infinitum, omnia persequi. Nullis finibus mea terminaretur oratio, nullis terminis consisteret, nullum finem esset habitura. Si reliqua dicendo prosequi vellem, non possem intra præscriptos orationis terminos contineri.

Por no ser largo quiero acabar. Ne longiùs, quam par est, augeatur oratio, brevi multa complectar. Possem hoc loco evagari latiùs, ni me temporis angustiæ ad brevitatem compellerent. Vide *Largo*, y *Abreviar*.

Acabas de salir, y quieres volver? Modo egressus es, & regredi cupis? *Acabo de recibir una carta del Rey, en que me manda &c.* Modó accepi Regis literas, quibus mihi præscribit, &c.

Acabar de leer. Perlego, is. *Acabar de escribir.* Perscribo, is. *Acabar de cortar.* Perseco, as; & sic de multis.

Á cada paso. Passim. *Á cada triquete.* Identidem, subinde. *A cada persona, ó cabeza.* Viritim, singulis. *A cada necio le agrada su necesidad.* Suus cuique simiæ catulus pulcher. *A cada puerco le viene su San Martin.* Stat sua cuique dies.

Acaecer, ò acontecer. Accidit, contingit, evenit, obvenit, usuvenit, fit.

Acaeció, que &c. Casus tulit, fortuna tulit. Casu factum est. Casus incidit. Forte evenit. Fortunæ placuit, ut &c.

Acaecen, ó suceden muchos trabajos á los hombres. In multas passim miserias, & calamitates homines incidunt. Est humana vita innumeris fortunæ telis obnoxia, exposita, proposita. Humanus animus ex vario rerum eventu perpetuò fluctuat. Várii casus humanam vitam affligunt.

Acaecimiento. Casus, us. Eventus, us. Eventum, i.

Acallar alguno. Placare aliquem, ejus querelas sedare, comprimere. Q[illegible] homini satisfacere. *Acallar el niño.* Va[illegible]tum, sive fletum infantis demulcere, cantu sopire, lenire.

Acanalar. Strio, as. Strias facere.

Acanalado. Striatus, canaliculatus.

Acañonearse. Scipis [illegible]

Acardenalado. Lividus, [illegible] ictibus fœdatus, livore nigrescens.

Acariciar á uno. Blandissimè aliquem tractare, demulcere, suavissime ap[illegible]re, benignissimè habere. Blandiri alicui. Blanditias alicui adhibere. Festivum, & blandum se alii præbere, exhibere.

Acarrear. Veho, inveho, is. Importo, as. Merces ultro, citroque vectare.

Acarreo. Vectura, æ. Invectio, nis. *Todo le viene de acarreo.* Omnia aliunde habet. Nihil illi domi nascitur, aut [illegible] venit de suo.

Acaso de (quien duda) Forsan, Forsitan, fortassis, fortasse. *[illegible] caso se hace mala por no trabajar?* Fortasse ob ignaviam morbum simulat. *Acaso querreis saber en qué paró.* Forsitan requiretis, quem habuerit exitum, aut quorsum [illegible]serit. *Acaso (de quien pregunta)* [illegible] utrum, num. *Quiso acaso compet[illegible] migo en materia de pulpito?* An [illegible]tare mecum voluit contentione [illegible]

Desmerecelo acaso el que lo pide, ó aquel para quien se pide? Utrum is, qui petit, an is, cui petitur, indignus est?

Acaso (casualmente) Fortè, casu. *Encontréle acaso en el camino.* Inter eundum in illum fortè incidi. Casu illum in itinere offendi. *Si acaso.* Si forté. *Si no es acaso.* Nisi fortè. *Si no es acaso que lo tienes por pesadumbre.* Nisi fortè gravatis. Nisi fortè molestum tibi est.

Acatar. Vide *Respetar.*

Acatamiento. Vide *Respeto. En vuestro acatamiento habia yo de hacer tal cosa?* In conspectu vestro id facerem? Id in me admitterem?

Acatarrado. Distillatione affectus.

Acaudalar. Paro, comparo, acquiro, is.

Acaudillar. Duco, is. Ducto, as.

Accidente Accidens, tis. *De enfermedad.* Symptoma, atis. *Diole un accidente.* Symptomate correptus est.

Accidental cosa. Fortuitus, a, um.

Accion, ó derecho. Actio, nis. Jus, ris. *Accion tengo á pleytear de nuevo.* Jus mihi est ex integro agendi. *No tiene accion à cobrarle.* Non habet jus exigendi.

Accion, ó hecho. Actio, facinus, oris. *No es accion agena de sus costumbres.* Facinus ab ejus moribus non abhorret.

Acciones de estrivos. Lora stapedum.

Acechar. Insidiosé observare. Per rimas, aut cancellos inspicere.

Acecinada carne. Caro salsita, sale durata, condita.

Aceda cosa. Acerbus, acidus, a, um.

Acedia. Acerbitas, atis. Acor, oris.

Acedarse. Acesco, coacesco, is.

Acedera, yerva. Acetaria, æ.

Acelerar. Vide *Apresurar.*

Acelga. Beta, æ.

Acemila. Mulus, i. Vide *Az.*

Aceña. Hydromila, æ.

Acendrar la plata. Argentum excoquere, purgare. *Plata acendrada.* Pusulatum argentum.

Acenoria. Pastinaca, æ.

Acento. Accentus, us. Prosodia, æ.

Acentuar, escribiendo. Verba suis apicibus notare, insignire. *Hablando.* Recte pronuntiare, & efferre syllabas.

Acepillar. Dolo, as. Dedolo, as. Runcina lignum polire, levigare.

Aceptar personas. Personæ magis, quàm dignitatis rationem habere. Personam potius, quàm merita respicere.

Aceptador de personas. Personarum acceptator. *No soy aceptador de personas.* Non is ego sum, qui in conferendis præmiis, & mandandis honoribus, personam potius spectem, quàm merita. Dignitati, ac meritis cujusque faveo, non personæ. Non hominis specie, aut benevolentia, sed virtute, & æquitate ducor. Expendo cujusque merita, personam nihil curo.

Accepto. Acceptus alicui, gratus.

Acceptar el partido. Conditionem accipere, admittere. *Aceptar la herencia.* Adire hæreditatem. *Aceptar la apuesta.* Restipulor, aris.

Aceptacion. Acceptio, onis. *Aceptacion de herencia.* Hæreditatis aditio. *De apuesta.* Restipulatio, nis.

Acequia. Incile, is. Aquæ derivatio.

Acerca de esto. Hac de re. Super hac re. *Acerca de esto hablarémos largo en otra ocasion.* Super hac re plura aliàs. *Tengo que avisarte acerca de esto.* Habeo pro ista re quod te moneam.

Acercarse. Appropinquo, as. Propius accedere, adventare. *Mira que se acerca la muerte.* Cogita tibi mortem imminere, obitusque diem propè esse.

Acercén. Stirpitùs, radicitùs. *Cortóle à cercén la oreja.* Auriculam à stirpe præcidit, ab imo resecuit.

Acerico de alfileres. Aciarium, ii.

Acero. Vide *Azero.*

Acertar en cosa de duda. Recte conjicere, rem attingere. *Acertaste, diste en ello.* Rem acu tetigisti. *Tiraste á mi, y acertaste á otro.* Alium percussisti, me petiisti. *Acertó á pasar por alli el Cirujano, quando le hirieron.* Fortè Chirurgus præteriit, cum vulneratus est.

Acertar la cura. Scitè medicinam facere, oportunum remedium adhibere. *No acierta á explicarse.* Hæret in verbis, quibus mentem explicet. Quæ scitè cogitat, ægrè expedit.

Acertada cosa. Sapiens, prudens, scitus, a, um.

Mas acertado fuera. Consultius foret. *Harás una cosa muy acertada en despedirle.* Sapienter feceris, rem prudentia tua dignam gesseris, si eum dimiseris.

Con-

Consultissimum erit hominem dimittere. *Tuvo por muy acertado retirarse.* Consultius habuit pedem referre.

Acertadamente. Scitè, scientèr.

Acierto en obrar. Scientia, æ, prudentia, peritia. *En discurrir.* Prudens conjectura, scita cogitatio.

Acetar. Vide *Aceptar.*

Aceite, aceitera, aceitero, aceituna, aceituno. Vide *Az.*

Acezar. Anhelo, as.

Acezo. Anhelitus, us.

Achacarle algun delito. Culpam, aut crimen in aliquem conferre, derivare, conjicere, transcribere. Noxam alicui adscribere, attribuere. *Hizo gran fiesta de lo que le achacan.* Calumniam maximo plausu tulit, risu maximo excepit.

Achaques, ó razones aparentes. Causæ, excusationes, prætextus. *Achaques para no dar.* Tenacitatis velamenta. *Poner achaques á quanto le mandan.* Obtendere velamenta contumaciæ, aut inertiæ. Per fictas & inanes causas obsequium exuere, imperium detrectare, obedientiæ vim eludere. *Mandóme que con algun achaque no le dejase entrar.* Præcepit, ut per aliquam causam illum excluderem. *Con achaque de deudo venia muchas veces á su casa.* Per causam affinitatis domum ejus ventitabat. *Tomar algo por achaque.* Causor, aris. *Tomando por achaque que olia á ajo, le echó mal pareciendo.* Causatus allii fœtorem, superbè hominem repulit. *Achaques del cuerpo.* Affecta valetudo, corporis imbecillitas. *Con achaques ya de viejo.* Senectute affectus. Senectutis malis debilitatus. *Achaques de Viernes por no le ayunar.* Acessæi luna. Excusationem quæris, quo minus officio satisfacias.

Achacoso. Valetudinarius. *Ando achacoso.* Valetudine utor minus prospera. Tenui, & infirma valetudine utor. Corpore imbecillus, & infirmus sum.

Achicar. Vide *Acortar.* *Achica compadre, y llevareis la gala.* Immane quantum auges, & affingis. Parciùs, ac veriùs.

Achicoria. Intybus sylvestris.

Achocharse. Ingravescente ætate mentis aciem hebescere, hebetari.

Aciagos dias. Atræ dies. Vide *Ax.*

Acibar. Aloë, es.

Acicalar. Ferrum lævigare, polire.

Acicalado. Lævigatus, lævis, e.

Acipreste. Archipresbyter, eri.

Aclamar, ó victorear á uno. Acclamare alicui, plausum illi dare. Lætis vocibus, festivis clamoribus in ejus laudem personare Io triumphe.

Aclamacion. Plausus, sus. Acclamatio.

Aclarar el color. Colorem diluere.

Aclararse la voz. Vocem clarescere.

Aclararse lo turbio. Turbida sedari, limum aut fæcem considere, subsidere. *El Cielo, ó el dia.* Cœlum sudum fieri, discussis nubibus serenari.

Aclararse las cuentas. Rationes in supputare, ut liqueant, & constent.

Acocear, y pisar. Pessumdare aliquem, calcibus petere, abjicere, percutere, pedibus subigere, conculcare.

Acoger á alguno. Suis aliquem tectis excipere. *Acogerse á algun lugar.* Recipere se aliquò.

Acogedor. Receptor, receptator.

No tengo á quien me acoger sino á vos. Omne perfugium in te uno mihi positum est. Tamquam ad aram, portumque securum ad te confugio. Unus mihi es, in quo conquiescam, ad quem tamquam ad portum è naufragio me conferam, me recipiam.

Acogimiento, ó acogida. Receptus, tus. Refugium, perfugium, asylum. *Acogida que se hace al huesped.* Hospitalitas, tis. *Acogida de ladrones.* Latronum receptaculum.

Acometer. Invado, adorior, aggredior, eris. *En la guerra.* Prœlium committere, signa conferre. Manus cum hoste conserere, concurrere, confligere.

Acometióme á traicion. Me à tergo inermem aggressus est. Per insidias in me incepit, ex improviso adortus est. Ex insidiis in me irruit. Incautum, & imparatum à tergo petivit, oppressit.

Acometimiento. Impetus, incursus, us. Irruptio, nis. Vide *Asalto.*

Á cómo? Quanti? *Á cómo se venden los carneros?* Quanti verveces veneunt? *Á como acudió el trigo.* Quotuplum fructum agri retulerunt?

Acomodar á uno de aposento. Accommodare alicui de habitatione. *Acomodarse al tiempo.* Cedere tempori.

Acomodarse al gusto del auditorio.

arbitrium, nutumque auditorum se totum fingere, & accomodare. Servire scenæ. *Al gusto del Señor.* Genio domini obsequi, inservire, morem illi gerere.

Acomodarse en favor de alguno. In famulatum alicujus se dare, se in ejus obsequium mancipare. Aliquem sibi dominum asciscere, cooptare. Ad ejus obsequium suscipi, ascisci, admitti.

Acomodada cosa. Accommodatus, appositus, aptus, commodus, idoneus.

Acomodadamente. Commodè.

Acompañar. Comitor, aris. Prosequor, subsequor, assector, aris. Comitem se alicui dare, exhibere.

Acompañarse con gente ruin. Cum reipublicæ fæce sermo illi est, & consuetudo. Cum improbis, & audacibus congreditur. Cum impuris nebulonibus, & aleatoribus per urbem vagatur. Flagitiosorum grege stipatus incedit.

Acompañamiento. Comitatus, us.

Fue y vino con grande acompañamiento. Magna civium frequentia deduxit illum, ac reduxit. Multis, & magnis viris comitantibus, prosequentibus; magna civium multitudine septus, magno nobilissimorum civium numero stipatus abiit, & reversus est. Nobilissima juvenum frequentia euntem, redeuntemque prosecuta est.

Aconsejar. Alicui suadere, consilium dare, præbere. *Qué me aconsejas?* Quid mihi auctor es? Quod das consilium? *Aconsejote que no entres en la Ciudad.* Auctor tibi sum, ne te urbi committas. *Y no me digas, porque no hago yo lo que aconsejo á otros.* Nec me ad formulam meam exigas.

Aconsejarse con personas doctas, y temerosas de Dios. Viros doctissimos, & timentes Deum in consilium adhibere. Cum religiosis, doctisque viris consilium inire.

Acontecer. Vide *Acaecer.*

Acordadas voces. Voces consonæ.

Acordar, ó resolver. Decerno, statuo, constituo, is. Vide *Determinar.*

Acordar á otro. Admoneo, es. Moneo. *Bien haces en acordarmelo.* Bene mones. Bene facis, quod me moneas. *Una cosa me acuerda otra.* Aliud ex alio mihi occurrit. *Acuerdasme una cosa muy honrosa.* Rem mihi satis gloriosam commemoras, in memoriam redigis, revocas. De re sanè pulcherrima mentionem facis. Pulcherrimi facti memoria meum animum refricas.

Acordarse. Memini, isti. Commemini. Memoria teneo. Reminiscor, recordor. *Tarde has acordado.* Serò experrectus es.

Acuerdate de tu vida pasada. Superioris vitæ acta in memoriam revoca. Redi in memoriam vitæ superioris. Vitæ actæ spatia respice. Repete superioris vitæ memoriam. Excita memoriam ad ante actæ vitæ cogitationem.

Siempre me acordaré de la merced que me hiciste. Erit beneficii tui memoria meo animo semper infixa, in mente semper hærebit mea, apud me semper extabit, animo meo numquam excidet, nulla oblivione delebitur, numquam intermoritura est. Tuum in me beneficium memoria perpetuò tenebo. Tanti meriti memoriam perpetuò conservabo, retinebo, benevolentia colam sempiterna.

Acornear. Cornu petere.

Acorralar á uno. Hominem circumcludere, intercludere, intercipere, *Acorralado.* Circumclusus. Vide *Atajar.*

Acortar. Præcido, is. Decurto, as. *Al razonamiento.* Aliqua ex dicendis omittere, præterire, prætermittere.

Acorvarse. Incurvescere, curvari.

Acorvado. Curvatus, incurvus, a, um.

Acosar al toro, ó las fieras. Taurum, aut feras agitare. *Acosar, ó perseguir á alguno.* Aliquem persequi, insectari.

Acostarse, ó estar acostado. Cubo, as. *Irse á acostar.* Cubitum ire.

Acostamiento. Emeritum, ti. Merces, dis.

Acostumbrarse. Assuesco, consuesco, insuesco. Soleo, es. Dare se in consuetudinem *No acostumbro acostarme sin exâminar la conciencia.* Nisi conscientia discussa, cubitum ire non soleo.

Acostumbrada cosa. Solitus, assuetus, usitatus. *No acostumbrada.* Insolitus, insuetus, inusitatus, a, um.

Acostumbrado estoy á trabajos. Labores satis multos expertus sum, perpessus sum, tuli, sustinui. Labores ferre, perferre consuevi. In laboribus satis exercitatus. Obdurui ad labores. Callum ad labores obduxi.

Acotar. Vide *Alegar*. *Á quien acota?* (ironicè) Præclaro se teste, aut auctore tuetur.

Acovardar á uno. Deterrere aliquem, ejus animum frangere, infringere, timorem illi incutere, injicere. *No te acobardes, ni amilanes*. Ne animum abjicias, ac despondeas. Ne contrahas, ac demittas animum.

Acrecentar. Augeo, adaugeo, es.

Con tan ilustres hechos habeis acrecentado vuestra honra, y hacienda. Tantis rebus gestis, magna tibi accessio facta est, & fortunæ, et dignitatis: fortunas, & dignitatem auxisti, amplificasti: multum tibi additum est, & fortunarum, & gloriæ: multum tibi, & fortunarum, & honoris accrevit.

Acrecentarse. Augesco, adaugesco, is.

Acrecentamiento. Accessio, accretio, incrementum. Vide *Aumento*.

Acreditar á otro. Auctoritate sua aliquem tueri, commendare. Existimationem alicui conciliare, fidem afferre. *Si quieres que te diga la verdad, aquello le acreditó mucho*. Illa res, si quæris, magno ei honori fuit, multum dignitatis attulit. *Está muy acreditado*. Magnum sibi nomen fecit, comparavit. Magna est, & præclara ejus existimatio.

Acreditarse. Fidem acquirere, Virtutis & scientiæ documentis inclarescere. Præclaris naturæ dotibus se ipsum commendare. Secundam existimationem colligere. Bonum numen comparare.

Heme acreditado de buen pagador. Assecutus sum, ut bonum meum nomen existimet. *La mentira se acredita con algo de verdad*. Falsis ex vero fides peti solet.

Acreedor. Creditor, oris.

Acriminar alguna accion. Facinus acriter vituperare, suggillare.

Acriminador. Objurgator, oris.

Acrisolar. Vide *Acendrar*.

Acrisolado. Purgatus, excoctus.

Acrivar. Cribo, as. Triticum purgare.

Acrivillado de heridas. Multis vulneribus confossus.

Activo hombre. Impiger, celer in agendo.

Acto de letras. Vide *Conclusiones*.

Actor. Actor, oris. Vide *Acusador*.

Acuchillado vestido. Vestis cæsuris insignis, conspicua, cæsuris eleganter distincta.

Acuchillarse, reñir con espadas. Digladior, aris. Gladiis se mutuò petere, cædere. *No hay mejor cirujano, que el bien acuchillado*. Rerum agendarum scientia agèndo comparatur. Morborum patientia medicum me reddidit.

Acudir. Accurro, is. *En las dudas acudir al Maestro*. In dubiis magistrum consulere.

Acude mucha gente á nuestra Iglesia. Multi ad ædem nostram ventitant, templum nostrum frequentant. Ædes nostra maximè celebratur civium frequentia.

Acudió mal el trigo ogaño. Angustè obvenit frumentum hoc anno. Exiguos fructus agri retulerunt. Tenuissimus fuit hoc anno frugum proventus. Hic annus frumenti sterilitate insignis fuit, inopia frumenti laboravit.

Acuerdo, ó memoria. Recordatio, nis.

Acuerdo, ó consejo. Consilium, ii. Senatus, us. Consilium. *Junta del acuerdo*. Senatorum cœtus, concilium. *Entrar en acuerdo*. Inire concilium, vel consilium. *Tener acuerdo, ó estar en acuerdo los Oidores*. Senatum, vel concilium habere. *De acuerdo se juntaron*. Ex composito convenerunt.

Con acuerdo de todos se hizo. Magna omnium concordia, omnium consensu, & conspiratione, refragante nemine, cunctis suffragantibus constitutum est.

Acuestas llevar. Humeris portare.

Acullá. Illuc.

Acumular. Vide *Achacar*. *Las cosas, que despues le acumularon, con quánta paciencia las sufrió! sufrió digo? mas cómo las despreció, y estimó en nada!* Quæ postea in eum congesta sunt, ut sustinuit, dii immortales! sustinuit? imò vero, ut contempsit, ac pro nihilo putavit!

Acuñar moneda. Argentum, aut monetam cudere, nummum signare.

Acuñadores de moneda. Monetarii, orum. Viri monetales.

Acusar. Accuso, as. Criminor, aris. Arcesso, is. In jus, vel in judicium aliquem vocare. Deferre numen alicujus. Ex jure manu consertum vocare. Conferre crimina in aliquem. Agere, vel facere reum. Crimen alicui objicere.

Acusar por escrito. Subscriptionem componere. *El que acusa por escrito.* Subscriptor, oris.

Acusar falsamente. Calumnior, niaris. Falsó accusare, falsò insinuare. Falsum crimen alicui objicere, imponere, objectare. Calumniam in insontem texere. Ex unius, vel alterius verbi captione criminandi ansam arripere. Verbi ambiguitate ad calumniam abuti. Falsum testimonium in aliquem dicere.

Acusacion. Accusatio, actio, delatio, insimulatio. *Por escrito.* Subscriptio. *Acusacion falsa.* Calumnia, æ. *Acusacion de burlas.* Cavillatio, nis.

Acusador. Accusator, actor, oris. *Que lleva la quarta de los bienes confiscados.* Quadruplator, oris.

Acusador falso. Calumniator. Sycophanta, æ.

A ANTE D.

Adagio. Adagium, ii. Parœmia, æ.

Adalid, ó guia. Dux, cis.

Adamado, ó agraciado. Venustus.

Adarga. Cetra, æ. Pelta æ.

Adargarse. Cetra se tegere, protegere.

Adarme de peso. Drachma, æ.

Adarve. Muri culmen.

Adelantar á uno en dignidad. Promovere aliquem ad superiorem dignitatis gradum. *Algo habemos adelantado la retorica con nuestra industria.* Aliquid oratoriæ laudi nostra attulimus industria.

Adelantarse á otro. Alicui, vel aliquem antecedere, anteire, præcurrere, præire. *No se adelante el apetito á la razon.* Ne appetitus rationem præcurrat.

Adelantemonos callandico á ver lo que hacen. Occupemus ex insidiis, quam rem gerant. *Adelantaremonos á hacerlo primero.* Id priores facere occupabimus.

Adelantado. Præfectus, antelatus, provinciæ Præses. *Pagar adelantado.* Pecuniam vel pensionem repræsentare. Præ manu pecuniam dare.

Adelantamiento. Præfectura, æ.

Adelante. Perge, progredere. *Muy adelante vá.* Longè processit. *En la virtud, el no ir adelante es volver atrás.* In virtute non proficere, deficere est. In virtutis via non progredi, regredi est. *Ni atrás, ni adelante.* Nec progredi possum, nec regredi.

Adelfa, mata. Nerium, Rhododaphne, es.

Adelgazar. Attenuo, as. Extenuo, as. Acuo, is. Procudo, is. Exacuo, is.

Adelgazar la voz. Vocem deducere.

Adelgaza, y apura mucho las cosas. Rem diligentissimé discutit, subtilissimè disputat, accuratissimè examinat, exactissimé expendit, singula ad calculos vocans. Scrupulosa diligèntia, vel tenuissimos apices explorat.

Ademan. Gestus, us. *Qué haces ademanes?* Quid est, quod gestis?

Además de eso. Prætereà, insuper, hoc amplius. *Además de ser bobo, es miserable.* Non modò fatuus est, verum etiam tenax, ac deparcus. Præterquam stultus est, etiam illiberalis. Parum erat fatuum esse, nisi sordidus etiam esset.

Además que. Adde quod. Quid, quod.

Además, que yo no fui de parecer, que pusiese pleyto. Adde quod mihi non est visum, ut litem intenderet. *Además, que corre grandisimo peligro la vida, y hacienda de los confederados.* Quid quod salus sociorum summum in periculum, ac discrimen vocatur?

Adentro. Intrò. Vide *Dentro.*

Aderentes. Adjuncta, orum.

Aderezar el vestido, ó calzado. Vestem aut calceos, concinnare, resarcire, reficere. *Para venderle.* Vestem interpolare, componere, mangonizare, ad illiciendos emptores.

Aderezar la comida. Condire cibum.

Aderezar lo necesario. Parare, quibus paratis opus est.

Este se adereza, y compone como muger. Hic ad fœminarum morem, & lasciviam se comparat. Vide *Afeytar.*

Aderezo de comida. Condimentum, i. *De vestido ó zapatos.* Sarcimen, inis, Concinnatio, nis.

A deshora. Intempestivè.

Adestrar. Manuduco, is.

Adeudado. Obæratus. Vide *Deuda.*

Adicion. Appendix, dicis. Corollarium.

Adinerado. Pecuniosus homo.

Adivas en las bestias. Angina, æ.

Adivinar. Divino, as. Præsagio, is. Hariolor, aris, Præsentio, is. Conjicio, is. Vaticinor, aris.

Facil es esto de adivinar. De hac re cer-

certam conjecturam facere possumus. De hoc haud dubiè, nec falsò conjicere licet. Hac de re non est difficilis conjectura, minimè obscura est, aut temeraria auguratio. Facili conjectura id assequi possumus.

Adivino. Divinus, i. Vates, is. Hariolus, i. *El que adivina por aves.* Auspex, icis. Augur, uris. *Por las entrañas de alguna res.* Aruspex, icis. *Por suertes.* Sortilegus. *Por señales del rostro.* Phisiognomus. *Por las rayas de la mano.* Chiromanticus. *Por sueños.* Conjector, interpres somniorum. *Soy yo adivino para deciros eso?* Davus sum non Œdipus.

Adivinacion. Divinatio, vaticinium, augurium, auguratio. *Por entrañas de animales.* Aruspicina, æ. *Por suertes.* Sortilegium, ii. *Arte de adivinar.* Mantice, es. Auguratus scientia.

Adjetivar. Adjectivum nomen substantivo aptare, accommodare.

Adjudicar. Adjudico, as. Abdico, is.

Administrar. Administro, guberno, as.

Administracion. Administratio, nis.

Administrador. Administrator, oris.

Admirable. Miror, admiror, demiror. In admirationem rapi, admiratione affici, teneri. *Ni hay que admirar, que errase.* Nec mirum si erravit.

Admirable cosa. Mirus, mirabilis, admirabilis, mirandus, admirandus.

Admiracion. Admiratio, nis.

Admirablemente. Mire, mirificè, mirabiliter. Admirandum in modum.

A todos dexó admirados. Magnam omnibus admirationem fecit, excitavit, concitavit, movit, attulit, peperit. Magna omnes admiratione affecit, in magnam admirationem rapuit, adduxit. Hæsere omnes admiratione perculsi, stupuere ad tantam novitatem.

Admitir. Admitto, is. *En su casa.* Tectis aliquem excipere, in domum suam recipere. *En su Colegio.* In Collegium illum cooptare, collegam sibi asciscere. *Admitirle por Ciudadano.* Civem illum asciscere. Civitate donare. *Culpasme sin admitir escusa.* Tu me insimulas, nec satisfactionem accipis.

Adobar, ó sazonar la comida. Condio, is. *Adobar las pieles.* Pelles concinnare.

Adobado. Caro suilla salsugine condita.

Adobo. Condimentum, i. *Echar algo en adobo.* Condire aliquid. Condimentum oleis, aut carnibus affundere. *Tomar el adobo.* Condimentum inhibere, condimento imbui, affici.

Adobe. Lutum aceratum.

Adocenarse. Promiscuè cum omnibus agere. Parem se infimis facere.

Adolecer. Langueo, es. Vide *Enfermar.*

Adolece de culto. Oratio ejus sané elegans est, numerosa, & concinna; sed eo peccat, quod nihil peccat.

Á donde? Quo? Quonam? *Á donde yo estoy.* Huc. *Á donde tu estás.* Istuc. *Á donde aquel está.* Illuc. *Á donde quiera.* Quolibet. *Á donde quiera que.* Quoquo. Quocumque. *Á donde quiera que vayas hallarás trabajos.* Quoquo te vertas, omnia plena malis.

Adoptar. Adopto, as. Filium instituere.

Adoptivo hijo. Filius adoptivus.

Adopcion. Adoptio, nis.

Adorar. Colo, is. Adoro, as. Veneror, aris. *A solo Dios hemos de adorar.* Uni Deo cultus exhibendus, præstandus, tribuendus, deferendus est. Unus ille venerandus, unus summa religione colendus, unus divinis honoribus afficiendus, prosequendus.

Adoracion. Adoratio, cultus, us.

Adormecer. Sopio, is. Soporem alicui afferre, conciliare, inducere.

Adormecerse. Obdormisco.

Adormecido. Sopitus, Soporatus. *Cosa que adormece.* Soporifer, a, um.

Adormidera yerva. Papaver, eris.

Adornar. Orno, as. Adorno, exorno. Magnificè instruere, excolere.

Adorno. Ornatus, us. Ornamentum, i. *Con adorno y esplendor.* Ornatè & splendidè.

Adquirir. Acquiro, is. Vide *Ganar.*

Adrede lo hizo. Sciens fecit. De industria, consultò, data opera, dedita opera, sciens & volens, sciens & prudens fecit.

Aduana. Telonium, ii. Custodia, æ.

Aduanero. Publicanus telarius. Vectigalium exactor, vel coactor.

Aduares. Mapalia, orum, tuguria.

Advenedizo. Advena, æ. Exterus, a, um.

Adversidad. Fortuna adversa calamitas, infortunium, gravis casus, res adversæ.

Adversario. Vide *Contrario.*

Advertir. Animadverto, is. Adverto, attendo. Animum adverto, animo intueor.

Observo, as. Considero, circumspicio.

Advertido. Consideratus, prudens, circumspectus.

Advertidamente. Scienter.

Advertencia. Circumspectio, animadversio, consideratio. *De consejo, ó aviso.* Monitum, admonitio, consilium.

Adufe, ó pandero. Timpanum, i. *La que le tañe.* Tympanistria, æ.

Adviento. Dies sacri, qui anniversaria Christi natalitia præcurrunt. Adventus Domini.

Adular. Adulor, aris. Blandior, iris. Assentor, aris. Verborum lenociniis, aut blanditiis aliquem petere, captare, tenere.

Adulacion. Adulatio, assentatio.

Adulador. Adulator, assentator.

Adultero. Adulter, eri. Mæchus, i. Subsessor alieni matrimonii.

Adulterar. Vide *Contrahacer.*

Adulterado. Corruptus, vitiatus.

Adulterio. Adulterium, ii.

Cometer adulterio. Adulterii flagitium admittere. Adulterium committere. Mechor, aris. Matrimonii fidem violare. Ad alienum thorum impudicè adrepere.

Adulto. Adultus, adulta ætate.

A ANTE F.

Afable. Affabilis, humanus, comis, e.

Afabilidad. Affabilitas, comitas, humanitas. *Afablemente.* Comitèr, humanè.

Afamado. Fama clarus, celebris, illustris, famosus. Vide *Fama.*

Afan. Ærumna, æ. Labor insanus.

Afanar. Vehementer laborare. *Por mas que afanemos, no haremos lo que debemos.* Cum plus contenderimus, quàm possumus, minus tamen faciemus, quàm debemus.

Afé. Profectò, herclé, certè.

Afear. Deformo, fædo, as. Deturpo, turpifico, as. *Con la mucha edad se afea el rostro.* Oris decor ingravescente ætate languescit, marcescit, obscuratur, extinguitur. *Afear, ó reprehender.* Vitupero, exprobro, as. *Afeasme lo que yo tengo por honra.* Vitio mihi vertis, quod ego gloriæ duco. Maledicti loco ponis, quod ego præ me fero, in quo me valdè amo.

Afeado. Fœdatus, deformatus.

Afecto. Affectus, us. Affectio, studium. *Varios afectos causó en mi tu carta.* Varie sum affectus tuis litteris. *Seguimos cada uno su afecto.* In sua quisque studia discedimus.

Mover afectos. Vide *Mover.*

Afectar. Affecto, as. Studeo, es.

Afectar cultura en el hablar. Verborum concinnitatem, & ornátum exquirere. Cultum in verbis affectare, consectari. Exquisito orationis cursu eloquentiæ famam aucupari.

Afectacion en el hablar. Affectatus sermo. Affectata oratio. Quæsitus orationis cultus & ornatus.

Afeite. Fucus, i. Fucatus nitor. Cerussa, pigmentum, purpurissum. Medicamenta candoris.

Afeitar el rostro. Faciem fuco, & pigmentis illinire. Naturalem oris colorem fucato nitore ementiri. *Afeitarse, ó quitarse el cabello.* Dare operam tonsori.

Afeita, y enriza el cabello. Capillos arte medicatur, tangit, venustat, ad speciem decoris promittit, frangit in gradus. Affectat, ut vel turgescat coma, vel unguento niteat, vel erret promissor. Medicamentis afficit, torquetque capillos, in orbem cogit, vel in annulos format, ac de singulis capillis in consilium ire videtur.

Afeitado. Fucatus, cerussatus, fucosus. Unguentis delibutus.

Afeitadas palabras son las vuestras. Inest in tua oratione fucatus quidam nitor, & veluti camistris crines orationis exornas. Ascititius est, & fucosus orationis tuæ decor. Meretricio cultu nitida splendet oratio, non naturali colore viget.

Afeminar. Effœmino, as. Mollio, is.

No hay cosa como un buen amigo. Nihil homini est opportuno amico amicius. *El verdadero amigo se conoce en el tiempo del peligro.* Amicus certus in re incerta cernitur. In rebus adversis vera fides exploratur. *No se ha de hacer vileza por respeto del amigo.* Amicus usque ad aras. Non est amici causa ab honesto deflectendum. *Obras en eso como amigo, y me haces mucho favor.* Amicè tu quidem facis, mihique gratissimum.

Pocos amigos me han quedado. Multorum desidero amicorum officia. Multi mihi ex amicis effluxerunt. Multi à me desciverunt, defecerunt veteres amici, quorum studia temporum, & locorum intervallo refrixerunt, vel extincta sunt.

Á muertos, y á idos no hay amigos. Multas amicitias silentium dirimit.

Amigable conversacion. Familiaris consuetudo.

Amigablemente. Amicè, familiariter, benevolè, amico animo.

Amistad. Amicitia, benevolentia. *De conversacion ordinaria.* Familiaritas.

Amistad estrecha. Animorum summa conjunctio. Amicitia non vulgaris. Summa necessitudo. *Amistad afectada.* Fucosa amicitia, utilitate quæsita, ambitiosa.

Desear, ó pretender la amistad de alguno. Gratiam alicujus, appetere, ambire, aucupari. Amicitiæ fores suaviter pulsare. In alterius amicitiam blandè adrepere, insinuari, officiis aliquem demereri. In familiaritatem ejus se dare.

Travar amistad con otro. Amicitiam cum aliquo conjungere, contrahere, inire, instituere. In alicujus amicitiam incidere, recipi. *Travó amistad con muchos.* Necessitudinem cum multis constituit. Multorum sibi necessitudines adjunxit. Amicitias multorum comparavit. Se in multorum familiaritatem dedit. Multos sibi amicitia devinxit. Multos sibi amicos conciliavit.

Conservar la amistad. Amicitiam colere tueri, retinere, conservare. Nihil de animorum conjunctione remittere. Nihil de amicitiæ flore delibare, decerpere. In benevolentia constare.

Deshacer poco á poco la amistad. Amicitiam dissuere, paulatim dissolvere, sensim dissociare, usus remissione levare. *Deshacer de repente la amistad. Romper con el amigo.* Amicitiam dirimere, evertere, dirumpere, violare, repentè præscindere. Conjunctionem pristinam dissolvere, abrumpere, tollere. Necessitudinis jura frangere. Jus amicitiæ violare. Totum se ab aliquo abalienare.

No hay mas amistad. Actum est de amicitia.

Volver á la amistad. In gratiam cum aliquo redire. Gratiam redintegrare. In gratiam, & amicitiam pristinam reduci, restitui, revocari. Ab odio ad concordiam, & benevolentiam mutuam traduci. Intermortuam, & sopitam familiaritatem suscitare. *Para qué habia yo de procurar apartarte de su amistad?* Quid ego te ab illo distrahere conarer? Cic.

Amilanarse. Vide *Acobardarse.*

Amito. Amitus, us.

Amo, ó señor. Herus, i. Dominus, i. *En burlas, ni en veras, con tu amo no partas peras.* Cave cum potentioribus contendas. Principum, potentiorumque libidini concedendum est.

Amodorrido. Veternosus, veterno oppressus, arctissimo somno captus.

Amohinarse. Stomachor, aris. Succenseo, es. Subirascor, eris. *Esto me amohina.* Hoc mihi stomachum movet, bilem suscitat.

Amojonar las tierras. Agros, aut prædia definire, finibus terminare, terminis designare, describere.

Amolar. Gladium, aut cultrum acuere. Aciem ad cotem ducere.

Amoldar. Informo, as. Conformo, as. Rei alicui formam indere, inducere. *Amoldarse á la regla.* Animum, ac mentem ad regulam conformare, componere, ad leges, atque instituta exigere.

Amonestar. Moneo, admoneo, commoneo, commonefacio, suadeo, hortor, aris.

Amonestacion. Monitio, admonitio. Hortatus, us. Suasio, nis.

Amonestador. Hortator, suasor, monitor, oris.

Amontonar. Congero, is. Aggero, as. Construo, is. Cumulo, as. Coacervo, as.

Á montones. Acervatim, coacervatim.

Amor. Amor, benevolentia. *Amor á los hijos, ó á la patria.* Charitas, pietas.

Amor deshonesto. Libido, nis. Amor lascivus, fœdus, turpis, insanus, libidinosus, incestuosus, luxuriosus. Obscœna voluptas. *Amores.* Veneris stimuli. *Amores nuevos.* Nova gaudia.

Amor que dos se tienen. Amor mutuus.

No correspondes al amor que te tengo. Non mihi in amore respondes. Non mihi benevolentiam prestas, exhibes, quam amori debes erga te meo. Minus in te amoris residet erga me, quam par esset. Non parem benevolentiæ gratiam mihi refers. Officiis, & amoris significationibus planè inferior mihi es. Amorem tuum inferiorem esse meo, infra meum esse, non esse cum meo conferendum, multis rebus ostendis.

No necessita nuestro amor de lisonjas para que no se entibie. Amicitia nostra assentationibus, & blanditiis indecoris, & ineptis fovenda non est. Neque enim sic in amore languemus, ut his benevolentiæ stimulis simus excitandi.

Qué amor tiene tan grande á la virtud! Ut virtutis amore flagrat! Ut virtus illi cordi est! Ut in ejus animo virtutis amor piget! Quo studio ad virtutis opera excitatur, accenditur, incalescit! Mirifice virtutem amat.

Amo-

Amoratado. Lividus, a, um.
Amoroso. Benevolus, a, um.
Amorosamente. Amicè, benevolè.
Amortajar. Cadaver ferali linteo involvere, sindone insuere ad sepulturam.
Amortecerse. Exanimari.
Amortecido. Exanimis, intermortuus.
Amortiguar el dolor. Dolorem sopire, lenire, mitigare, extinguere.
Amostazarse. Vide *Atufarse.*
Amotinarse. Res novas moliri. Seditionem facere, conflare. Tumultum excitare, concitare. Vide *Alborotar.*
Amotinado. Seditiosus, turbulentus.
Amparar. Protego, defendo, tueor, eris.
Vengo á que me ampareis. Ad te tamquam ad aram confugio. In tuam me fidem confero. Tuum præsidium ambio. Ut me suscipias, me in tuam fidem accipias, recipias supplex oro, suppliciter peto. Protege me, obsecro, ac tuere. Tuæ auctoritatis clypeo satis me tectum contra omnes, ac munitum putabo.
Amparo. Præsidium, perfugium, ii.
Sois el amparo de las letras. Quibus laudibus efferam, quo studio, quantoque opere litterarum studia foves, ac promoves? Quidque favoris, & subsidii, quidquid benignitatis,& munificentiæ á tua nobilitate, & ingenii claritate sperare licet, in bonarum artium studiis instaurandis, in earum assertoribus evehendis, ac tuendis libentissimè impendis. Te liberalium disciplinarum Mecœnatem, eruditorum principem, & corypheum studiosi omnes acclamant, suscipiunt, venerantur. Vir ad litterarum studia fovenda, & illustranda natus, divinitus factus.
Amphibologia. Dictum dubium, anceps.
Ampo de la nieve. Candor nivis intactæ.
Ampolla. Ampulla, æ. *La del agua.* Bulla, æ. *Ampollarse la lengua, ó los labios.* Linguam, aut labia aliquatenus intumescere, tuberculis affici.
Amulatado. Fuscus labiis tumentibus.
Amurriarse. Vide *Entristecerse.*
Amusco. Durinus color.

A ANTE N.

Anade. Anas, atis.
Anales. Anales, ium.
Anaquél. Vide *Poyata.*
Anatematizar. Vide *Descomulgar.*
Anca. Coxendix, icis. Coxa, æ. *Ir á las ancas.* Coxis equi vehi. *No sufre ancas.* Non patitur secundum.
Ancha cosa. Latus, a, um. *El ancho de una cosa.* Latitudo, inis. *Quanto tiene de ancho?* Quàm latè patet? Quantum habet latitudinis? Quantum patet in latitudinem? *Vieneme ancho el vestido.* Laxa mihi est, & sinuosa vestis. *No le viene muy ancho casarse contigo?* Non præclarè cum illo agitur si te ducat?
Anchamente. Laxè, latè, amplè.
Anchova, pez. Halecula, æ.
Anchura de casa. Laxitas, & amplitudo domus. *Vivir á sus anchuras.* Indulgere genio. Voluptati, ac libidini nihil negare. *Dime, si tuvieras por fabula lo que es de Fé, vivieras mas á tus anchuras?* Age, si quæ fide tenes, commentitia putares, plus voluptati tribueres?
Anchuroso. Spatiosus, satis amplus.
Anciano. Senex, is. Vide *Viejo.*
Ancianidad. Senectus, tis.
Ancora. Anchora, æ. *Echar ancoras.* Jacere anchoram. Navem anchora fundare, firmare. *Levantar ancoras.* Tollere anchoram. Navem solvere, præcidere funem.
Andado. Privignus. *Andada.* Privigna.
Andamio. Pregma, tis. Ponticulus, i.
Andar. Ambulo, as. Gradior, eris. Gradum facere. Ingredior, eris.
Andar delante. Antecedo, prægredior, eris. Anteire, præire. *Andar detrás.* Sequor, subsequor. *Tu andas tras que te dé con algo.* Tu tuis ineptiis malum tibi comparas, quod á me feras. *Tras eso ando.* Hoc pugno, & contendo.
Andar á gatas. Quadrupedis in modum ambulare. *Acia atrás.* Retrocedo, is. Nepam imitari. *Andar despacio.* Lentè procedere. *Con gravedad.* Incedo, is. *Aprisa.* Propero, festino, as.
Andar por diversas tierras. Peregrinor, aris. *Anduvo por toda Italia.* Totam Italiam peragravit, lustravit, urbes ejus obivit. *Andar por toda la Ciudad, por todo el mundo.* Urbe tota divagari,

Ter-

ra, marique vagari. *Andar callejeando.* Per vicos, & plateas divagari.

Andar errado, ó fuera de camino. Erro, as. Deerro, aberro, as. A via deflectere, declinare. *Andar en corso.* Piraticam facere.

Andar en malos pasos. Lustror, aris. Scortor, aris. *Anda tras matarme.* Ad necem me quærit. Vide *Matar.*

Andar con recato. Canere omnia.

Andar por coger, ó engañar. Capto, as.

Andar á la husma. Odore investigare.

En qué andas? En qué pasos andas? Quid agis? Quid moliris? *Qué andas aquí á buscar?* Quid hic circumspicis?

Andar con el tiempo. Tempori servire, inservire. Ad tempus se accomodare.

Mal habeis andado en esto. Perperam rem gessisti. Non pro eo, ac debebas, causam tractasti. Non ea, qua par erat, ratione, ac via egisti.

Andar con otro. Cum alio congredi, consuetudinem habere. *Dime con quien andas, y diréte quien eres.* Mores cujusque ex sociis, & amicis dignoscuntur. Talis fere quisque est, quales ejus amici.

No hay quien quiera andar contigo. Omnes aditum, congressum, sermonem tuum fugiunt. Nemo est, qui tecum congredi velit, nemo, qui non á congressu, & colloquio tuo abhorreat, nemo, qui te sua congressione, aut amicitia dignum putet. Omnes tuæ consuetudinis contagium vitant.

Andariego. Vagandi cupidus.

Andas de muerto. Sandapila, æ. Feretrum. *Para llevar imagenes.* Tensæ, arum. Ferculum, i. *Que llevan quatro.* Tetrophorum, i.

Andrajo. Vestis obsoleta, & lacera. Centunculus, i.

Andrajoso. Pannis obsitus. Centonibus malè tectus. Pannosus.

Andurriales. Avia & derupta.

Aneblarse los trigos. Segetes rubigine affici, confici, corrumpi. *Trigo aneblado.* Seges rubiginosa. Frumentum rubigine infectum.

Anegarse la nieve. Navem æstu absorberi, mergi, deprimi, undis, aut tempestate oprimi. *Anegarse los campos, ó lugares.* Agros, aut oppida alluvione inundari.

Anejo beneficio. Beneficium, seu parœcia alteri adjuncta.

Angarillas. Fabrorum ferculum.

Angel. Angelus, i. Cœlestis spiritus.

Angel malo. Cacodemon, onis.

Angel de guarda. Angelus custos, tutelaris. *Angelical cosa.* Angelicus, a, um.

Cada uno tiene su Angel de guarda. Singulari Dei beneficio suus cuique hominum Angelus custos adscribitur, designatur, apponitur, adhibetur. Suus cuique Angelus à primo vitæ limine adest, assistit, qui eum protegat, & ab omni periculo defendat.

Angeo. Linteum sufuscum.

Angostar. Vide *Estrechar.*

Angosto. Angustus, arctus, a, um.

Anguila. Angullla, æ.

Angulo, ó rincon. Angulus, i.

Angustia. Angor animi. Anxietas, *tis.*

Angustiar. Ango, is. Vexo as. *Angustiarse.* Angi, angoribus confici. De re aliqua affligi, angi, afflictari.

Anhelar. Anhelo, as. Vide *Aspirar.*

Anhelo. Affectus vehemens, aviditas.

Anhelito. Halitus, anhelitus, us.

Anidar. Vide *Nido.* *Allí anidan de noche.* Ibi nocte cubant. Illic noctem exigunt.

Anillo. Annulus, sive anulus, i. *Sin piedra.* Purus annulus. *El asiento de la piedra.* Pala, æ. *El que hace anillos.* Annularius.

Anima, ó alma. Anima, æ. Animus, i.

Animal. Animal, alis. Animans, tis.

Animal de pata hendida. Animal bisulcum. *De tierra, y agua (como el pato, y la nutria.)* Animal amphibium, anceps.

Animalejos. Bestiolæ. *Los que no tienen sangre (como lagartijas, y moscas.)* Insecta, orum. *Los que viven en el agua.* Aquatica, aquatilia.

Animar el alma al cuerpo. Animo, as.

Animate. Cape bonum animum. Erige animum. Te ipsum excita.

Vos me animasteis á esto. Tuo hortatu, & impulsu hoc suscepi. Te suadente hanc viam ingressus sum. Tu me oratione tua confirmasti, languentem excitasti, timidum roborasti, jacentem erexisti. Multum mihi animi adhortatione tua attulisti, dedisti. Exhortatione tua mihi ani-

mus accessit, cunctanti mihi calcar addidisti. Tua me oratio contra omnes fortunæ impetus armavit, instruxit.

Animo. Animus, i. *Tened buen animo.* Adeste animis. State animis. *Buen animo tenemos.* Constanti animo, erectoque sumus. Satis animi habemus. Præsens nobis est animus. Præsenti, confirmato animo sumus.

Aqui es menester, que mostreis vuestro animo. Hic animi tui præstantiam, fortitudinem, vim, robur, magnitudinem, constantiam, altitudinem ostendas oportet. Quàm sis forti animo, & excellenti præditus, hic patefacias oportet.

No tuve animo para decirselo. Hoc illi dicere, aut objicere erubuit, exprobrare non sustinui. *Eso es de poco animo.* Id pusilli animi est, jejuni, remissi, nimis angusti, *humilis,* abjecti, mollis, demissi. *Id nisi in abjectum, & pusillum animum non cadit.*

No perdais el animo. Ne cadas animo. Ne animum abjicias. Ne contrahas, aut demittas animum. Ne te animo frangi patiaris.

Cobrad animo. Animum excita. Virum te fortem, & constantem præsta. *Buen animo quebranta mala ventura.* In re mala, animo si bono utare, adjuvat. *Eso es tener buen animo.* Macte animo.

Despues que tomé tu consejo, siento en mi grande quietud de animo. Postquam consilio usus sum tuo, tranquillo sum, & æquo animo. Magna fruor animi tranquillitate. Vacat mihi animus cura, & solicitudine. Vacuus est mihi animus ab omni cura. Sereno animo sum, soluto, ac libero. Se ipso animus meus tranquillè fruitur.

Animoso. Animosus, magnanimus. Vir maximi animi. Præstanti animo juvenis. Excellenti animo præditus. Animi vigore præcellens. Excelsi animi Princeps.

Animosamente. Animosé, fortiter.

Aniñado. Pueriliter ineptus, puerili ingenio, & moribus.

Aniñarse. Repuerascere. Puerorum nugis, & oblectamentis assuescere, gaudere. Redire ad nuces.

Aniquilar algo. Ad nihilum redigere. Ita rem perdere, et extinguere, ut nihil ex ea remaneat, relinquatur.

Anis. Anisum, i. Anicetum, i.

Aniversario. Anniversarium sacrum, anniversaria solemnitas.

Á no. Nisi, non. *Á no ir armado me matan.* Nisi armis munitus essem, periissem. *Á no nada.* Minimum, ad minimum, at minimum. *Á no nada os costará cien reales.* Constabit ibi minimum centum dragmis.

Anoche, y antenoche. Proxima, & superiore nocte.

Anochece ya. Advesperascit. Nox appetit, ingruit, adventat, imminet. *Al anochecer.* Ad vesperum, sub crepusculum, imminente jam nocte.

Anomalo. Inæqualis, e.

Ansar, ó ansaron. Vide *Ganso.*

Ansi. Vide *Asi.*

Ansia. Angor, oris. Anxia cura. *Estar con ansia, ó con pena.* Anxium, ac solicitum esse, anxio animo esse. *Ansia, ó mucha gana de algo.* Aviditas, affectus, aut studium vehemens. *Con qué ansia lo pretendió.* Quàm cupidè, quam avidè, quám solicitè, quàm enixè, quanta contentione, quantoque opere molitus est, ut ipse præferretur.

Ansiado. Vide *Congojado.*

Ansioso. Avidus, per quam cupidus.

Antaño. Anno proximo superiore.

Ante (preposicion) Ante. *Ante todas cosas.* Ante omnia. In primis. *Ante el Corregidor pasó el caso.* Coram prætore, in conspectu Prætoris gesta res est.

Anteayer, ó antier. Nudius tertius. Tertio abhinc die. *Antenoche.* Superiore nocte, quæ proximam antecessit.

Ante de comida. Convivii præludium. Prandii, aut cœnæ prægustatio.

Ante, cuero. Pellis bubalina, babula.

Antecamara. Procœton, onis.

Anteceder. Antecedo, præcedo, is.

Antecesor. Qui antecessit, aut præcessit. Antecessor, oris. In cujus locum alius suffectus, aut subrogatus est.

Antena de navio. Antenna, æ.

Antenado. Vide *Andado.*

Antepasados. Majores, um. *Ten pensamientos dignos de tus antepasados.* Suscipe curam, & cogitationem majoribus tuis dignam.

Antepecho de edificio. Lorica testacea, saxea, lateritia.

An-

Anteponer. Antepono, præfero, præpono. Præstantius duco, habeo. Primas alicui dare. Aliquem præ aliis habere.

Antepuerta. Januæ velum.

Anterior. Prior, us. Antiquior, us.

Antes. Ante, prius. *Antes de ahora*. Antea. *Antes de comer*. Ante prandium. *Antes de dos dias*. Ante biduum, intra biduum. *Dos dias antes le despidieron*. Ante biduum, vel biduo ante dimissus est.

Antes que. Antequam, priusquam. *Antes que te cases, mira lo que haces*. Priusquam rem suscipias, consulto opus est. Antequam incipias, respice finem.

ANTES (*de quien elige*.) Potiùs, citiùs. *Antes daré la vida, que la espada*. Jugulum potiùs, quàm gladium dabo. Vitam citiús, quàm gladium mihi extorseris.

ANTES (*adversativa*.) Imo. Quin potiùs. Quinimò. Quin etiam.

No le tengo envidia, antes me dá lastima. Non illi quidem invideo, imò misereor. *Antes dirán que hice bien*. Quin potiús dicant egisse sapienter.

Antesala. Procestrium, ii.

Anticipar. Anticipo, as. Antecapio, is. *Con desorden*. Præverto, is. *De qué sirve anticipar la pena del mal venidero?* Quid proficiet, si anticipes mali adhuc incerti molestiam? Quid prodest futuri mali molestiam antecapere? Quid luctum metu mali futuri prævertis? Quid dubiæ infelicitatis pœnas à te exigis? Quid juvat malum arcessere, & miserum ante tempus esse?

Anticipar el oir ciencia, sin saber bien gramatica, es perderlo todo. Qui grammaticæ præceptis malè instructi, in dialecticam, aut jurisprudentiam involant, utrumque amittunt. Atque ut implumes aviculæ è nido devolant in præcipitium, sic illiterati ab intempestivo scientiæ studio ad ignorantiæ tenebras devolvuntur.

Anticiparse á otro, ganarle por la mano. Alicui antevertere. *Anticipose á hacerlo primero*. Id prior facere occupavit. *Por qué no te anticipas á ganar la gracia del mas poderoso?* Quin tu validioris gratiam occupas? *Anticiparse á responder á lo que le pueden replicar*. Anteoccupare, quod objici potest.

Antigua cosa. Antiquus, priscus, pristinus, vetus, eris. Vetustus, a, um. *El mas antiguo es preferido*. Qui prior est tempore, potior est jure.

Antigualla. Antiquitatis monumentum.

Antiguamente. Antiquitus, olim, quondam. Apud priscos, quodam tempore.

Antigüedad. Antiquitas, vetustas, tis.

Antipodas. Antipodes, um. Qui stant adversi nobis vestigiis.

Antojo. Libido, inis. Effrænata cupiditas. *De golosina*. Cupedia, æ. *De muger preñada*. Malacia, æ.

Anteojos para ver. Conspicilla, orum.

Anteojo de larga vista. Tubus opticus.

Antojarsele algo. Aliquid vehementiùs appetere, concupiscere. *Antojósele ir al baño*. Libuit, vel libitum illi est, in balneis lavari. *No se me antoja*. *No me da gana*. Non libet, non placet, neque in libidinem venit.

Antojadizo. Libidini obsequens, deditus, addictus, obnoxius. Qui libidine ducitur. Libidinis mancipium.

Anteojero. Ocularius faber.

Antorcha. Funale is. Fax, cis.

Antuvion. Prævius impulsus.

Anublarse el Cielo. Cœlum nubibus obduci, obscurari, obnubi.

Anular las leyes, ó decretos. Alterius decreta rescindere, leges abrogare, refringere, antiquare, acta convellere. Cic.

Anunciar. Nuntio, as. Obnuntio. Indico, as. Futura denuntiare, prædicere.

Anuncio. Ostentum, præsagium, ii.

Anunciacion. Denunciatio, prædictio.

Anzuelo. Hamus, i. *Pescar con él*. Hamo, as. *Cosa con anzuelo*. Hamatus, a, um.

Añadir. Addo, adjicio, adjungo.

Añadis mucho de vuestra cabeza. Multum veritati affingis. Multum addis, atque affers de tuo.

Añadese á ese mal otro mayor. Malum pejori damno implicatur. Gravius adhuc instat malum. *Á esto se añade, que &c*. Huc accedit, quod. Eodem spectat, quod, &c. *Añadiré algo bueno á este libro*. Huic ego libro pulchrum corollarium adjiciam parerga apponam.

Añadidura. Additamentum, accessio, corollarium, appendix, icis.

Aña-

Añafil de Moros. Turba punica.
Añagaza. Illicium, ii. Illex icis.
Añejo. Vetus, eris. Inveteratus, a, um.
Añejarse el vino, ó el queso. Vinum, aut caseum vetustescere, veterascere. Vetustatem contrahere.
Añicos te haré. Te in frustra concidam. Frustrillatim te discindam.
Añil, yerva. Glastum, i.
Añino. Vellus agni anniculi.
Año. Annus, i. *Año y medio.* Sesquiannus, i. *Dos años.* Biennium, ii. *Tres.* Trienium. *Quatro.* Quadriennium. *Cinco.* Quinquennium. Vide. *Espacio.*
Niño de un año. Infans anniculus. *De dos.* Bimus, vel biennis. *De tres.* Trimus, vel triennis. *De quatro.* Quadrimus, vel quadriennis. *De cinco.* Quinquennis. *De seis.* Sexennis, &c.
Gobierno de un año. Annua provincia, vel administratio. *Rentas de un año, ó de cada año.* Annui redditus. *Solemnidad de cada año.* Anniversaria solemnitas.
Año climaterico. Annus criticus, decretorius. Sexagesimus tertius ætatis annus. *El año pasado.* Anno superiore. *Á principio del año.* Initio anni. Ineunte anno. *Á medio año dexó el cargo.* Medio anno, vel medio anni cursu, magistratu se abdicavit. *Pasado el año.* Peracto anni cursu, circumacto anno, in fine anni, exeunte anno. *En menos de un año.* Intra annum. Non toto vertente anno. Ante anni finem. Nondum expleto anno. *Mas ha de un año que sucedió.* Annus est, & eo amplius, cum accidit, vel ex quo gesta res est. *Tardan un año en componerse.* Dum se comunt, & comparant, annus est.
Año del Señor de, &c. Salutis nostræ anno, à Christi ortu, à partu Virginis, á Christo nato, ab orbe redempto. *De la creacion del Mundo, de la fundacion de Roma.* Anno ab orbe condito, ab origine mundi, ab Urbe condita.
Buenos años te dé Dios. Felicem faustumque tibi precor hunc annum. Felicibus auspiciis annum ineas, candidoque lapillo numeres. *Tiene mas de sesenta años.* Sexagenario major est, annos natus magis sexaginta. *Entra en veinte años.* Vigesimum annum ingreditur, attingit, init. *Anda en ellos.* Vigesimum annum agit, nondum explevit. *Cumpleaños á catorce de Marzo.* Pridie idus Martii viginti annos implet, vigesimum annum explet, peragit, annos viginti ipsos numerat. *Mal año para él.* Malè illi vertat annus.
Añublarse. Vide *Anublarse.*
Añudar. Nodum, vel nodos nectere. Innodo, as. In nodum ligare.
Añudado. Innodatus, indissolutus, innexus, nodis implicitus.

A ANTE O.

Aojar. Fascino, as. *Mal de ojo.* Fascinum, fascinatio. *El que aoja.* Fascinator.
Á osadas. Satis confidenter, audacter.
Á otra parte. Aliò.
Á otra puerta, que esta no se abre. Aliam oportet rationem ineas, & viam; hac nihil efficies, aut proficies. Aliam excute quercum.
Á otra herida que le dieran, le acabáran. Extrema plaga defuit, quæ illum conficeret. Leve vulnus si accederet, periisset.
Á otro que os lo crea. Hoc tu alteri fortasse probabis, non mihi.
Á otra que hagas, ay de ti. Cave in posterum admiseris. Si repetis, aut relaberis, actum est de te.
Aovada cosa. Ovatus, a, um. Ovata specie.

A ANTE P.

Apacentar. Pasco, is. *Apacientase la vista con tanta variedad de flores.* Hac florum varietate pascitur animus, pascuntur oculi.
Apacibilidad. Suavitas, humanitas, comitas, tis.
Apacible. Placidus, suavis, affabilis. Sermone jucundus, & comis.
Apaciguar discordias. Pacem inter dissidentes constituere. Discordias sedare, seditionem comprimere. Dissidentium animos placare, ad concordiam inducere, adducere, revocare. Discordiarum incendium extinguere, restinguere.
Apadrinar. Patrocinor, aris. Protego, is. Vide *Amparar, y Padrino.*
Apagar. Extinguo, restinguo, is.
Apalear á uno. Fuste aliquem cædere, percutere, verberare, contundere.

Apañar. Dispersa colligere. *Quien calla, piedras apaña.* Subdolus dissimulator. Non omnibus dormio.

Á par de ti está sentado. Propé te sedet. Juxta te accubat, tibi assidet. *Á par del atril.* Ad pluteum, propé pluteum.

Aparador. Abax, acis. Abacus, i. *Adornarle.* Abacum auro, argentoque cœlato instruere, ornare. Abaco, aurea vel argentea vasa exponere.

Aparato. Apparatus, us. *De comedia* Chorogium, ii. Scenicum instrumentum.

Aparecer. Appareo, es. *Aparecióseme un Angel.* Angeli species mihi objecta fuit, oblata, visa, ostensa.

Aparicion. Apparitio, visio, nis.

Apariencia. Species, ei. *En la comedia.* Scena versatilis. *Casa de buena apariencia.* Domus specie pulchra, vel ad speciem pulchra.

Aparejar. Paro, as. Apparo, comparo. *Convite, ó armada.* Convivium, aut classem parare, ornare, adornare, instruere. *Apareja lo que has de aparejar.* Para, quibus paratis opus est.

Aparejarse. Accingere se, vel accingi, præparari ad aliquid faciendum. Expedire, & comparare se ad munus obeundum.

Aparejado. Instructus, paratus.

Aparejador de canteria. Lapidum designator, metator, dimensor.

Aparejo. Apparatio, nis. *Aparejos.* Instrumenta ad operandum.

Aparroquiarse en alguna Iglesia. Aliquam ædem sibi in paræciam eligere. *Bien aparroquiado está.* Clientibus abundat. Multos sui studiosos habet.

Apartar. Separo, as. Sejungo, sepono, secerno, is. Segrego, as. Removeo. *En secreto.* Seduco, is. Sevoco, as. *Por fuerza.* Abstraho, is. *Apartole de su amistad.* Illum ab eo distraxit, abalienavit.

Apartar casa. Semigro, as. Alió commigrare. *Apartar cama.* Secubo, as.

Apartarle de su parecer. Aliquem à sententia reducere, dimovere.

Apartarle de su mala vida. Hominem à turpi vita retrahere, abducere; à vitæ turpitudine avertere, deterrere, ab inveterata scelerum consuetudine avocare, á vitiorum cœno extrahere.

Mucho siento apartarme de vos. Ægrè abs te divellor. Moleste fero à complexu tuo distrahi. Periniquo animo patior à te digredi, disjungi, separari.

Apartarse de algun lugar. Discedo, abscedo, recedo, is. *Del camino.* Aberro, as. Diverto, is. Deflecto, is.

Apartarme del intento. Digredi à re proposita. De curriculo deflectere. Á proposito aberrare. Orationem alió traducere, transferre. Excurrere ad aliena. Saltare extra chorum.

Apartada cosa. Remotus, longinquus, separatus, disjunctus, dissitus.

Apartamiento. Recessus, us. Secessus, us. Discessio. Secessio, nis.

Aparte. Seorsum, separatim.

Aparvar. Detritam messem aggerare, coacervare, in acervum congerere.

Apasionarse por alguno. Nimio studio in aliquem inclinari. Studiosè alicui favere. Plus justo illi tribuere. Plus, quam par est, illi deferre. Præter modum alieno studere. Omnia illius causa velle.

Apasionado por otro. Studiosus alicujus. *Contra otro.* Malè in illum animatus. *Apasionadamente.* Iracundè, vel studiosè.

Apear las heredades. Agros, aut prædia lustrare, eorumque fines agnoscere, aut limites statuere. *Apear el vado.* Vadum pedibus transmittere.

Apeo de la tierras, ó heredades. Agrorum lustratio finium causa. *Hacerle.* Agrorum fines ambire, lustrare, recognoscere, statuere.

Apearse. Descendere, desilire ex equo, de rheda. *Fue á apearse en casa de su amigo.* Amici domum divertit. Ad amicum.

Apechugar con uno. Complexu aliquem petere. Vide *Embestir.*

Apedrear á uno. Lapidibus aliquem petere, appetere. Lapides in illum jacere, conjicere. *Apedrearse unos á otros.* Lapidibus se mutuò petere.

Apedrea, ó pedrea. Lapidatio, lapidum grando.

Apedrearonse las viñas. Grandinis vis vineas perdidit, vastavit, afflixit. Tempestas vinearum fructus ademit, abstulit, decussit, delevit.

Ape-

Apedreador. Lapidator.

Apegarse. Adhæreo, es. Adhæresco, is.

Apelar. Ad superius tribunal appellare, provocare. *Aunque no hay apelar de la sentencia de hombre tan docto; con todo eso, &c.* Quamquam á tuo tanti viri judicio non est appellatio, non est appellandum, non licet appellare; tamen pro tua singulari humanitate quæso, benignè audias. *No apelemos á los sentidos, sin oir la razon, ni á la razon, sin atender á los sentidos.* Neque sensuum fidem sine ratione, neque rationes sine sensibus requiramus. Cic.

Apelacion. Appellatio, provocatio.

Apelante. Appellator, provocator.

Apeldar. Aufugere. Vide *Huir.*

Apellidar. Appello, as. Inclamo, as.

Apellido. Cognomen, inis.

Apelmazar. Comprimo, astringo, is. Condenso, constipo, as.

Apenas. Vix, ægrè. *Apenas se habia ido, quando, &c.* Vix dum abierat, cum &c. Dum modò discesserat, cum &c. Cic.

Apercibir. Paro, as. Vide *Aparejar.*

Apercibido. Paratus, instructus, promptus. *Hombre apercibido vale por dos.* Instar multorum est, qui paratus est, & instructus.

Apercibimiento. Apparatio. Vide *Prevencion. Con apercibimiento; que si no se enmienda, &c.* Sub interminatione gravis supplicii, nisi resipiscat. Quod si monitus non resipiscit, &c.

Apercreado. Vexatus, exagitatus.

Apesarado. Vide *Arrepentido.*

Apesgar. Premo, deprimo, is. Aggravo, as. Gravi pondere urgere.

Apestar. Pestilentia afficere. Pestem afferre, diffundere, importare.

Apestado. Peste infectus. Pestilens, corruptus, tabidus.

Apetecer. Appeto, is. Concupisco, is.

Apetecible. Optabilis, expetendus.

Apetito. Cupiditas, appetitio, appetitus, us. *Soltar la rienda á sus apetitos.* Cupiditatibus laxare habenas. Cupiditati, ac libidini servire, nihil negare. Vide *Deseo, y Refrenar.*

Apiñarse. Conjungi, cohærere, constipari, conglobari. *Apiñados.* Conjuncti, cohærentes, conglobati, constipati, addensati.

Apio, yerva. Apium, ii.

Apiolar. Pedes Leporis inter se committere, connectere.

Á pique estuvo de perderse. Penè periit. Tantùm non periit. Minimum abfuit quin periret. Maximum vitæ periculum subiit. In maximo vitæ discrimine versatus est. *Irse á pique.* Submergi. Fluctibus obrui, absorberi.

Apitonarse. Vide *Enfurecerse.*

Aplacar. Placo, as. Sedo, as. Lenio, is. Mitigo, as. Vide *Amansar.*

Aplanar. Complano, as. Planum reddere.

Aplanarse al suelo. Solum subsidere.

Aplauso. Plausus, us. Acclamatio.

Hacer aplauso á uno. Plaudere alicui, applaudere, plausum dare, tribuere. *Buscar, ó procurar el aplauso.* Plausum captare. Famam, aut ramusculos aucupari.

Grande aplauso hicieron á vuestra oracion. Tua oratio magnos civium plausus excitavit. Tibi dicendi lætissimus strepitus, & grata concionis admurmuratio facta est. Gestiebant non auditores tantum, sed parietes ipsi templi, plausum edere, tibique gratulari. Oratio tua lætissimis acclamationibus excepta fuit. Gratulationis significatio ingenti omnium plausu perfecta est. Orationem tuam magnus secutus est plausus.

Aplazar. Vide *Plazo; Estoy aplazado de aqui á quatro dias.* Conditus cum adversario mihi quartus dies est.

Aplazar. Vide *Agradar. Todo lo nuevo aplace.* Nova omnia fulgore quodam oculos alliciunt, curiositatem cient, & inescant. Gratissima quæ nuperrima. *Á placer navegamos.* Placidè, & commodè navigavimus.

Aplicar remedio. Remedium, vel medicinam apponere, adhibere, applicare.

Aplicarse al estudio. Litteris studiosè operam dare. Omnem operam, & curam ad litterarum studia conferre. Animum ad litteras adjicere, ad studia referre. In litterarum studia incumbere.

Aplicacion. Applicatio, propensio ad aliquid. Assiduitas in re aliqua.

Aplicado. Propensus ad aliquid. Virtu-

totis studiosus. Assiduus in suo munere. *No tenia mucho ingenio ; pero era muy aplicado.* Non valuit ingenio, sed assiduitate.

Aplomado color. Plumbeus color.

Apocar. Vide *Disminuir.*

Apocado. Nimis parcus. Vide *Escaso.*

Apocrifa cosa. Apocriphus, a, um, quod auctoritate caret.

Apoderarse de algo. Rem occupare, potiri, sui juris facere, in suam potestatem, aut ditionem redigere. Arcem, collem, juga insidere.

Apodo. Cavillatio, nis. *Decir apodos á uno.* Aliquid in aliquo cavillare, in aliquem jocari, dicere.

Apolillarse. Tineis obrodi, exedi.

Apologia. Apologia, æ. Defensio, aut excusatio facti per scriptum.

Apoplexia. Apoplexia, æ. Apoplecticus humor. Stupor nervorum totius corporis, atque sensus.

Aporcar los cardos. Carduos terra condere, tegere, obruere.

Á porfia. Certatim.

Aporrear. Clava, aut fuste contundere.

Aporrearse. Clavis se mutuò excipere, contundere. Mutuis se ictibus lacerare, conficere.

Aportar. Portum tenere, ad portum appellere, accedere, pervenire.

Aportillar el muro. Partem muri demoliri, dejicere, diruere.

Aposentar. Alicui de hospitio accommodare, hospitium illi constituere.

Aposentador. Diversoriorum designator. Qui diversoria designat.

Aposento. Cœlla, œ. Cubiculum, i. *De dos camas.* Biclinium. *Retirado.* Conclave, is.

Apostar. Sponsionem facere. *Apostar con alguno.* Sponsione aliquem lacessere. *Yo apuesto un escudo á que Pedro gana.* Unius aurei sponsionem facio, ni Petrus vicerit. *Yo apuesto otro tanto que no.* Tantundem spondeo, si vicerit. *Puede apostarselas á qualquierá.* Cum præstantissimis conferendus est.

Apostata. Christianæ fidei, vel religionis desertor. Apostata, æ.

Apostatar. Á vera fide, vel religione desciscere, deficere. Á religiosæ vitæ castris ad sæcularem, ac solutiorem vitam transfugere. Avitam religionem deserere.

Apostema. Vide *Postema.*

Apostemarse el humor. Ascedo, is. Suppuro, as. Saniem in pus convertit. *Brazo apostemado.* Brachium vomica laborans.

Apostol. Apostolus, i. *Apostolado.* Apostolatus, us. Apostolica dignitas.

Apotegma. Apophtegma, tis.

Apoyar. Fulcio, is. Sustento, as. Firmamentum ponere. *Apoyar lo que otro dice.* Alicujus sententiam approbare, confirmare, roborare, auctoritate sua stabilire.

Apoyo. Fulchrum, munimen, firmamentum.

Apreciar. Æstimo, as. Pretium constituere, æstimationem facere.

Apreciador. Æstimator, oris.

Aprecio. Æstimatio, nis.

Aprehender imaginando. Imaginor, aris. Mente aliquid concipere, apprehendere.

Aprehension. Imaginatio.

Aprehensivo. Imaginationi obnoxius.

Apremiar. Premo, is. Urgeo, cogo, is.

Aprehender. Disco, is. Edisco, is.

De vos he aprendido lo que sé. Quidquid scientiæ, cognitionis, doctrinæ, intelligentiæ consecutus sum, à te didici, percepi, suscepi, sumpsi, arripui, ex te hausi, tibi acceptum refero. Tu mihi ad rerum scientiam, & cognitionem prælu-xisti, viam aperuisti, ostendisti, facem prætulisti. Te duce, ac magistro ad multarum rerum cognitionem perveni, ad rerum scientiam eruditus, instructus, informatus, expolitus sum.

Aprendiz. Novitius in arte aliqua. Discipulus in re non litteraria. Tyro, nis.

Aprensar. Prælo aliquid premere.

Apresar algun navio. Navem mercibus onustam capere, aprehendere.

Aprestar. Vide *Aparejar.*

Apriesa, ó aprisa. Properè, celeritèr.

Muy apriesa. Præproperè.

Apresurar á otro. Urgeo, es. Instare alicui, calcaria illi adhibere.

Apresurarse. Festino, propero, accelero,

lero, maturo, as. Celeritatem adhibere.

Apresuradamente. Festinanter, properè, velocitèr, celeritèr.

Apresurado. Præproperus, festinus, velox, præceps.

Apretar. Premo, is. Comprimo, is. Constringo, is. Arcto, as. *Haciendo fuerza.* Cogo, compello, urgeo. *Aprietame á que vuelva á ser su amigo.* Á me valde contendit de reditu in gratiam. *Aprietale á que acete el cargo.* Enixe ab eo contende, ut se præfici patiatur. Urge, insta, ut provinciam accipiat. *Apretaisme tanto, que &c.* Eo me redigis, ut, &c.

Apretado se halla. Undique premitur, tenetur. Hæret in angustiis, quo se vertat nescit, aut quo pacto laqueum declinet. *No apreteis tanto, que saqueis sangre.* Noli ad vivum resecare. *No sabeis donde me aprieta el zapato.* Nescis unde me calceus urgeat.

Apretada cosa. Strictus, a, um. Adstrictus, constristus.

Apretado, ó escaso. Deparcus, tenax.

Apretadamente. Stricte.

Apretador de perlas. Gemmea spira.

Apretón. Impressio, impetus, us. *Dar un apretón.* Impressionem facere.

Apretura de tiempo. Temporis angustiæ. *De gente.* Pressus, us. Pressura multitudinis. Compressio turbæ. *Por poco me ahogára con la apretura de la gente.* Multitudinis concursu penè oppressus fui.

Aprieto, ó estrechura. Angustiæ, arum. *En gran aprieto me hallo.* In magnis angustiis versor. In maximas angustias adductus sum, coactus, compulsus. Teneor undique.

Aprisco. Caula, stabulum, ovile, is.

Aprisionar. Vincio, is. Vide *Carcel.*

Aprobar lo que otro dice. Sententiam alicujus probare, approbare, comprobare. Assentiri alicui. *Fue aprobado por voto de todos.* Omnium calculis approbatus fuit, omnium suffragia tulit. Nullus ei in suffragatione defuit.

Aprobada virtud. Spectata virtus, probata, cognita, & perfecta.

Aprobacion. Probatio, approbatio, nis.

Apropiar. Vide *Adjudicar.*

Apropiarse algo. Aliquid sibi sumere, vindicare. Vide *Atribuir.*

Aproposito vino. Opportunè se obtulit, percommodè accidit, peropportunè cecidit. *No se puede decir cosa mas á proposito.* Nihil opportunius, nihil magis appositè dici potuit. *Tu eres aproposita para eso.* Tu ei rei, vel ad eam rem aptus es, idoneus, habilis, non ineptus. Vide *Proposito.*

Aprovechar en sí. Proficio, is. Progredi, præcedere, progressum in litteris, aut virtute facere. *Poco aprovechas.* Parum promoves.

Aprovechar á otro. Prosum, des. *Aprovechar el tiempo.* Tempus honestè impendere, traducere. *Aprovecharse de algo.* Aliqua re uti, frui. *Aprovechas del gobierno para tus grangerias.* Abuteris potestate ad quæstum. *Aprovéchaste de mi bondad para hacer quanto quieres.* Abuteris ad omnia facilitate nostra.

Aptitud. Vide *Habilidad.*

Apto. Vide *Habil.*

Apuesta. Sponsio, nis. Vide *Apostar.*

Apuñar. Pugno capere aliquid.

Apuñetarse. Mutuis pugnis rem gerere, certare, contendere.

Apuntalar. Fulcio, is. Vide *Puntal.*

Apuntar al blanco. Collineo, as. (Sic legendum potiùs, quàm, Collimo, as.) *Al que dice de memoria.* Suggero, is. *No hizo mas que apuntarlo.* Rem tantummodo attigit, leviter perstrinxit. *Apuntar, tener puntos.* Puncta appingere.

Apuntar algo de la lectura. Aliquid inter legendum notare, excerpere, excipere. *No leia libro que no apuntase alguna cosa notable.* Nullum librum legebat, quin aliquid præcipuum exciperet.

Apuntamientos. Notæ, arum.

Apuntador en el estudio. Censor. *De comedia.* Qui suggerit in scena agentibus.

Apuntacion asi. Suggestio, nis.

Apurar el oro. Purgo, as. Recoquo, is.

Apurar la verdad. Argumentis veritatem elicere, rationum pondere exprimere.

Apurar demasiado. Ad vivum resecare.

Apurasme la paciencia. Patientiam mihi

mihi exhauris, extorques. *No apurar demasiado*. Nequid nimis.

A puros ruegos lo alcanzamos. Precibus id evicimus, extorsimus, expressimus.

A ANTE Q.

Á qualquier lugar que vayas. Quoquò te duxeris. Quocumque iveris.

Aquario, signo. Aquarius, ii.

Aquartelarse. Castra metari, ponere, facere, locare. Castris se munire.

Aquatil. Aquatilis. Qui in aqua vivit.

Aquel, aquella, aquello. Ille, a, ud.

Aquese, aquesa, aqueso. Iste, a, ud.

Aqueste, aquesta, aquesto. Hic, hæc, hoc.

Aquexar. Vide *Afligir*.

Aqui en este lugar. Hic, in hoc loco.

Aqui en este lugar. Huc. *Ven aqui*. Huc ades, accede. *Aqui es ello*. Hoc opus, hic labor est. *De aqui no tienes que esperar cosa buena*. Boni hic quod expectes, nihil est. *Aqui del estudio*. Adeste scholastici, huc in auxilium convolate. *Aqui se verá quien amores tiene*. Hìc, quid possit amor, apparebit. *Aqui le duele*. Hìc sensus, & causa doloris. Hinc dolor, hinc lacrymæ.

A ANTE R.

Ara, ó altar. Ara, æ. Altare, is.

Arancél. Edictum, quo mercibus, & stipendiis pretium præscribitur. *Guardar el Arancél*. Ad præscriptum agere, à præscriptis non discedere.

Arar. Aro, as. Aratro terram subigere, proscindere. Sulcum imprimere. *Ara bien, y cogerás trigo*. Sulcum altius imprime, ut messis tibi uberior proveniat. Bene cultus ager messem fert uberrimam.

Arador. Arator, oris. *El de la mano*. Acarus. i. *Arado*. Aratio, nis.

Araña. Aranea, æ. Araneus, ei. Vel Araneum, i.

Araña, pescado. Araneus, ei.

Arañar. Faciem unguibus lacerare, fœdare. Ungues imprimere. *Arañarse*. Unguibus certare, se mutuo laniare. *Araña quanto puede de aqui, y de alli*. Hinc inde colligit, congerit, quantum potest.

Arbitrio para aumentar las rentas reales con menos tributos. Ratio qua minore cum onere provinciarum fiscus augeatur. Ratio excogitata ad fiscum augendum, vectigalibus imminutis. *Dar un arbitrio*. Rationem invenire, excogitare quo pacto aliquid fieri possit.

Arbitro, Juez. Arbiter, i.

Arbitrar. Arbitror, aris. Vide *Juez*.

Arbol. Arbor, oris. *Arbolillo*. Arbuscula, æ. *Arbol de Navio*. Malus, i. *De la descendencia*. Avorum, majorum series, gentis, aut familiæ stirps.

Arboleda. Arboretum, arbustum. Locus arboribus consitus. Sylva, æ.

Arca. Arca, æ. *La del pan*. Panerium. *La arca abierta, el justo peca*. Non facilè esuriens posita retinebere mensa: Et multam saliens incitat unda sitim. Ovid.

Arco de fuente. Castellum, i. Lacus, us.

Arcabuz. Sclopus, i. Sclopetum, i. *Armarle*. Pilis, & sulphureo pulvere sclopum instruere. *Arcabuzear á uno por algun delito*. Sclopis aliquem petere supplicii causa.

Arcabuzazo. Sclopi explosio.

Arcabuzero. Sclopetarius, ii.

Arcadas de vomito. Nausea, æ. *Dar arcadas*. Nauseo, as. Nausea laborare.

Arcaduz. Aquæductus, us. Tubus, i.

Arcediano. Archidiaconus, i.

Arcedianato. Archidiaconatus, us.

Archero. Satelles Regius.

Archiduque. Archidux, cis.

Archiduquesa. Archiducissa, æ.

Archivo. Tabularium, ii. Archivum, i. Chartophylacium publicum.

Archivero. Arcarius, Chartophylax, cis.

Arcilla. Argilla, æ. Creta sigillaris.

Archipreste. Archipresbyter, eri.

Arco. Arcus, us.

Arco tirante. Intentus arcus. *Armarle*. Arcum intendere.

Arco de bobeda. Fornix, icis. Arcus, us.

Arco del Cielo. Cœlestis arcus. Iris, dis.

Arder. Ardeo, es. Flagro, as. Exardeo, es.

Ardor. Ardor oris. Nimius calor.

Ardid de guerra. Stratagema, tis.

Ar-

Ardienda. Fœmina libidine ardens.

Ardua cosa. Arduus, a, um. Difficilis.

Arena. Arena, æ. *Menuda.* Arenula, æ. Arena tenuissima. *Arena gruesa.* Sabulum, i.

Arenisco, ó arenoso. Arenosus, a, um.

Arenal. Æquor arenosum. Sabuletum.

Arenga. Præfatio, præludium, ii. *Al que se gradua.* Laudatio viri, Academicis honoribus inaugurandi.

Arengar al graduando. Candidatum honoris academici laudibus ornare, extollere, cumulare.

Arenque. Halex, ecis.

Arfil de Algedrez. Arcitenens, tis.

Argadixo, ó argadillo. Rhombus, i. Rota glomeratoria.

Argamasa. Argilla, æ.

Argenteria. Argenteæ lenticulæ, quibus vestis pretiosa riget, fulget.

Argolla. Annulus ferreus. *Argolla de esclavo.* Servilis notæ torquis.

Arguir, ó argumentar. Argumentor, aris. Argumentis aliquid ostendere, probare. Disputo, dissero, discepto. Ratione, vel auctoritate pugnare, contendere.

Arguir en forma. Pressè, & subtiliter ratiocinari. Subtiliùs disserere. *Arguir en materia.* Solutiùs agere, & pingui Minerva.

Argumento. Argumentum, i. Ratio excogitata ad probandum aliquid. *Declaracion del argumento.* Argumentatio, argumenti expolitio.

Argumento aparente. Elenchus, i. *Falso.* Sophisma, tis. *Que hace á dos manos.* Dilemma, tis. *Demonstrativo.* Argumentum apodicticum. Demonstratio, nis. *De antecedente, y consequencia.* Enthymema, tis.

Armado viene de argumentos. Instructus, & paratus ad argumentandum venit.

Entrar en el argumento. Initium disputationis facere. Disputationem [illegible]re, committere. Gradum, vel pedem conferre.

Apretar el argumento. Eodem occurrere. Respondentem urgere, argumentis premere, rationem vinculis constringere.

Sacarle del argumento. De gradu pellere.

Valerse de argumentos sofisticos. Abire ad tricas, verborumque captiones.

No concluye el argumento. Crassa est, & vitiosa conclusio, aliud enim quàm petebatur, illatum est. Non id, quod ratio postulabat, conficitur. Nihil concludit argumentum. Ex his, quæ præmisisti, non fit quod vis.

Replicar al sustentante. Instare vehementiùs, fortiùs invehi, validiùs insurgere, subtiliùs argumenti filum deducere.

Estais os en un mismo argumento. Idem etiam, atque etiam premis argumentum, Eundem locum urges diu. Instas rusticè, sané, atque in eodem argumento perstas. Nihil promoves. Eandem massam pinsis, atque idem lutum subigis. Serram per eandem lineam reciprocas.

Soltar el argumento. Argumentum solvere, dissolvere, diluere. Disputanti cumulatè satisfare. *Haceis circulo vicioso.* Eodem iterum, & sæpius recurris. Revolveris eodem. *Abocaisme, y no me dexais responder.* Avertis orationem meam, nec das respondendi locum. Cic.

Á este argumento no hay respuesta. Hujus argumenti vis, atque acies retundi non potest. Hujus argumenti nodus indissolubilis est. Nullis ingenii viribus illum explicare, aut dissolvere queas.

Poca fuerza tiene este argumento. Infirmum est hoc argumentum, nullius roboris, & momenti. Telum obtusum. Plumbeus pugio. *El argumento se puede volver contra él.* Argumentum contra illum retorqueri, vel referri potest.

Arguyente. Argumentans, disputator.

Arisco. Ferus, horridulus, asper.

Aritmetica. Arihmetica, æ.

Armada. Classis, is. *Aparejarla.* Classem ingentem ornare, adornare, parare, instruere, moliri, comparare.

Armar. Armo, as. Armis instruere.

Armarse. Arma induere. Ferro se accingere. Armorum præsidio uti. Armis se, vel aliquem instruere, induere, tegere, mu[illegible]re, communire. *Armarse contra la republica.* Arma contra rempublicam capere, sumere, arripere.

Armar el arco. Contendere arcum.

Armar zancadilla. Supplantare aliquem, intervertere, eludere, decipere.

Armar á los pajaros. Tendiculis aviculas captare, retibus aucupari, fallere vis-

visco. Insidias aviculis tendere.

Armar una casa. Tignis, & trabibus domum rudem informare.

Armas. Arma orum. *Arrojadizas.* Tela, jacula, missilia. *Varias diferencias de arma.* Armatura varia. *Hombres de armas.* Gravis armaturæ milites. *Page de armas.* Armiger, i. *Armado á la ligera.* Levis armaturæ miles.

Armas ò blasones de alguna cosa. Insignia, ium. Stemmata gloriosa. Nobilitatis monumenta clarissima.

Degollóse con sus armas. Suo se gladio jugulavit. Sibi malum arcessivit. Suo ipsius laqueo captus est. Dolus & techna in auctorem recidit.

Armazon de alguna obra. Rudis materia operis coagmentata. Rudis coagmentatio operis. *Armazon de cama.* Ligna omnia lecti inter se commissa.

Armachismes. Sycophanta, æ. Delator.

Armado. Armatus, armis instructus. *de punta en blanco.* Cataphractus, armis undique protectus, munitus.

Armario. Armarium, ii.

Armaria. Armamentarium, ii.

Armero. Armorum faber, politor.

Armella. Annulus ferreus.

Armiño. Mus Ponticus, mustella alba.

Armonia. Harmonia, æ. Concentus, us.

Arnés. Thorax solidus.

Aro. Arculus, i. Circulus ligneus.

Arómas. Aromata, um.

Arpillera. Loricula pro sarcinis.

Arquear. Arcuo, as. *Arquear las cejas.* Adducere, attollere supercilia.

Arqueado. Arcuatus. Convexus, a, um.

Arqueta, ó arquilla. Arcula, æ.

Arquello del rabel. Plectrum, i.

Arquitecto. Architectus, i.

Arquitectura. Ars ædificandi. Architectonice, architectura, structura, æ.

Arrabál. Suburbium, ii.

Arracadas. Inaures, ium.

Arrancar. Evello, revello, is. Refigo, is. *De raiz, ó de quajo.* Extirpo, as. Radicitus eruere, convellere, excindere.

Arrapiezos. Laciniæ, arum. *Llevarle por los arrapiezos.* Abripere, trahere hominem laciniis apprehensum.

Arras. Arrhàbo, nis. Arrhæ, arum.

Arrasar Ciudades. Urbes delere, diruere, solo æquare, funditus evertere. *Arrasaronsele los ojos de agua.* Obortæ sunt illi lacrymæ, oculi lachrymis suffusi.

Arrastrar. Traho is. Rapto, as. *Como culebra.* Serpio, is. Prorepo, is. *Arrastra la ropa.* Fimbria togæ trahitur, solum verrit. *Anda arrastrado.* Miserrimam vitam trahit, ærumnosam vitam exigit.

Arrastrado te veas. Pedibus ab hoste traharis, vitamque raptus finias.

Arrayan. Myrtus, i.

Arraygar. Radices agere, emittere.

Arrear. Vide *Adornar.*

Arreo, ó adorno. Ornatus, us. *Venga arreo.* Ordine procedat, circumducatur. *Tres dias arreo.* Tres continui dies.

Arrebañar. Corradere, coacervare.

Arrebatar. Rapio, arripio, abripio, is.

Arrebatóle la muerte. Præpropera morte absumptus est, immatura morte præreptus.

Arrebatado rio, ó torbellino. Fluvius rapidus, turbo rapax. *Hombre arrebatado.* Consiliis præceps. *Arrebatado de colera.* Furore correptus.

Arrebatadamente. Raptim, rapidè.

Arrebatiña. Rapina, æ. *Andar á ella.* Rapinam exercere, rapto vivere.

Arrebatarse. Vide *Arrobarse.*

Arrebatamiento. Vide *Arrobo.*

Arrebol. Roseus nubis color. *Arrebolada nube.* Nubes à Sole rutilans. *Arrebolarse el Cielo.* Rutilo, as. Inardesco, is. Refulgeo, es. *Arrebolarse la muger.* Vide. *Afeytarse.*

Arrebozarse. Caput obvolvere.

Arreciar. Convalesco, is. Vires recipere, viribus confirmari. *Arreciar el ayre.* Ventus increbrescit.

Arredrar. Arceo, es. Vide *Apartar.*

Arregazar los brazos. Brachia nudare, detegere, exercere, expapillare.

Arremangar la saya. Pallam succingere. Laciniam levare, tollere.

Arremeter. Irruere, invadere, incurrere, involare in aliquem. In hostes prorumpere. In aciem procurrere.

Arremetida. Irruptio, incursio, nis.

Arrendar dar á renta. Loco, as. Eloco.

Ar-

Arrendar, tomar á renta. Redimo, is. Conduco, is. *Arrendador, que da á renta.* Locator, oris. *Que toma á renta.* Conductor.

Arrendador de Alcavalas. Publicanus, i. Vectigalium redemptor.

Arrendamiento. Conductio, redemptio, nis.

Arrepentirse. Pœnitet, piget. *Mejor es mirarlo antes, que arrepentirse despues.* Satius est pridie cavere, quàm postridie pœnitere.

Arrepentido. Facti pœnitens.

Arrepentimiento. Pœnitentia, æ.

Arrestarse. Vide *Abalanzarse.*

Arriba. Supra. *Ir arriba.* Sursum contendere. Supra ascendere. *Subir mas arriba.* Superius ascendere. *Cosa de arriba.* Supernus, a, um. *Los de arriba.* Supernates, um. *De arriba tiraron piedras.* Lapides supernè conjecti sunt.

Arribar con la nave. Vide *Aportar.*

Arribar á la cumbre de la perfeccion. Ad perfectionis culmen aspirare, contendere, pervenire. *No pudo arribar con ello.* Tantam contentionem ferre non potuit. Tantam negotii molem sustinere non valuit. Tanto sub onere cecidit.

Arriedro vayas diablo. Apage, cacodæmon. Vade retro, Satana.

Arriero. Mulio, onis. Agaso, nis.

Arriesgar la vida. Periculo se committere. Dare se in discrimen.

Arrimar. Admoveo, es. Applico, as. *Arrimarse.* Accedo, is. *Estar arrimado.* Hæreo, adhæreo, es. *Quien á buen arbol se arrima, buena sombra le cobija.* Tanti viri patrocinio satis me contra omnes tectum putem. Tanti Mœcenatis fide, ac præsidio munitus, nihil est quod timeam. Tua tanti viri fides, & auctoritas tutum me ab adversariis, & incolumem præstabit.

Arrimo, ó apoyo. Fultura, æ. Fulcimentum, scipio, nis. *Vos solo sois mi arrimo.* Tua gratia, & favore confido. In te uno nititur mea salus. In te uno omne meum præsidium collocavi. Tu mihi unus asylus, & portus salutis.

Arrinconar á uno. Ad munus infimi subsellii, minimique negotii aliquem abjicere, ablegare, amandare. Ad provinciæ latebras relegare. In pristinum, aut angulum detrudere.

Arrinconado. Ad provinciæ latebras relegatus. Abjectus, neglectus.

Arriscarse. Dare se in discrimen. Periculo se committere.

Arriscado. Temerarius, projectæ audaciæ homo.

Arritranca, ó retranca. Vide *Atabarre.*

Arroba de peso. Pondus viginti quinque librarum. *De media.* Amphora, æ.

Arrobarse. Animum rerum divinarum contemplatione, & amore rapi, abripi, absorberi. *Arrobase muchas veces.* Ejus sæpe à sensibus animus abstrahitur, & à terra sublimis elevatur. Ecstasim patitur.

Arrobamiento, ó arrobo. Ecstasis, sis. Raptus, us. Excessus, us.

Arrodear. Obliquè & per ambages ire, quo tendis. Viæ dispendia petere. *Mas vale arrodear, que mal pasar.* Præstat per viæ flexum securè ire, quam recta periculum adire.

Arrodillarse. In genua procumbere. Genua flectere. *A los pies de alguno.* Supplicem se ad alicujus pedes abjicere, prosternere, submittere. Ad ejus genua procumbere, pedibus ejus advolvi, ad ejus pedes procidere.

Arrodillado. Genibus nixus.

Arrogante. Arrogans, insolens, elatus. Qui nimium sibi sumit, & arrogat.

Arrogantemente. Arroganter, insolenter, elato animo, superbè.

Arrogantia. Arrogantia, insolentia. *Ya conoceis su arrogancia.* Notus est vobis ejus animus. Nota vobis est hominis superbia, & insolentia. *No se me tenga á arrogancia.* Absit verbo invidia. Nolim hoc arroganter dictum existimari.

Arroxaque. Apus, odis. Cypselus, i.

Arrojar. Jacio, conjicio, contorqueo, es.

Arrojase á qualquier pecado. Præceps in omne flagitium ruit. *Arrojóse en medio de los enemigos.* In medios hostes irruit, irrupit. In confertissimos hostes se dedit, immissit. *No os arrojeis.* Nihil temerè feceris. Nihil sine consilio suscipias. Nihil inconsultè aggrediaris.

Arrollar el lienzo, ó el pergamino. Linteum, aut membranam convolvere. *Lienzo arrollado.* Convolutus. *Lienzo ar-*

arrollado. Lintea volumina.

Arromadizarse. Gravedine affici, tentari, teneri. *Arromadizado.* Gravedinosus. Gravedine affectus.

Arropar. Vestibus operio, tego, foveo.

Arropate que sudas. Jube sis te operiri, beatus si sudaveris.

Arrope. Sapa, æ.

Arrostrar á algo. Aliquid appetere. *No arrostra á cosa de comer.* Cibum spernatur, fastidit, aversatur. *No arrostrabamos á aquel modo de hablar.* Longè à nostris sensibus abhorrebat ejus oratio. *No arrostraba el Rey á eso.* Rex ab ea sententia valde abhorrebat.

Arroyo. Rivus, i. *Arroyuelo.* Rivulus.

Arroz. Oryza, æ.

Arruga. Ruga, æ. *De vestido.* Plica, Ruga, æ. Sinus, us. *Este vestido hace arrugas.* Laxa nimis est, sinuosaque vestis.

Arrugar la Frente. Frontem contrahere, captare. *Arrugarse.* In rugas contrahi, corrugari.

Arrugado. Rugosus.

Arruinar. Demolior, iris. Labefacto, as. Everto, deleo. *Arruinado.* Dirutus, eversus, deletus, destructus.

Arrullar al niño. Cantu infantem sopire, somnum illi conciliare, lallare.

Arrullo. Larus, i. Cantus ad sopiendum puerum.

Arrumaco. Adunci nasi gestus. *Hacer arrumacos.* Adunco naso aspernari.

Arte. Ars, tis. *Hombre de lindo arte.* Præstanti corpore adolescens pulcher.

Arte para engañar. Dolus, i. Astus, us. Techna, æ. *Arte de fabricar.* Architectura, æ. *De adivinar.* Ars divinandi. *Artemagica.* Magia, ars magica. *Sabe bien el arte de la aguja de marear.* Rei bene gerendæ rationem tenet.

Artes liberales. Liberalium artium studia. Nobiles disciplinæ. *Artes mecanicas.* Opificia mechanica. *Cosa hecha con arte.* Res scitè facta, arte elaborata.

Artero. Dolosus, vafer, versutus.

Artista. Liberalium artium studiosus auditor.

Artejo del dedo. Articulus, condylus, i.

Artemisa, yerva. Artemisia, æ.

Arteria. Arteria, æ. Vena, æ.

Artesa para amasar. Mactra.

Artesilla, ó arteson. Labrum ligneum,

Artesones del techo. Laquearia tecti. Laquear, aris. Laquearium, lacunar, aris.

Articulo de disputa. Articulus, i.

Articulos de la Fé. Præcipua Christianæ religionis mysteria. Fidei articuli. Symbolum fidei.

Articular las palabras. Formare verba.

Artifice. Artifex, icis. Actor, is. Faber, bri. *Cosa de Artifice.* Fabrilis, e.

Artificio. Artificium, ii. Ars, tis.

Artificial cosa. Artefactus, artificialis.

Artificialmente. Artificialiter.

Artificiosa cosa. Res arte elaborata, ingenio perfecta, expolita, affabrè facta. Artificiosa res.

Artificiosamente. Artificiosè, affabrè, ingeniosè, ex arte.

Artilleria. Tormenta bellica, militaria. *Plantar la artilleria.* Tormenta bellica in loco apto constituere, collocare. *Clavarla.* Tormenta ænea, stivis in spiracula conjectis, configere, ut displodi non possint.

Artillero mayor. Tormentorum magister. Tribunus armamentarius.

Artimaña. Techna, æ. Dolus, i. Astus, us. *Alcanzar algo por artimaña.* Astu aliquid prehendere. Per ambages, & cuniculos, quo tendimus, pervenire.

Arveja. Vicia, æ. Ervilla, vel Ervila, æ.

Arvejones. Siliquæ, arum.

Aruño. Unguis perstrictio. Unguis impressio levis.

Arzobispo. Archiepiscopus. Hierarcha.

Arzobispado. Archiepiscopatus, us.

Arzon de la silla. Ephippii ferreus fornix.

A ANTE S.

As, en naypes. Monas, idis. *En los dedos.* Canis, is.

Asa. Ansa, æ. *Cosa con asas.* Ansatus.

Á sabiendas. Vide *Adrede.*

Asadura. Exta, orum. Intestina, orum.

Asaetar. Sagittas in aliquem conjicere. Sagittis cervum petere, configere.

Asalariado. Mercede conductus. Auctoratus. *Asalariar.* Mercede adstringere, obligare.

Asaltar. Assilio, is. Irruo, is. Scalis ad-

admotis in urbem irrumpere.

Asalto. Irruptio, incursus, ascensus in urbem. Assultus, us. *Dar asalto.* Impetum in urbem facere, in urbem irrumpere.

Asar. Torreo, es. Versare ad ignem infixas veru carnes. *Pera asadera.* Pirum igne mitigandum.

Asado. Assus, a, um. Torridus.

Asador. Veru. *De tres puntas.* Fuscina, æ.

Asesino. Sicarius, ii. Qui pretio conducitur ad cædem faciendam.

Asaz. Sat. Satis, prorsus, affatim.

Á sazon. In tempore, loco, opportunè.

Ascendientes. Majores, um.

Asco. Nausea, fastidium, horror. *Asco me da de verle.* Nauseam mihi movet ejus aspectus. Abhorret animus, & oculi ab ejus aspectu. *Hacer ascos de una cosa.* Aspernor, aris. Fastidio, is. Nauseo, as. Respuo, is.

Asqueroso. Horridus, sordidus, squalidus.

Asquerosidad. Sordes, ium. Squalor, is.

Ascua. Pruna, æ. Ignitus carbo.

Asma. Anhelatio. *El que tiene asma.* Qui respirandi facultate laborat. Suspiriosus, astmaticus, anhelator.

Asno. Asinus, i. Asellus, i. *Asna.* Asina, æ. Asella, æ. *Asno silvestre.* Onager, gri. *No es la miel para la boca del asno.* Nihil graculo cum fidibus. Nihil cum amaracino sui. *Al asno cebada, y palo.* Asino, gramen & fustis. *Cosa de asno.* Asininus, a, um. *Asnear con crecimiento.* In dies magis, ac magis desipere.

Asolearse. Æstu solis affici, aduri.

Aspa. Decussatum lignum.

Aspar lo hilado. Fila deducta decussare, decussatim devolvere. *Aspar á un hombre.* Indecussatam furcam hominem agere.

Aspavientos. Panicus terror. Lymphatici metus. *No hagais aspavientos.* Ne tragœdias excites.

Aspecto. Aspectus, us. Vide *Semblante.*

Aspero al tacto. Asper, scaber, bra, um.

Aspero al gusto. Austerus. *De condicion.* Natura asper, acerbus, durus, austerus, immitis. *Aspereza.* Asperitas, austeritas, acerbitas, tis. *Asperamente.* Acerbè, asperè, durè, austerè.

Aspid. Aspis, dis.

Aspirar á grandes puestos. Ad magnos honores contendere, aspirare.

Asear. Orno, as. Exorno, excolo, is.

Aseado. Cultus, elegans, ornatus.

Aseo. Ornatus. Elegantia, cultus, us.

Asechanzas. Insidiæ, arum. *Ponerlas.* Insidias alicui parare, comparare, apponere, instruere, moliri, machinari, ponere, tendere, collocare. Insidiis aliquem petere, appetere. Insidior, aris. *Cayó en las asechanzas.* In insidias devenit. Insidiis exceptus est. Ex insidiis captus est. *Escapóse de ellas.* Ex insidiis evasit, ereptus est. Insidias vitavit, effugit.

Asegundar. Itero, as. Repeto is.

Asegurar algo por cierto. Assevero, as. Pro certo aliquid afferre, affirmare. *Yo aseguro que no perderias la ocasion.* Occasionem certè non prætermitteres, urgeres utique, proculdubio arriperes. Occasionem, credo, elabi non sineres.

Asegurar á uno de peligro. Tutum aliquem reddere, in tuto collocare. *Yo te lo aseguro, por mi cuenta, que lo hará puntualmente.* Tibi spondeo, in me recipio, certissimè præstaturum. *Yo no puedo asegurarte de violencia.* Ego tibi à vi præstare nihil possum. *Nadie puede asegurar un caso fortuito.* Communem, & incertum casum præstare nemo potest.

Asegurar sus cosas. Res suas in tuto collocare. Rationes suas commodiùs, & cautiùs constituere. Rebus suis consulere.

Asemejar. Assimilo as.

Asentar poniendo en lugar. Loco, as. Colloco, pono, statuo, is. *Asentar los reales.* Castra metari, ponere, locare.

Asentar por cosa cierta. Statuo, is.

Asientan, que ninguno se salva, sino &c. Statuunt, neminem salvum fieri, nisi, &c.

Quede esto asentado entre nosotros. Hoc certum nobis sit, & constitutum. Hoc apud nos maneat. *Temo no asentemos principios mal fundados.* Vereor committere, ut non benè provisa principia ponantur. *No hay cosa sentada hasta ahora.* Tota res etiam nunc fluctuat. Cic.

Asentar con algun amo. Dare se in alicujus famulatum. In ejus obsequium, vel ejus obsequio se dicare, mancipare. *No acaba de asentar el paso.* Nondum gradum in virtute fixit, nec dum rectè vivendi rationem instituit.

Asentar el paso la cavalgadura. Sedato gressu incedere. Placido passu gradi. Placidè gradum facere.

Asentar el Escribano. Scribo, is. In acta referre. *En el libro de cuentas.* In codicem accepti &. expensi referre. Rationibus aliquid inferre.

Asentarse. Vide *Sentarse.*

Asentóseme esto. Hoc animo sedit, insedit meo. Sic animum induxit. In animum induxi, ita esse. Hæc mihi suspicio insedit.

Asiento. Sedes, is. Sedile, is. Sella, æ. *En los teatros.* Cunei, fori, orum. *En estrados de Jueces.* Subsellia, orum. Tribunalia, um. *Del Príncipe.* Principis tribunal. *Vivir de asiento en un lugar.* Domicilium in aliquo oppido habere. Sedem ibi constituere, collocare. *Hombre de mucho asiento.* Multi animi vir, non levi sententia. *De poco asiento.* Homo levis, inconstanti animo. *Hacer asiento en el suelo.* Subsido, consido, is.

Asientos con el Rey. Pacta, convecta, orum. *Hacerlos.* Paciscor eris. Convenire cum Rege de re aliqua. *Hacer asiento con algun mercader.* Societatem cum illo coire.

Asentista. Argentarius, collybista, æ.

Asentaderas. Clunes, nates, ium.

Asentir. Assentio, is. Asentior, iris.

Aserrar. Serra secare. *Aserraduras.* Scobs, bis. Quisquiliæ arum.

Asear. Tandem aliquando sapere.

Asesor. Assessor, oris. Qui judici assidet juris dicendi causa.

Asestar la artillería. Tormenta bellica in hostes dirigere, intendere.

Asi. Sic, ita. *No me da mas asi, que asado.* Nihil attinet sic, an secus fiat. *Asi, que eso decia!* Itane ajebat tandem!

Asi, qué se hace de rogar? Ita ne vero rogandus est?

Asi (de quien desea.) Utinam, etiam. *Es gran Caballero, asi fuera buen Christiano.* Clarissimis ortus est majoribus, utinam etiam esset Christianis moribus. *Asi fuera aplicado, como tiene buen ingenio.* Utinam, quemadmodum ingenio viget, sic etiam litteras amaret. *Asi quisieran como pueden.* Utinam pro potestate voluntas esset. Utinam quam possunt, tam etiam vellent. Utinam tam vellent, quam integrum illis est.

Asi como (en los semejanzas.) Ut, quemadmodum. *Asi como es principio de salud conocer la enfermedad, asi lo es de la enmienda conocer la culpa.* Ut sensus morbi est sanitatis initium, ita culpæ confessio correctionis principium.

Asi estos, como aquellos. Tum hi, tum illi. Et hi, & illi. Vel hi, vel illi. *Hombre es de quien gustan poco, asi los Estudiantes, como los ciudadanos.* Vir est, tum scholasticis, tum civibus ingratus. Neque scholasticis, neque civibus acceptus. *Asi por su rudeza, como por su grosería.* Propter ingenii, vel tarditatem, vel rusticitatem. *Asi en publico, como en particular.* Quà publicè, quà privatim.

Asi como, ó luego que. Ut ubi, ut primum, simul ac, simul atque. *Asi como oi la voz, le conocí.* Ut vocem audivi, cognovi hominem. Simul ac vocem percepi, in cognitionem hominis veni.

Asi como asi (quando afirma.) Nihilominus. *Asi como asi tiene mucha dificultad el negocio.* Multis nihilominus difficultatibus implicata res est. *Quando niega, es* Nihilo magis. *Asi como asi no concluis nada.* Nihilo magis effecistis quod vultis. Cic.

Asimismo (en las semejanzas.) Item, itidem. *La templanza es asimismo en dos maneras.* Temperantia est itidem duplex.

Asi que, y asi. Proinde. Itaque. *Asi que, es pedir al olmo peras.* Proinde aquam à pumice ne postules. *Y asi perdéis tiempo en enseñarle.* Itaque in eo erudiendo oleum, & operam perdis.

Asi (de quien aprueba.) Macte. *Asi, esa me contenta, mancebo.* Macte hac virtute, puer. *Asi tenerselas tiesas.* Macte hac animi constantia.

Asi, asi. Modicè, mediocriter.

Asignar. Vide *Señalar.*

Asignacion. Assignatio, nis.

Asir. Prehendo, is. Prenso, as. Teneo, capio. *Asió de aqui para reprehen-*

der-

derme. In vitio vertit, ut me reprehenderet. *Asir del pico de la empanada.* Ansam calumniandi arripere. Sandalium Veneris culpas, cum ipsam non possis.

Asistir. Assisto, is. *Como Consejero.* Assideo, es. *Asistir ó favorecer á uno.* Adesse, præsto esse alicui. *Asistir en su oficio.* Assiduum esse in suo munere. *Asistir al estudio.* Assiduum in scholis esse. Frequentare scholas. Frequenter in scholas venire.

Asistente. Assesor, consiliarius, ii.

Asistencia. Assessio, nis. *En acudir á un lugar.* Asiduitas, tis.

Asolar los campos. Agros populari, depopulari, vastare. Vastitatem agris afferre. *Asolar Ciudades.* Urbes solo equare, excidere, delere.

Asolamiento. Vastatio, excidium, ii.

Asomar. Appareo, os suum ostendere. *Asomose á la ventana.* De fenestra prospexit. *Asomada.* Apparitio, nis.

Asomo de algo. Signum, indicium, vestigium, umbra. *Asomos de borracho.* Ebrietatis signa. *Asomado con el vino.* Ebrius, temulentus.

Asombrar, ó espantar. Terreo, exterreo, perterreo. *Asombrarse.* Expavescere. *De admirado.* In admirationem rapi, admiratione stupescere.

Asombrado. Exterritus, pavefactus. *De admiracion.* Admiratione stupens.

Asombro. Pavor, oris. Panicus metus.

Asonadas de guerra. Delectus militum. Apparatus bellicus.

Asueto. Vacatio à litteris. *Tenerle.* Vacare à litteris, à studiis feriari.

Asuncion. Assumptio, nis. *De nuestra Señora.* Assumptio Beatæ Virginis ad cœlos. Assumptæ in cœlum Virginis celebritas.

Asunto, ó intento. Propositum, consilium, scopus, i. *Ante todas cosas ha de escoger el Orador un asunto, que no se haga muy dificultoso.* In primis eligendum est oratori argumentum, cum quo non colluctetur. Vide *Empresa.*

Asustar á uno. Subito pavore aliquem afficere, consternere, concutere. *Asustarse.* Subito casu terreri, expavescere, consternari. *Asustado.* Subito casu perterritus, consternatus, perturbatus.

Asta de lanza. Hasta, æ. *De coluna, ó yerva.* Scapus, i. *Hombre de buena asta.* Procero corpore, excelsa statura. *Darse de las astas.* Digladior, aris. Inter se contendere, certare, dimicare.

Astil. Hastile, is.

Astillero. Hastæ repositorium.

Astilla. Asulla, æ. Schidia, orum.

Astro. Astrum, i. Sydus, eris.

Astrolabio. Astrolabium, ii. Instrumentum ex quo astrorum motus colliguntur.

Astrologia. Astrologia. Astronomia, æ.

Astrologo. Astrologus, astronomus, i.

Astroso. Abjectus, neglectus, panosus, despicatissimus, contemnendus.

Astucia. Astus, us. Calliditas, sagacitas, astutia, versutia. *Astucia tiene para todo.* Ad omnem malitiam & fraudem mentem facilè versat. Fraudem artificio ita, tegit, ut vel Argum ipsum, aut Ulissem fallere posit.

Astuto. Callidus, sagax, versutus, vafer. *Astutamente.* Astutè, callidè, versutè, vafré.

A ANTE T.

Atabál. Tympanum, i. *Tocarle.* Tympanizo, as. *Guarda no te toquen los atabales.* Cave sis tibi, ne bubuli in te cotrabi crebri crepent. Plaut.

Atabalero. Timpanista, æ. Timpanotriba, æ. Vide *Tambor.*

Atacarse. Ligulis femoralia constringere. Colobium ligulis vincire.

Atacadamente habla. Laconicè loquitur. Pressum dicendi genus amat. *Estilo atacado.* Breviloquentia, pressum dicendi genus, pressus stylus. Laconismus, i.

Atacar la plaza. Urbem obsidione premere, obsidionali accessu cingere.

Ataques. Obsidionales accessus.

Atado, y atadura. Vide *Atar.*

Ataharre. Postilena, æ.

Atahona. Vide *Tahona.*

Atajar. Intercludo, is. *Con cerca.* Intersepio, is. *Al que habla.* Interpello, as.

Atajar algun daño. Nascenti, serpentique malo occurrere, obviam ire. Invalescentem ignem, & in tecta grassantem compescere, comprimere, extinguere.

Atajar á uno los pasos. Conatibus alicujus resistere, obsistere.

Atajóle la vergüenza. Pudore detritus est.

est. Hæsit inter dicendum præ pudore. Rubore suffusus obstupuit, obmutuit. Pudor obstitit, quominus, &c.

Atajóse en viendome. Ubi me aspexit, hæsitare cœpit, gradum revocavit, vocem continuit; compressit. *Atajóle la muerte.* Mors ejus consiliis obstitit. Hæc agentem mors opressit.

Atajo de cercado. Septum, i.

Atajo de camino. Compendiaria via. Compendium, ii. *Echar por el atajo.* Compendiariam viam aggredi. Compendiosum iter facere. *No hay atajo sin trabajo.* Non est compendium sine dispendio. Omnis compendiosa via laboriosa est.

Atalaya. Specula, æ. *El que mira de ella.* Speculator. *Atalayar.* Speculor, aris. Esse in speculis. Ex specula prospicere.

Atambor. Tympanum, i. *El le toca.* Tympanista, æ. Tympanotriba, æ.

Atanór de aqueducto. Tubus, tubulus, i. *De noria.*

Atanquia, unguento. Dropax, acis.

Atapar. Vide *Tapar.*

Atar. Ligo, as. Illigo, obligo, religo. Astringo, constringo, vincio, is.

Ni ata ni desata en lo que dice. Non ea, que dicit, cohærent, conveniunt, constant. Nihil dicendo efficit, nihil certi concludit. Inepta, & inania fundit. Delirare hominem dicas, non dicere. Deliramenta somniantis hæc sunt, non prudenter dicentis oratio.

Atase facilmente, es atadísimo. Quavis occasione hæret. Homo est natura impeditissimus, minimè expeditus.

Atadura. Religatio, vinculum, i.

Atarazana, donde se hacen las naves. Navale, is.

Atarearse. Pensum sibi imponere, vel ab alio impositum suscipere.

Atascar. In cœno, aut luto hærere.

Ataud. Feretrum, i. Sandapila, æ.

Ataviar. Orno, as. Compono, is, Como, is. Instruo, is. Adorno, exorno, as.

Atavio. Ornatus, us. Ornamentum, i.

Ateista. Atheus & atheos, i.

Atemorizar. Perterrefacio. Timorem alicui incutere, inferre terrorem.

Atemorizado. Metu perterritus, terrore concussus, debilitatus metu.

Atenazear. Forcipibus ignitis hominis carnes appetere, carpere, avellere.

Atender. Attendo, is, Attentas aures præbere, adhibere. Attentè audire, attentiùs agere, cogitare. *Atender á su conveniencia.* Habere rationem sui commodi.

Atendióse á su calidad y prendas. Habita est ratio dignitatis ejus.

Atender, ó reparar. Animadverto, is.

Atencion. Attentio, intentio, nis. *Es menester atencion para entenderlo.* Intento animo opus est, ut percipiatur.

Atencion, ó reparo. Animadversio, nis.

Atentamente. Attentè, intentè.

Atento. Attentus, intentus.

Estadme atentos. Adeste animis. Erigite aures, atque animos attendite. Percipite, quæso quæ jam dicam, & ea penitus mentibus, animisque mandate. Intenti estote, animum ad ea, quæ loquor, advertite. Purgatis auribus hæc accipite. Ad ea, quæ dicturus sum, quæso diligenter attendite. Linguis, animisque favete.

Atenerse á uno en materia de juego, ó contienda. In ludo, aut contentione unum aliquem maximè probare, primas illi deferre, tribuere. In sponsione, aut certamine ab aliquo stare, ad illum accedere. *Á esto me atengo.* Huic accedo. Ad hoc sto. Hoc mihi maximè probatur.

Á tentar. Tento, as. *Darlo por atentado.* Temere factum fuisse judicare. Irritum aut infectum pronuntiare.

Atientas ando. Incerto pede vestigia tento. *Á tientas vamos en este negocio.* Incertis auspiciis rem aggredimur Temerè, & inconsultè agimus, incertum petimus. Quasi in caligine rem gerimus.

Atenuado. Attenuatus, macilentus.

Atericiado. Auriginosus, arcuatus.

Aterido. Frigore torpens. *Aterido estoy.* Frigore torpeo. *Tengo ateridas las manos.* Frigore mihi manus torpent.

Aterrar. Vide *Atemorizar. Aterrole.* Perterrefecit hominem, à sententia deterruit.

Atesorar. Aurum, & argentum congerere, augere divitias.

Atestar. Infarcio, is. Inculco, as. Vide *Recalcar. Atestado.* Refertus.

Atestiguar. Testor, aris. Testificor. Testimonio confirmare aliquid.

Atezado. Homo ater. Vide *Negro*.
Atisbar. Vide *Acechar*, y *Espiar*.
Atizar el fuego. Ignem ferro urgere, cædere, flatuque excitare. *Atizar el odio*. Odium suscitare, offensionem alere.
Atollar. In luto hærere, infigi.
Atolladero. Limum, aut cœnum profundum. *No salis de este atolladero*. In eodem luto hæsitas.
Atolondrado. Lymphatus, attonitus, consternatus, terrore concussus.
Atomo. Atomus, i.
Atonito. Attonitus, stupefactus. *Quedó atonito*. Obstupuit.
Atontecerse. Stupefieri.
Atorar. Ita in angustiis hærere, ut nec progredi, nec regredi possis.
Atormentar. Torqueo, es. Crucio, as. Excrucio, discrucio. Excarnifico, as.
Atormentador. Tortor, carnifex, icis.
Atortugar. Conculco, as. Pessundo, as. Obtero, is. Comprimo, opprimo, is.
Atosigar. Veneno aliquem petere, tollere. *Qué me atosigas?* Quid me vexas?
Atraer. Allicio, is. Vide *Halagos*.
Atraillar. Canem, aut aviculam fune trahere. *Ando atraillado*. Discrucior, vexor, obtorto collo trahor.
Atragantarse. Cibum faucibus hærentem ægrè transmittere.
Atrancar la puerta. Ostium repagulis munire, vecte, aut obice firmare. *Atrancar escalones*. Transilio, transmitto, is.
Atrás. Retrò. *Echar atrás los cabellos*. Capillos retroagere. *Volver atrás dè lo comenzado*. Retrocedere, resilire. Quasi decurso stadio á calce ad carcere revocari.
Tomemoslo de mas atrás. Rem altiùs repetamus. *Tomalo de muy atrás*. Orditur ab ovo. *Ni atrás, ni adelante*. Nec progredi possum, nec regredi.
Atrasar á uno. Retroagere aliquem, ad inferiorem gradum abjicere, detrudere.
Atrasarse en el estudio. Dedisco, is. Per incuriam tibi excidere, quæ perceperas.
Atrasarse el despacho de sus negocios. Rerum agendarum expeditio conquiescit, differtur, prorogatur.
Atravesado. Transversus, transversarius.
Atravesado de ojos. Strabo, nis. Cic. *Mirar atravesado*. Obliquè intueri. Limis oculis aspicere.
Atravesar por medio de sus enemigos. Per hostium cuneos irrumpere. *Atravesóle con la espada*. Hominem gladio trajecit, transfodit, transfixit. *Por aqui atravesó*. Hùc transiit. *Atravesado lo tengo en mi corazon*. Hæret mihi dolor in visceribus. Fixus animo hæret dolor. *No atravesaré sus umbrales*. Nunquam in ejus limine pedem ponam.
Atravesarse de por medio. Intercedere, intervenire, interponere se instar aliquos.
Atravesósele vna espina en la garganta. Spina illi in faucibus hæsit.
Atreverse. Audeo, es. *No se atreve á levantar los ojos*. Oculos attollere non sustinet. *No se atreverá á parecer en mi presencia*. Non ille vultum meum feret, aut conspectum sustinebit.
Atrevidamente. Audacter, confidenter.
Atrevido. Audax, cis. *Muy atrevido*. Projectæ audaciæ homo.
Atrevimiento. Audacia, æ.
Es tan grande tu atrevimiento, que, &c. Adeo projecta est audacia tua, adeo prorupta est, & effrænata, ut. Eo tua prorupit audacia, eò audaciæ prorupisti, vel progressus es, ut &c.
Atribuir. Tribuo, attribuo, adscribo, is. Assigno as. *Á ti atribuirémos la guerra*. Bellum tibi acceptum feremus.
Atribuirselo á si. Sibi aliquid arrogare, arroganter sibi sumere. *Mas lo has de atribuir á dicha, que á valentia*. Hoc fortunæ potiùs, quàm virtuti duxeris.
Atributos. Attributa, orum.
Atribular. Vide *Afligir*.
Atril. Pluteus, ei.
Atrincherarse. Vallo, & fossa se munire. Castra communire, vallare.
Á trompon. Temeré, inconsultè.
Atronar. Vide *Tronar*. *Atronaisme á voces*. Me vocibus obtundis.
Atronado. Clamosus homo.
Atropar. Aggero, is. Vel agero, as. Coacervo, as. Vide *Amontonar*.
Atropellar. Protero, obtero, is. Pessundo, as. Conculco, as. *Atropellar á los pobres*. Miseros, & egenos injuriis vexare, contumeliis oprimere. *Atropelló por todo*.

todo. Nihil illi obstitit, quo minus destinata perageret. Omnia libidini posthabuit. Nihil pensi habuit, dum vinceret.

Atropelladamente. Praeproperè.

Atroz. Atrox, ferox, trux, cis. Immanis.

Á trueque de. Dummodo, dum. *Á trueque de mandar, no perdonará á gasto ninguno.* Nulli sumptui parcet, dum sonus fiat.

Atufarse. Stomachari, subirasci.

Atufado. Ira turbidus, percitus.

Atún. Thynus, vel Tunnus, i. *Atún pequeño.* Cordila, æ. Pelamis, idis.

Aturdirse. Concuti, consternari, conturbari causa aliqua. *Aturdióle.* Hominem stupefecit, consternavit. *Aturdido.* Attonitus, consternatus, perturbatus.

Atusar. Attondere ad æqualitatem.

Atusado. Attonsus, a, um.

A ANTE V.

Avanguardia. Vide *Vanguardia.*

Avanico. Flabellum, i.

Avantál. Supparus, vel supparum, i.

Avanzo. Vide *Alcance de cuenta.*

Avaricia. Avaritia, æ. Inexplebilis pecuniæ aviditas. Auri sacra fames. Divitiarum effrænata cupiditas. Insatiabilis pecuniæ sitis. Nimia, summa, immensa, incredibilis habendi cupiditas.

Avaro, ó avariento. Avarus, pecuniæ cupidus, sordidus, strictus, tenax.

Es muy avariento. Fervet avaritia. Flagrat insatiabili auri, & argenti cupiditate. Avaritiam ejus nullus pecuniæ modus explere potest. Nimis pecuniæ studet. Omnis in re augenda ejus desudat industria. Sui nimium tenax est, alieni cupidus si quisquam alius. Divitias ita sitienter appetit, & avaritiæ stimulis agitur, ut ejus cupiditati angustus orbis terrarum esse videatur. In magnis quibus pauper est. Nullus divitiarum cumulus aviditati ejus par esse potest.

Al avariento tan poco le aprovecha lo que tiene como lo que no tiene. Tam deest avaro quood habet, quám quod non habet. *El avariento es como el puerco, que á ninguno aprovecha sino muerto.* Avarus nulli, nisi cum moritur, bene facit.

Avaramente. Avarè, parcè, sordidè.

Avasallar. Vide *Sujetar.*

Avate. Abscede, recede. *Avese allá.* Recede illuc. *Á vaos.* Abscedite.

Auditor del nuncio. Judex icis.

Auditorio. Concio, nis. *Un auditorio se compone de hombres que saben poquisimo.* Concio ex imperitissimis constat.

Grande auditorio tuvo el Predicador. Magno auditorum concursu concionem habuit, concionatus est. Insolita hominum frequentia oratio ejus excepta est. Magna ad illum audiendum hominem multitudo convénit, concurrit. Ædes sacra tantam hominum frequentiam capere non potetat. Concionis fluctibus templum æstuabat. Dixit tanta concione, quantum templum est.

Huvo muy poco auditorio. Mira fuit auditorum paucitas, exiguus auditorum numerus, orba auditoribus concio, inania subsellia. Vacabat undequaque templum. Solum quantum est, undique patebat.

Audiencia. Forum, i. Judicium, ii. *Dar audiencia el Juez.* Dare auctorem, vel judicium alicui. *Dar audiencia al culpado.* Reo defensionem dare. Reum pro se dicentem audire.

Estos dias no hay audiencia. Jus his diebus non dicitur. Judicium indictum est. Silet forum. Muta est cura. Judicia quiescunt. Negotia forensia his diebus intermissa jacent.

ve. Avis, is. Ales, itis. Volatilia, ium. *Aves que cantan.* Oscines, vocales.

Aves de rapiña. Accipitres. *Que se crian en casa.* Domesticæ, cicures. *De pata endida.* Pissipedes. *De pata llana como gansos.* Planipedes, um.

Aventajado. Senectutis malis affectus.

Avellano, arbol. Corylus, i. *Avellana.* Nux avellana. *Avellanada.* Succus, aut jus ex corylis.

Ave Maria. Salutatio Angelica.

Avena. Avena, æ.

Avenado. Vide. *Sonlocado.*

Avenida. Alluvies, ei. Alluvio, nis. Fluminis inundatio. *La avenida del rio va inundando los campos.* Ita alluvione fluvius excrevit ut præter ripas effluens, campos inundaverit, obruerit.

Avenir. Vide *Acontecer.*

Avenirse con alguno. Cum aliquo conve-

venire. *Pocos, y mal avenidos.* Pauci animis disjuncti, simultatibus impliciti, inter se commissi. *No podemos avenirnos con él.* Mores ejus nemo nostrum ferre potest, adeo inquietus est, & turbulentus. Ejus ferocitatem, & amentiam sustinere non possumus. *Allá os avenid con vuestra herencia.* Tibi habeas hæreditatem.

Avenencia de pleytos. Transactio, nis. *Mas vale mala avenencia, que buena sentencia.* Præstat utcumque transigere, quàm cum magno dispendio causam obtinere.

Aventajarse á otros. Aliis vel alios antecellere, excellere, præire, antecedere. Inter alios eminere, præstare. Primas ferre, principem locum tenere, obtinere. Cæteros ingenio anteire, præcedere, superare.

Aventajado. Egregius, præstans, excellens.

Aventajadamente. Egregiè, præclarè.

Aventador, ó vieldo. Ventilabrum, i.

Aventar el trigo. Frumentum ventilare, ventilabro excernere, purgare.

Aventarse el ganado. Pecus consternatum diffugere.

Aventurarse. Audere, aggredi. Fortunæ se committere.

Aventurar la vida. Dare se in discrimen, periculo se objicere, se in aleam casus committere. Vitam in discrimen afferre, adducere, deducere. *Qué aventuras en esto?* Quid dubitas id aggredi? Quid hoc suscipere gravaris? Quid te tenet, quo minus suscipias?

Aventuro poca ganancia con mucho peligro. Parum quidem est, quod sperare, multum quod in ea re suscipienda, timere possim. Exigua lucri spe magnum mihi fortunarum discrimen subeundum est. Quid amittere possim video, quid lucrari possim non despicio. *Quien no se aventura no pasa la mar.* Audentes fortuna juvat. Tentando ad Trojam pervenere Pelasgi.

Aventureros. Honorarii bellatores.

Aver. Vide *Haber.*

Avergonzarse. Pudet, ebat. Erubesco, is. *Avergonzado estoy de lo que hice.* Pudet me facti. Fecisse me piget. *No quiero avergonzar á nadie.* Neminem traducere studeo.

Avergonzado. Pudibundus, pudore suffusus. *De avergonzado se escondió.* Pudore correptus se abdidit. Præ pudore tenebras petiit.

Averiguar. Exploro, as. Comperio, is. Deprehendo is. *Tenerlo averiguado.* Compertum, aut exploratum aliquid habere.

Averiguelo Vargas. Dignus Deo vindice nodus.

Averiguar alguna qüestion. Quæstionem aut controversiam excutere, discutere. *No hay quien se pueda averiguar con él.* Nemo est qui illum sustinere, aut coercere possit.

Vellaco averiguado. Sceleris manifestatus, in scelere deprehensus.

Averiguacion. Inquisitio, indagatio rei. Causæ confirmatio.

Averso. Aversus, abhorrens, tis.

Avestrúz. Struthiocamelus, i. Struthio, onis.

Avezarse. Vide *Acostumbrarse.*

Á veces. Interdum. *Á veces bobeas sin qué, ni para qué.* Interdum ineptè stultus es. *Hablemos á veces.* Vicissim dicamus. Alternis loquamur. *Oygamos á veces.* Invicem, aut vicissim audiamus.

Avecindarse en algun Lugar. Sedem, ac domicilium in aliquo oppido collocare. Alicui civitati adscribi.

Aviar alguna cosa. Mulioni, aut viatori aliquid portandum dare, tradere.

Avieso. Pravus, distortus. *Avieso ha salido este mozo.* Expectationi, quæ de adolescente habebatur, non respondit. Pravis, & corruptis moribus evasit.

Avilantez. Confidentia, æ. Animi, orum.

Avinagrarse. Acesco, coacesco, is.

Avinagrado. Acidus, acer, acris.

Avion, ó vencejo. Apus, odis.

Avisar. Moneo, admoneo, commoneo, es.

Avisame del estado de vuestras cosas. De tuis me rebus fac diligenter edoceas, erudias. Velim de tuarum rerum statu me certiorem facias, reddas. Quo loco res tuæ sint, quo in statu versentur, admone, renuntia, scribe.

Avisale lo que debe de hacer. Fac illum officii commoneas, admoneas, commonefacias. *No digas que no te aviso.* Moneo, prædico, & ante denuntio. Cave di-

dicas non tibi prædictum.

Aviso es para adelante. Cave in posterum, præsenti periculo edoctus. Cave unquam posthac in te admittas.

Avisado. Prudens, captus.

Aviso. Monitum, admonitio, consilium. *De nuevas.* Nuntius, renuntio.

Avivar. Excito, as. Stimulo as. Acuo, is. Accendo, is. *Avivate.* Expergiscere. Te ipsum excita. Ede nasturtium. Adsis animo, atque intelligentiam excute. *Aviva esa luz.* Emunge lucernam.

Auyentar. Vide *Ahuyentar.*

Aula. Vide *General.*

Aullar. Ululo, as. *Aullido.* Ululatus, us.

Aumentar. Augeo, es. *Aumentas con eso mi dolor.* Dolorem hoc modo mihi auges, dolorem meum accendis, incendis. Dolorem jam sopitum tuis litteris excitas. Dolorem meum refricas, graviorem reddis, efficis.

Aumento. Accessio, nis. Incrementum, i.

Á una todos. Simul, una, pariter.

AUN. Etiam, vel. *Aun á los mas tristes hizo reir el caso.* Etiam tristissimis risum casus expressit. *Aun á los enemigos causára lastima.* Vel inimicis dolorem commoveret. Vel hostes misericordia moverentur. *Aun tu mejor libraste.* At tecum meliusculè actum est. *Aun yo tenia escusa.* At mihi excusatione uti licuit.

AUN (todavia.) Etiam nunc, adhuc. *Aun piensas salir con ello?* Etiam nunc contendis? *Aun tenemos buen pleyto.* Adhuc causa nobis integra est.

Aun nó. Nondum, adhuc non. *Y á veces se usa elegantemente* Nihildum. *Ya lo he mirado; pero aun no he tomado resolucion.* Deliberavi quidem, sed nihildum decrevi. *Aun no tenia noticia de su venida.* Nihildum audieram de adventu ejus. *Y aun no.* Necdum. Nequedum. *Y aun no ha salido de Roma.* Nequedum Roma est profectus. Vide *Y aun.*

Aunarse. Conspiro, as. Convenio, is.

Aunque (con indicativo.) Quamquam, Etsi, Tametsi. *Pero aunque no tiene culpa, no está libre de sospecha.* Verumtamen, quamquam abest à culpa, suspicione tamen non caret. *Miedo nos tiene, aunque lo disimula.* Metuit hic nos, tametsi dissimulat. *Aunque (con subjuntivo.)* Quamvis, Etiamsi, Licet, Si. *Aunque se haya de perder otro tanto.* Etiam si alterum tantum perdendum sit. *Volver? no lo haré, aunque me lo ruegue.* Redeam? non si me obsecret. *Ni aunque yo quisiera, fuera eso facil.* Ne si velim quidem, id facilè possim. *Á veces Aunque es* vel. *Hicieralo aunque de mala gana.* Facerem vel invitus. *Ello se lo dice, aunque tu lo calles.* Vel te tacente, res ipsa loquitur.

Aunque, &c. pero, en especial, ó mucho mas. Cum dic, tum maximè, tum præcipuè, tum in primis. *Aunque toda virtud parece bien en los mozos; pero en especial la vergüenza.* Adolescentes cùm omnis virtus, tùm in primis verecundia commendat. *Aunque en toda edad es mancha fea la de la luxuria, pero mucho mas en la vejez.* Luxuria cúm omni ætate turpis, tùm maximè senectuti fœdissima est. Cic.

Aunque no fuera sino. Vel. *Aunque no fuera, sino por no faltar á tu palabra, habias de venir.* Vel ut fidem datam ne falleres, veniendum fuit. *Aunque no sea sino por evitar pleytos, me compondré con la parte.* Vel judicii laqueos ut declinem, cum adversario transigam.

Avocar. Vide *Abocar.*

Aurora. Vide *Alva.*

Ausencia. Absentia. *Siento mucho tu ausencia.* Ægrè fero igniculum desiderii tui. Dolet mihi quod absis. Desiderium tui ferre non possum.

Ausentarse. Abeo, is. Discedo, is.

Ausente. Absens, tis. *Estarlo.* Absum, es.

Austéro. Austerus, asper, a, um.

Autarda, ave. Otis, idis.

Autentica cosa. Authenticus, a, um.

Autenticar. Vide *Autorizar.*

Autillo, ave. Ullula, æ.

Auto de Juez. Decretum, i. Acta, orum.

Auto de Inquisicion. Animadversio publica in hæreticos. Ferale spectaculum, quo hæretici publicè puniuntur.

Autos sacramentales. Scenici actus, qui in festo Corporis Christi pietatis causa exhibentur.

Autor. Auctor, oris. *De historia.* Historicus, i. Scriptor, is. *Autor clasico.* Pri-

Primæ notæ auctor. Classicus auctor. *Autores ruines.* Capite censi scriptores.

Autor, el principal en algun negocio. Auctor, princeps, caput, suasor, impulsor, dux, hortator, rei machinator, sceleris arquitectus, & molitor. Qui facem præfert, chorum ducit, classicum canit ad facinus.

Autoridad. Auctoritas, tis. *Autoridad de escritura.* Fides tabularum.

Es hombre de mucha autoridad. Est in illo auctoritatis plurimum. Magnam habet auctoritatem. Valet auctoritate plurimum. Vir auctoritate præditus, auctoritate gravis, vir gravissimus.

Autorizar. Auctoritatem facere, conciliare. Auctoritatem alicui dare, dignitatem afferre. *Autorizar testamento, ó escritura.* Testamentum, aut tabulas ex jure, & legibus obsignare, testium auctoritate confirmare, munire. *Autorizar con el dicho de otro.* Ab aliquo auctoritatem petere, ejus testimonio aliquid confirmare.

Auxilio. Vide *Socorro.*

A ANTE X.

Axes. Vide *Achaques.*

Axaqueca. Cephalæa, vel Cephalea, æ.

Axedrea, yerva. Tymbra, æ. Satureia.

Axedres. Latrunculorum ludus.

Axenjos. Absynthium, ii.

Axenus. Vide *Neguilla.*

Axorcas. Vide *Manillas.*

Axuar de casa. Supellex, ctilis.

Axufaina. Vide *Almofia.*

Axioma. Axioma, atis.

A ANTE Y.

Ay (interjeccion) Heu, hei.

Ay de mi. Hei mihi. Heu me.

Ay, que viene. At, at, ecce eum.

Ay lo que has dicho! Heu, quid dixisti!

Ay (del verbo haber.) Est, vel sunt. *Ay muchos inconvenientes.* Sunt multa, quæ obstant. *No ay que replicar.* Nihil est quod reclames. *Hay otro mal.* Est & aliud malum. Illud quoque accedit incommodum. *No hay que reparar en eso.* Momenti non est.

Hay mas que llamarle? Quid obstat, quominus vocetur? Quid moræ est, quin vocetur? *Hay mas que restituirle?* Restituetur, quid tum? *Hay mas que vacillo?* Effundetur, quid tum postea? *Hay mas que sacar la mancha?* Eluetur macula, quid deindè?

No hay mas que desterrarle sin oirle? Siccine indicta causa in exilium ejicietur? Ita ne inauditus, indemnatusque exulabit? *No hay sacarle de ahi.* Nulla ratione, nullis conditionibus eum inde dimoveas. Vide *No.*

Aya, arbol. Fagus, i.

Ayer. Heri, hesterno die.

Ayo. Pedagogus, i. *Ya no he menester ayo.* Jam ex pueris excessi, nec mihi moderator opus est, qui moneat, & instruat.

Ayrarse. Irascor, eris. Succenseo, es.

Ayrado. Iratus, ira percitus, incensus, inflammatus. *El ayrado de todo echa mano.* Furor arma ministrat.

Ayre. Aer, ris. *Ayrecico.* Aura æ.

Ayre recio. Ventus, i. *Levantase ayre.* Ventus exoritur. *Corre ayre.* Flat ventus. *Arrecia el ayre.* Ventus increbrescit. *Todo lo anda el ayre.* Aer omnia permeat.

Ayre que respiramos. Anima, æ. Spiritus, us. *Buen ayre de letra.* Pulchra litterarum forma. Speciosa manus. *En el ayre lo haré.* Quàm citissimè efficiam. *Matalas en el ayre.* Aves sagittis excidit, volantesque trajicit. Celeritate ingenii omnia assequitur. *Es cosa de ayre.* Vana hæc, & inania.

Ayroso mancebo. Venustus adolescens. *Ayroso talle.* Corporis habitus venustus, & elegans. *Ayrosamente danza.* Scitè, & aptè saltat. Quocumque membra vertit, venustè cadunt.

Ayrones. Pennæ pretiosæ in pileo.

Ayslado. Aquis undique interclusus.

Ayuda. Auxilium, opis, subsidium, præsidium, adjumentum. *Con la ayuda de Dios.* Annuente Deo. Divino aspirante numine. Deo duce, Deo auspice. Faventibus superis.

Ayuda, ó medicina. Clyster eris.

Ayudador. Fautor, adjutor, oris.

Ayudadora. Fautrix, adjutrix, icis.

Ayudar. Auxilior, opitulor, adjuvo, as. Auxilium, aut opem ferre, afferre, præstare. Se adjutorem alicui præbere, exhibere, ab illo stare, facere. *Ayudais á quien no lo ha menester.* Solem facibus adjuvas.

Ayuno. Jejunium, abstinentia, inedia. *Ayunar.* Abstinere cibo, se cibo abstinere. Corpus inedia affligere, macerare. *Dixoles que ayunasen.* Famem illis indixit. *Estoy en ayunas.* Jejunus sum. Integram famem ad ovum affero.

Ayunar á pan y agua. Pane tantum, & aqua victitare. Omnem potum, & cibum, pane, & aqua exceptis, sibi interdicere. Nihil cibi, & potus, præter panem, & aquam, sumere, gustare, adhibere.

Ayunque. Incus, dis.

Ayuntar. Jungo, is. Vide *Juntar.*

Ayuntamiento de los del gobierno. Concilium, consilium, senatus, us. *Hoy es dia de ayuntamiento.* Hodie concilium agitur, cogitur, convocatur, habetur. Hodie senatus advocatur, habetur. *Ayuntamiento carnal.* Concubitus, Coitus venereus. *Tenerle.* Libidinosè conjungi, coire, commisceri.

A ANTE Z.

Aza, heredad sembrada. Seges, etis.

Azacan. Mercenarius, operarius, ii.

Azacanes. Agrestes operæ.

Azada. Sarculum, i.

Azadon. Ligo, nis.

Azadonada. Ligonis ictus.

Azafate. Calathus, i. Quasillus, i.

Azafata. Ancilla, quæ cultum, mundumque muliebrem Reginæ ministrat.

Azafran. Crocus, i. *Azafranar.* Croco aliquid tingere, inficere. *Azafranado.* Croceus, a, um. Croco tinctus.

Azagaya. Aclis, idis. Telum, i.

Azahar flor. Flos mali Medici. *Agua de azachar.* Succus ex flore citreo expressus, liquatus.

Azar, mal aguero. Infelix omen. *En los dedos.* Canis jactus.

Azarandar. Evanno, as.

Azarcon. Cæruleus cinis ex plumbo.

Azavache. Gagates, æ. Achates, æ.

Azavachero. Gagararius, ii.

Azecho. Aquifolium, vel aquifolia, æ.

Azebuche. Oleaster, tri.

Azemila. Mulus, i.

Azemilero. Mulio, nis.

Azeña. Hydromyla, æ.

Azenoria. Pastinaca, æ.

Azero. Chalibs, bis.

Azeyte. Oleum, ei. *De comer.* Cibarium. *De almendras.* Amygdalinum. *Azeyte rosado.* Rosaceum oleum.

Azeytera. Lecytus, i.

Azeytero. Olearius, ii.

Azeytuna. Olea, æ. Oliva, æ. *Sevillana.* Pegia Majorina. *Manzanil, ó Zapatera.* Vulgaris, gracilis, exigua. *Azeitunas adobadas.* Oleæ conditaneæ, colymbades.

Azeytuno, arbol. Olea, æ. Oliva, æ.

Aziago dia. Atra dies.

Azial. Camus, i.

Azofar. Æs fusile. Aurichalcum.

Azofarado color. Luteus, a, um.

Azogar el espejo. Argento vivo speculi vitrum linere. *Hombre azogado.* Hydrargyro afflatus.

Azogue. Argentum vivum. *El artificial.* Hydrargyrum.

Azomar al perro. Canem instigare, in aliquem irritare, incitare.

Azor. Accipiter, tris.

Azorarse. Expavescere, consternari.

Azorado. Exterritus, consternatus.

Azotar. Flagello, as. Verbero, as. *Ser azotado.* Vapulo, as.

Muchos se azotan el Jueves Santo. Multi in Christi memoriam patientis flagris se cædunt, in se ipsos acriter sæviunt. Funiculis, ferreis tribulis insertis, dorsum lacerant, cruentant.

Azota el agua los muros. Flumen mœnibus allabitur, muros alluit aqua, diverberat unda.

Azotes. Flagellum, i. Flagrum, verber, plaga, æ. *Azotaina.* Verberatio. *Ruido de azotes.* Crepitus plagarum. *Seguro que sus azotes no darán en mis espaldas.* Si illi sunt virgæ ruri, at mihi tergum domi est.

Azotea. Ambulacrum superis ventis pervium, fenestris exornatum.

Azucar. Saccarum, i. *Azucarado.* Saccaro conspersus, conditus, imbutus. *Qué azucarada ha de ir la verdad, para que gusten de ella los Principes!* Quam speciosis nominibus veritas Principibus subjicienda est, ut aliquando sapiant!

Azucena. Linium, ii.

Azuda. Antila, æ. Haustrum, i.

Azuela. Ascia, æ. Dolabra, æ.

Azufaifa, fruta. Ziziphum, i. *El arbol que la lleva.* Ziziphus, i.

Azufre. Sulphur, uris. *Pajuelas de azu-*

azufre. Sulphuratæ paleæ.

Azufrador. Cavea saligna, seu biminea, siccandis vestibus apta.

Azul celeste. Cæruleus. *Azul turquí.* Cyaneus. *Azul claro de los ojos.* Cæsius.

Azulado. Cæruleo colore tinctus.

Azulejo. Tesela, æ. *Suelo de azulejos.* Tesellatum pavimentum. Assarotum, i.

Azumbre. Congius, ii.

B ANTE A.

BAba. Sputum ore defluens. *Caesele la baba.* Sputa illi defluunt, vel amore ejus stupet.

Babador. Infantium supparum, vel supparus, i.

Babosear. Ore immundo aliquid fœdare, inquinare, polluere.

Bacallao. Asselus salitus.

Bachillér. Baccallaureus, i.

Bachillerejo. Sciolus, dicaculus.

Bachillería. Argutiola, æ. Argutiæ, arum. *Vuestras bachillerías os hacen daño.* Tuis te accuminibus pungis. Tuis te argutiis prodis.

Bacia. Labrum æneum, Pelvis, is.

Baciar, y bacio. Vide in *V.*

Bacilar. Vacillo, as.

Bacin, ó servicio. Scaphium, ii. Lasanum, i.

Bacinada. Scaphii purgamentum.

Baculo. Baculus, i. Scipio, nis. *De Obispo.* Pastoralis lituus. *Baculo de mi vejez.* Subsidium senectutis meæ.

Badajo. Lingua cymbali. Malleus, ei.

Badajadas. Convicia, contumeliæ.

Badana. Pellis ovina concinnata.

Badea. Melopepo, fungosus. *Methaphoricè*, homo segnis, & ignavus.

Badil. Batillum, i. Rudicula, æ.

Badulaque. Illitus, us. *Con que se afeytan las mugeres.* Offucia, æ.

Badurrina. Cœnum, fax, sentina, æ.

Bagage. Impedimenta, orum. Sarcinæ.

Baho. Vapor, oris. Halitus, us.

Bahear. Exhalo, as. Evaporo, as.

Baharada. Exhalatio, nis.

Bahia del mar. Sinus, us. Statio, nis.

Bahido de cabeza. Vertigo, inis.

Bala de arcabuz. Pila plumbea.

Bala de libros. Sarcina librorum.

Balas de Imprenta. Pelliceæ pilæ.

Baladi cosa. Frivolus, bliteus, vilis.

Balandron. Batero, nis. Rabula, loquax.

Baladran. Lacerna, æ.

Balanza. Lanx, cis. *Aun anda en balanzas este negocio.* Tota res etiam nunc fluctuat. Adhuc sub judice lis est.

Balar las ovejas. Balo, as. *Oveja, que bala, bocado pierde.* Nunc dentibus, non verbis opus est. *Balido de Ovejas.* Balatus, us.

Balaustre. Clathrum, vel clathrus, i.

Balax, piedra preciosa. Beryllus, i.

Balbuciente. Balbus, lingua hæsitante.

Balcon. Pergula, æ. Podium, ii.

Baldado. Captus membris, debilis.

Baldio hombre. Otiosus, malè feriatus. *Baldio campo.* Ager compascuus, publicus. *Qué andas por ai valdío?* Quid vagaris, & oberras?

Baldon. Probrum, opprobrium, convicium.

Baldonar. Vitupero, as. Vide *Afrentar.*

Baldosas. Laterculi ampliores.

Balija. Hippopera, æ.

Balla del palenque. Septa, orum.

Ballena. Cætus, i. Balena, æ. Pistrix, icis. Cete *indeclinab.*

Ballenato. Balenæ pullus.

Ballesta. Ballista, æ. Arcus, us. *Armarla.* Arcum intendere, contendere.

Ballestero. Sagittarius, ii. *Á veces dispara unos balletones, que no hay quien le espere.* Interdum tumidas erumpit in iras.

Balona. Carbasus ad collum.

Balones, ó calzones. Fœmoralia, ium.

Balsa. Aqua stagnans.

Balsamo, arbolillo. Balsamus, i. *El jugo del balsamo.* Balsamus, i. *El jugo del balsamo.* Opobalsamum, i.

Baluarte. Propugnaculum, i. *Punta de Baluarte.* Rostrum propugnaculi.

Balumba. Vide *Bulto.* *Gente de balumba.* Imbellis tyronum turba. Numerus.

Bambolear. Nuto, vacillo, titubo, as.

Bambolla. Fastus, us. *Dexate de bambolla.* Ampullas projice. Desine follicantibus buccis res suas jactare.

Banasta. Canistrum, i. Corbula, æ.

Banco para sentarse. Scamnum, i. Sedile.

le. *De respaldar.* Subsellium, ii. *De galera.* Transtrum, i. *Banco de cambio.* Campsoris mensa.

Banda de seda. Fascia serica. *Banda de cavallos.* Turma, æ. Equitum ala. *Hacerse á una banda.* In hanc, aut illam partem inclinare, dare.

Bandada de aves. Grex avium. Aves gregatim volantes. *Á bandadas.* Gregatim, catervatim.

Bando. Vide *Vando.*

Bandurria. Pandura, Chelys exigua.

Bandux. Venter Faliscus.

Bañar algo. Aliquid aqua tingere, mergere, abluere. *Bañarse.* In balneis, aut flumine lavari. *Bañase con esto en agua rosada.* Gratissimum hoc illi est. In eo se valde amat. Lætitia gestit, voluptate perfunditur incredibili. *Baña los muros el rio.* Flumen muros alluit, mænia præterfluit.

Bañado en sangre. Sanguine perfusus. *Jarro bañado.* Urceus vitro illitus.

Baño. Balneum, ei. *Baños publicos.* Balneæ, thermæ, arum. *Dar un baño.* Vitro, pice, aut calce imbuere, perfundere. *Cosa del baño.* Balnearius, balneatorius.

Bañero. Balneator, oris.

Banquete. Convivium, ii. Epulum, i.

Banquetear. Crebrò convivari. Conviviis certare, se mutuo excipere.

Banquillo. Sedecula, æ. Scabellum, i.

Barahunda. Rerum strepitus, confusio, perturbatio. *No me metais en esa barahunda.* Noli me in istam turbam vocare.

Baraja. Chartarum pictarum fasciculus. *Echarse en baraja.* Spem vincendi, folia miscendo, abjicere. *Barajar.* Miscere folia. *Barajóse el negocio.* Res loco mota est.

Barata cosa. Vilis. Quod vili emitur.

Baratos mantenimientos. Annonæ vilitas. *Hacer barato.* Vide *Abaratar.* *Dar barato el que juega.* Stipem spectantibus à victore in ludo porrigi. *Dos veces mas barato.* Duplo minoris emi. *Meteislo todo á barato.* Permisces, ac perturbas omnia.

Baratillo. Locus, ubi res viliores, aut detritæ veneunt, venales habentur.

Baratijas. Res minutulæ, quisquiliæ.

Barba. Mentum, i. *Barba, los pelos de ella.* Barba, æ. *Barbilla.* Barbula, æ.

Barbillas de las raíces. Fibræ, arum. *Barba de chibo.* Aruncus, i. *Barbas de gallo.* Palea, æ.

Barba larga. Prolixa, vel promissa barba. *Gran barbaza tiene.* Magnam pilorum sylvam gestat. *Criar barba, ó dexarla crecer.* Barbam alere, nutrire. *Hacerla á marquesota.* Abradere barbam. Italico more. *Hazme la barba, y haréte el copete.* Mutuum senes fricant, &c. muli scabunt.

Barba á barba trataremos esto. Coram hæc agemus, facies enim faciem reveretur. *Dixoselo en sus barbas.* Hoc illi in faciem objecit, coram exprobravit. *Subirseoshan á las barbas, si no les mostrais dientes.* Vellent tibi barbam lascivi pueri, illos nisi vultu, aut fuste coerceas. Insultabunt tibi, illos si indulgenter habeas. *Quando vieres la barba de su vecino pelar, hecha la tuya en remojo.* Disce alieno periculo sapiens esse. Tunc tua res agitur, paries cum proximus ardet. *Pelabase despues las barbas.* Ex ira, & dolore occasionis amissæ furebat, fremebat, barbam vellebat. *Tiene la barba sobre el hombro.* Cautè graditur. Cavet omnia.

Barbar. Pubescere, pubem emittere, ex ephebis excedere.

Barbado. Barbatus. *Barbadillo.* Barbatulus. *Barbiponiente.* Vesticeps. *Barbirojo.* Ænobarbus. *Barbudo.* Benè barbatus, prolixa barba.

Barbacana. Pomerium, ii.

Barbicacho. Funiculus, seu spira sub mente galerum comprimens.

Barbara cosa. Barbarus, a, um. *Hombre barbaro.* Barbarus, trucibus, vastisque motibus, immanis, inhumanus. *Vive como un barbaro.* Barbarorum more in diem vivit. Ejus vita ab humano cultu longe abhorret.

Barbaramente habla. Barbarè loquitur. Incultus & impolitus est ejus sermo, & omninò barbarus.

Barbaria. Barbaries, ei. Barbaria, æ.

Barbecho. Vervactum, i. Arvum, i.

Barbechar. Terram prescindere, agrum sementi præparare.

Barbero. Tonsor. *Barbera.* Tonstrix, icis.

Bar-

Barberia. Tonstrina, æ.
Barbo, pez. Mullus, i.
Barca, ó barco. Cymba, æ. Scapha, æ.
Barca para pasar carros. Ponto, nis.
Bardas de cercado. Virgulta, & spinæ ad texendam sepem. *Saltar las bardas.* Septa transilire. *Aun hay Sol en bardas.* Nondum dies occidit. *Bardar.* Spinis tegere, & munire septa.
Barniz. Gummi juniperinum. Sandaracha, æ. Sandix, cis. *Barnizar.* Gummi juniperino linire, perfundere.
Barquero. Portitor oris.
Barquillo para beber. Cimbium, ii.
Barquillos. Vide *Suplicaciones.*
Barra de hierro. Vectis, is. *Tirar á la barra.* Ferream virgam conjicere, contorquere. Ferreæ sudis jactu certare. *Tiró quanto pudo la barra en esta materia.* Quoad potuit rem promovit. In hac re nervos, & vires omnes contendit.
Barra del mar. Sinus, us. *Barra de oro pequeña.* Pala, æ.
Barras de argolla. Facies, vel frons annuli ferrei. *No querais ganar con daño de barras.* Noli alienis incommodis lucrum facere.
Barraca de soldados. Castrense tugurium. *De pescador.* Piscatoris casa.
Barraquél de campaña. Lictor, oris.
Barranco. Cœnosus anfractus. Limus profundus. *Ya salimos de este barranco.* Jam è vadis emersimus, & scopulos prætervecti sumus.
Barrena, ó barreno. Terebra, æ. *Barrenico.* Parva terebra. *Dar un barreno al navio.* Navem perforare, quod in profundum deprimatur. *Tiene bravo barreno.* Ventosum cerebrum.
Barrenar. Terebro, as. Perterebro, as. Terebra perfodere.
Barreñon. Labrum fictile.
Barrer. Verro, is. Scopis pavimentum purgare. *Barrandero.* Scoparius, ii. *Llevarlo todo á barrisco.* Totum cum pulvisculo converrere.
Barrera. Cavea, æ. Tabulata orum.
Barrial. Solum argillosum.
Barriga. Venter, tris. Alvus, i. *Barrigudo.* Ventrosus. Prominenti alvo.
Barril de vino. Lagena, æ. *De polvora.* Vas sulphurei pulveris. *De escabeche.* Orca salsamentaria. *De aceytunas.* Olearum seria.
Barrio. Vicus, i. Vicinia, æ. *Alborotais el barrio.* Viciniam convocas, dum tragœdias excitas.
Barro. Lutum, i. Argilla, æ.
Barros en la cara. Vari, orum.
Barruntar. Auguror, ominor, aris. *Si barrunta algo de esto mi padre?* Nunquid pater subolet? Vereor ne aliquò hoc resciscat.
Barrunta. Divinatio, augurium, ii. *Basa.* Basis, is. *De coluna.* Stylobates, æ.
Bascas. Nausea, æ. Vide *Asco.*
Basilisco. Basiliscus, i.
Bastar. Sufficere, satis esse. *Basta, y sobra.* Satis, superque. *Basta de burlas.* Hactenus de jocis. Satis jocorum est. Affatim jocati sumus. *Bastele lo que tiene.* Satis multa possidet, his contentus sit.
Bastante cosa. Sufficiens, quod satis est.
Bastantemente. Satis, affatim.
Basta cosa. Crassus, impolitus, a, um.
Paño basto. Pannus crasso filo. *Hombre basto.* Facie, membrisque vastus.
Bastas de colchones. Satura laxior.
Bastardo hijo. Nothus, i. Spurius, ii.
Bastardear. Á suis majoribus degenerare, desciscere.
Bastecer. Vide *Proveer.*
Bastimento. Annona æ. Cibaria, orum. Commeatus, us. *Proveer de bastimentos la Ciudad.* Cibaria in urbem invehere, inferre. Annona urbem sublevare.
Bastidor de puerta. Antæ, arum. *De bordador.* Tibicines seu fulcra, quæ telam acu pingentium sustinent.
Baston. Balulus, i. Fustis, is. *De Capitan general.* Imperatoria rudis.
Batalla. Prælium, pugna, æ. *Batalla muy reñida.* Magna belli contentio. *Sacar el exercito en batalla.* Copias in aciem producere. *Entrar en batalla.* Prælium, vel pugnam inire. *Murió en la batalla.* In prælio occubuit. In acie cecidit.
Bien nos salió la batalla, Secundo Marte usi sumus. Præliati sumus satis feliciter. Fortuna nobis in prælio adfuit. Felicem pugnæ exitum sortiti sumus. Ex sententia pugnæ exitum sortiti sumus. Ex sententia pugnavimus.
No queria dar la batalla. Pugnam detrectabat. Á prælio abhorrebat. Prælium re-

recusabat. Acie decernere nolebat. Gravatè signa contulit. A conflictu abstinendum censebat.

Batallar sobre algo. Vide *Porfiar.*

Batan. Fullonium, ii, vel Fullonica, æ.

Batanar. Bato is. Vide *Batir.*

Batata, planta. Battata, æ.

Batél, ó esquife. Scapha, æ.

Bateria. Urbis oppugnatio. *El lugar de la bateria.* Tormentorum suggestus. *Quánta bateria le dieron paraque desistiese!* Quanta cum illo contentione egerunt, ut incœpto desisteret! Quantopere conati sunt constantiam ejus labefactare! Quam enixè contenderunt, ut à proposito averterent, à sententia deterrerent!

Batir. Quatio, is. Percutio, is. Verbero, as Batuo, is. Ariéte mœnia quatere quassare, tormentis verberare, oppugnare. *Bate la mar en los muros.* Mare urbis atluit mœnia. *Aqui viene á batir todo.* Huc universa causa deducitur. In hoc cardine tota res vertitur.

Batir moneda. Monetam cudere.

Batidero del agua. Crepido, nis.

Batidor de oro. Bractearius, ii.

Baul. Arca camerata.

Bausan. Stupidè ore hians.

Bautismo, ó bautizo. Baptismus, i. Baptisma, tis. *Dia del bautizo.* Dies lustricus. *Bautisterio.* Lavacrum regenerationis. Baptisterium, ii.

Bautizar. Infantem lustrali aqua tingere, immergere, abluere, conspergere, perfundere, sacro fonte lustrare, baptismate initiare, expiare. *Bautizaislo con nombre de virtud.* Honestum nomen turpi rei imponis.

Baxar. Descendo, is. Vide *Abaxar.*

Baxada. Descensus, us. Descensio, nis.

Baxar, ó descolgar algo. Dimitto, is.

Baxar los precios de las cosas. Rerum venalium pretium minuere. *Baxado han las mercaderias.* Vilius merces veneunt, minoris æstimantur.

Baxa de la moneda, y de otras cosas. Vilitas, tis. Pretii diminutio, vile pretium.

Baxa cosa. Res humilis, abjecta, sordida, vilis. *Baxa venganza.* Ultio sordida, indigna. *En voz baxa.* Submissa voce.

Baxa está el agua. Depressa est aqua, altè jacet.

Gran baxa han dado nuestras cosas. Pejore loco res nostræ esse non possunt, quàm in quo nunc sitæ sunt. Ab excita fortuna ad inclinatam, ac penè jacentem devenimus.

Baxo lugar. Depressus locus. *El mas baxo.* Imus, infimus. *Hombre baxo de baxa suerte.* Loco humili natus, ignobilis, obscurus, terræ filius. Infimi generis, aut conditionis homo, tenuis, inglorius. *Baxo de cuerpo.* Corpore pusillus, statura humili. *Hablar baxo.* Submissè, aut depressa voce loqui. *Muy baxo anda el guitarron.* Rudi minerva, & crasso filo opus commisisti. Serpit humi stylus, & oratio languet.

Baxamente. Humilitèr, demissè, abjectè, servilitèr. *Baxamente se hubo en eso.* Demissè, ac servilitèr in eo se gessit.

Baxamente lo ha hecho con nosotros. Sordidè, & indignè nobiscum egit. Parcum, & illiberalem se nobis exhibuit. Illiberalitèr nos habuit, accepit, excepit. Non pro eo, ac debuit, nos tractavit. Infra dignitatem accepti ab eo sumus. Non nostris meritis paria retulit.

Baxeza. Indignitas, humilitas, ignobilitas, tis. Sordes, ium. *No hagais semejante baxeza.* Noli rem facere, & te, & tuis majoribus indignam. Ne te eò demittas, unde tibi infamia hæreat. Cave id in te admittas, unde abjecti animi notam subeas. Ne committas, ut sordidus, & vilis esse videaris.

Baxél. Phaselus, i. Ratis, is.

Baxilla. Aurea, vel argentea vasa.

Baxios. Cœci scopuli. Syrtes, ium.

Baxo en la musica. Succentor, oris.

Baxón. Tuba grave sonans. *El que le toca.* Tubicen, inis.

Bayben. Fluctuatio, motus anceps.

Baylar. Salto, as. Tripudio, as. Pede plaudere, & digitis concrepare. *Baylar sin son.* Extra numerum saltare. *Baylarle el agua delante.* Palpum alicui obtrudere. Ad ejus nutum gestire. Adulor, aris. *Ojos baylones.* Oculi ludibundi.

Baylador, ó baylarin. Saltator, oris.

Bayladora. Saltatrix, icis.

Bayle. Tripudium, saltatio, chorea, æ.

Bayo, color. Spadiceus, puniceus.

B AN-

B ANTE E.

Beata. Pia, & religiosa mulier.

Beato. Beatus. Vide *Santo. Beaton.* Pietatis immodicus, quam gestu, & habitu præ se fert. *Negociar á lo beaton.* Pietatis specie suis rebus consulere.

Beatificar. Beatorum numero aliquem adscribere, beatorum honores illi indicere, decernere.

Beatificacion. Cultus beato indictus. Indictio cultus.

Beatilla. Linum tenuissimum. Byssus, i.

Beber. Bibo, is. Poto, as. *Beber con otro.* Compoto, as. *En corro por su orden.* Circumpotare, in orbem bibere. *Á la salud de otro.* Propino, as. *Dame de beber.* Da mihi bibere. *Beber poquito á poco.* Pitisso, as. *Beber mucho de una vez.* Adbibo, is.

Bebe de bruces. Pronus de fonte bibit.

Bebe los vientos por una pretension. Ambit honores ardentissimè, sitit, flagrantissimè cupit. Inhiat honoribus. Ad honores vehementer aspirat. Nihil non tentat, nihil intentatum relinquit, quo dignitatem obtineat.

Nadie diga de esta agua no beberé. Noli tibi confidere. Humani à te nihil alienum putes. Cuivis accidere potest, quod cuiquam potuit.

Desea beberme la sangre. Sanguinem, & vitam meam petit. Meum sitit cruorem.

Bebedor. Potator, is. *Gran bebedor.* Bibax, cis. Multibibus. *De vino.* Vinosus. Ebriosus. Tricongius. Bacchi mystes. *Que bebedora es esta vieja!* Quantum bibit hæc anus! *Beberá los Kyries.* Novies calicem exhauriet. *Sino bebe en la taberna, huelgase en ella.* Odore capitur, si non gustu rapitur.

Bebida. Potus, us. Potio, nis.

Bebida medicinal. Potio, nis.

Bebedizo. Potio venenata. Venenum dilutum. Veneficium, ii. *Dar á uno bebedizos.* Potione venenata aliquem tollere, mortifera potione necare.

Bebedero de jaula. Potristis, dis.

Beca. Redimiculum ad collum, cujus extrema ad tergum rejecta pendent. Trabea purpurea, vel cerulea. *Dieronle la beca.* Cooptatus est in collegium.

Becerro. Vitulus, Juvenculus, i.

Becerra. Vitula, æ. Juvenca, æ.

Becoquin. Capitium, ii.

Bedél. Apparitor Academiæ.

Befa. Contumelia, æ. Vide *Afrenta.*

Behetria. Multitudinis strepitus, aut murmur inconditum. *Lugar de behetria.* Ubi nobiles, & ignobiles eodem jure censentur, pariterque ad honores admittuntur.

Beldad, ó Belleza. Venustas, tis.

Bella cosa. Bellus, formosus, venustus.

Belfo. Labeo, nis. Chilo, nis.

Belicoso. Bellicosus, pugnax, cis.

Belitre. Homo diabolaris.

Bellota. Glans, dis. *Árbol que las lleva.* Arbor glandifera.

Bendecir. Benedico, is. Bene precor.

Bendicion. Benedictio, nis. *Echarla.* Benedictionem impertire, bene precari alicui. *Mil bendiciones les echamos.* Diu multumque bene illi precati sumus. Maximas illi pro meritis gratias egimus. *Te eche la bendicion á los estudios.* Litterarum studiis valedico.

Beneficio, ó merced. Beneficium, ii. Meritum, i. *Tengo esto por gran favor, ó beneficio.* Hoc maximi beneficii loco pono, maximi apud me meriti locum obtinet. Vide *Favor, y merced.*

Ganasteme por la mano con beneficios. Beneficiis me ultrò provocasti. Benefactis me præivisti, occupasti, antevertisti. Prior me beneficiis apetiisti, affecisti. Occupasti prior benemereri.

Dar en rostro con el beneficio. Beneficia sua alicui objicere, exprobrare. *Tener el beneficio por afrenta.* Accipere beneficium in contumeliam.

Beneficio Eclesiastico. Sacerdotium, ii. Ecclesiasticum beneficium. *Patrimonial.* Patrium, gentile. *Beneficio curado.* Beneficium curatum, cui animarum cura, & Sacramentorum administratio annexa est.

Beneficiado. Beneficiarius parœciæ. Beneficiatus, beneficio gaudens.

Beneficiar la tierra. Vide *Cultivar.*

Benevolencia. Benevolentia, æ.

Bengala. Virga, ducis insigne.

Benigno. Benignus, beneficus, clemens.

Benignidad. Benignitas, clementia.

Benignamente. Benignè, clementer.

Benino. Tuberculum, subtilis tumor.

Benjui. Mirobalanus, i. Glans Ægyptia.

Beodo. Ebrius, bene potus.

Barbena, yerva. Verbena, æ.

Berengena. Melongena, malum insanum.

Bergantin. Navis speculatoria. Mioparo, nis.

Beril, piedra preciosa. Beryllus, i.

Bermejo. Ruber, bra, um. Rubeus.

Bermejear. Rubeo, es. Rubesco, is.

Bermejuela. Pisciculus rubris branchiis.

Bermellon. Minium, ii.

Bernegal. Simpulum, i.

Berraco, ó berron. Verres, is. *Berrar, ó berrear.* Dentibus infrendere.

Berros. Laver, sisybrium aquaticum.

Berruga. Verruca, æ. *Cosa que tiene berrugas.* Verrucosus, a, um.

Berza. Bassica, æ. Caulis, is. Coles, vel colis, is. *Aún están en berza los panes.* Herbescunt adhuc sata, necdum in genicula assurgunt. *Qué tiene que ver berzas con capachos?* Quid lechyto cum strophio? Quid cothurnis cum clava?

Beso honesto. Osculum, i. *Lascivo.* Suavium, bassium, i. *Besar.* Osculor, deosculor, aris. Oscula figere, pangere, imprimere. *Lascivamente.* Suavior, aris. Basior, aris.

Bestia. Bestia, bellua, æ. *De carga.* Jumentum, i. *Mala bestia es este hombre.* Bipedum nequissimus hic homo est. *Que seas tan gran bestia, que no repares en eso?* Tantus te stupor invasit, ut hæc non videris? Tam cæca te impulit cupiditas, ut hæc pensi non haberes? *Echarle á las bestias.* Ad bestias aliquem damnare, feris laniandum objicere.

Bestion de fortificacion. Agger, eris.

Besugo. Procellus marinus.

Beta. Vide *Veta.*

Betún. Bitumen, nis. *Con que bañan las colmenas.* Propolis, is.

Bexiga. Vesica, æ.

Bexo. Labium prominens. Labium, ii.

Bezon. Vide *Velfo.*

B ANTE I.

Biblia. Sacra Scriptura. Biblia, orum. Sacra pagina. Sacri, & canonici libri.

Bien (adverbio.) Benè, probè, rectè. *Ó que bien hiciste! la vida me has dado.* O factum benè! beasti me. *Bien está.* Benè habet. Benè est. *Bien está en la cuenta.* Rectè rationem tenet. *Bien hizo en concertarse con la parte.* Probè fecit qui transegerit. *Si fue bien, ó mal hecho no nos toca á nosotros.* Rectè, an secus, nihil ad nos. *Bien dices.* Rectè judicas. *Bien dicho.* Rectè, ac sapienter, & opportunè dictum.

Bien trabajosamente lo pasa. Benè multis ærumnis premitur. Sanè miserè vivit.

Bien mal le trataron. Sanè male acceptus est. *Bien malo está.* Sanè gravi morbo laborat. *Bien escasamente sabe.* Sanè parum doctus est.

Bien (nombre.) Bonum, i. *Mirar por el bien público.* Consulere Reipublicæ. In commune consulere. *El bien no es conocido, hasta que es perdido.* Tum denique bona nostra novimus, cum amisimus. *Bien hayas tú.* Deus te, superique ament. Benè tibi Deus, superique faciant.

Bienes de hacienda. Bona, orum. Res, opes, facultates, fortunæ, arum. *Bienes muebles.* Domestica supellex. Utensilia, um. *Bienes raices.* Possessiones, fundi, prædia, ædes. *Bienes libres.* Bona immunia, nulli obnoxia. *Habidos, y por haber.* Acquisita, & acquirenda. *De sus antepasados.* Habita bona. *Bienes concegiles.* Possessiones publicæ. *Realengos.* Vectigalia. Regia jura. *Bienes temporales.* Bona fugacia, caduca, peritura. *Gananciales.* In matrimonio acquisita. *Mil bienes tiene este hombre.* Multæ illum virtutes, dotesque commendant. Multis, & eximiis naturæ dotibus præditus est. *Dixo de él mil bienes.* Multa de illo, ac magnifica prædicavit. Amplissimis eum verbis commendavit.

Bien acondicionado. Bonæ indolis homo. Lenis, & facilis, probus, & suavis.

Bienavenidos. Quibus optimè inter se convenit. Bene convenientes. Concordes.

Bienaventurado. Beatus, felix, icis.

Bienaventuranza. Beatitudo, inis. Felici-

licitas, tis. Vita beata. *Ponen su bienaventuranza en un breve deleyte.* Omnes suas cogitationes in voluptatem lubricam, & fugacem abjiciunt. Summum bonum in voluptatis lubrico constituunt.

Bien criado. Probè, & ingenuè educatus, optimè institutus. *Bien hablado.* Urbanus, & comis. *Bienhechor.* Beneficus, benignus, bene de aliquo meritus.

Bien inclinado. Bene à natura institutus, optimæ indolis adolescens.

Bien intencionado. Probus, ac sincerus.

Bien nacido. Ingenuus, honesto loco natus.

Bien quisto. Omnibus acceptus.

Seas bien venido. Felix, & auspicatus sit adventus tuus. Mihi de tuo gratulor adventu. Opportunus, & optatus mihi advenis.

BIEN puedes (modo permisivo.) Licet.

Bien pude dexarlo, si quisiera. Cessare mihi licuit, si libuisset. *Por mi bien puedes llevarlo.* Per me auferas, licet. Per me nulla mora est, quid auferas. *Si por bien lo teneis, daré mi descargo.* Si per vos licet, causam dicam.

Bien puedes hablar, y volver por ti. Tuas tibi partes agere licet. Nemo tibi obstat, quin causam dicas.

Bigornia. Vide *Vigornia.*

Binar. Agros iterum arare.

Birlar. Vide *Bolos.*

Birrete. Pileus, vel pileum, ei.

Bisabuelo. Proavus, i.

Bisabuela. Proavia, æ.

Bisiesto. Vide *Dia.* *Año bisiesto.* Annus bissextilis.

Bisnieto. Pronepos, otis.

Bisnieta. Proneptis, is.

Bizarro. Splendidus, eximius, præstans.

Bizarria. Splendor, oris. Præstantia, æ.

Bizazas. Bulgæ, arum. Corycium, ii.

Bizma. Malagma, tis. Cataplasma, tis.

Bizmar. Cataplasma alicui imponere.

Bizmado. Cataplasmate affectus.

B ANTE L.

Blanca, moneda. Sextans, tis. *No debo blanca.* Omni ære alieno solutus sum. *No tengo blanca.* Nihil habeo in loculis.

Blanco. Albus, a, um. *Blanco de lustre.* Candidus. *Eso es decirme, que lo blanco es negro.* Hoc est vim afferre sensibus, & extorquere ex animis cogitationes verborum, quibus imbuti sumus. *Dexóle en blanco.* Illum prætermisit, præterivit. *Quedóse en blanco.* Spe frustratus est, fraudatus, evolutus. *Mas luce lo blanco junto lo negro.* Album ex nigri contentione magis emicat. *Ni sé si es blanco, ó negro.* Nec si albus, aterve est, scio.

Blanco adonde tiran. Scopus, i. *Tirar, ó apuntar al blanco.* In scopum collineare, collimare. *Dar en el blanco.* Scopum figere, tangere. Vide *Acertar.* *Ni unos, ni otros dán en el blanco.* Neutri rem tangunt. Utrique procul à destinato. Utrique à scopo aberrant. Alius alio abit à re proposita, mediamque relinquunt. Vide *Apuntar al blanco.*

Dios es el blanco de mis deseos. Consiliorum meorum scopus unus est Deus. Hunc finem meæ cogitationes spectant. Eò studia mea tendunt. Ad illum vota mea tamquam ad scopum diriguntur, referuntur.

Blancura. Albitudo, inis. *Del lustre.* Candor. *Blanquear algo.* Dealbo, as. Album colorem alicui rei inducere. Album aliquid facere, reddere. *Blanquean los dientes.* Dentes candent, candicant. *Ponerse blanco.* Exalbesco, is.

Blanquecino. Albidus, subalbus.

Blandamente. Molliter. *Habladle blandamente.* Blandè cum illo age. Leniter illum tracta, comiter appella. *Reprehendióle blandamente.* Verbis hominem amicè castigavit, blandè reprehendit, molli brachio carpsit.

Blando. Mollis, e. Blandus. *De condicion.* Facilis natura, lenis, mitis. *Es blando de corona.* Delicatus est, & mollis, qui frigoris, & solis mala nescit.

Blandura. Mollities, ei. *De condicion.* Lenitas, suavitas, facilitas. *Blandura de tiempo.* Aeris temperies.

Blandear la lanza. Vibro, as. Crispo, as.

Blandear en algo. Vacillo, as. Nuto, as. Titubo, as. In sententiam non constare. *Desde entonces comenzó á blandear la vara de la justicia.* Jam tum judicia se-

severa fieri desierunt. *Aun al Juez recto hacen blandear las lastimas.* Rectum quoque judicem inclinat miseratio.

Blandón. Fax, is. Cereus, ei. *Donde se pone la hacha.* Lychnuchus, i.

Blasfemar. Blasphemo, as. Execror, aris. Convicia nefaria in Deum, Divosque spargere, evomere, effundere. Divinæ majestati aliquid derogare, calumniam inferre. Deo optimo maximo sacrilegè obtrectare.

Blasfemo. Impius in Deum, in Divos conviciator, nefarius, obtrectator. Blasphemus, i.

Blasfemia. Impia in Deum, vel in Divos oratio. Blasphemia, execratio. In Deum contumelia, sacrilega obtrectatio.

Blason de linage. Stemma, tis. Gentilitia insignia. *Blasonar.* De suis, aut majorum factis, divitiis, aut honoribus gloriari. Res suas magnificè jactare, gloriosè prædicare. In aliqua re exultare, triumphare.

B ANTE O.

Boato, voz muy sonora. Boatus, us.

Bobo, ó bovo. Fatuus, stultus, insipiens, excors, dis. Morio, nis. *Hacese bobo.* Fatuum se facit. Stultum se fingit. Stultitiam simulat. *Mas peca de bellaco, que de bovo.* Improbitate magis, quàm stultitia peccat. *No es esto para bovos.* Non suis quivis hoc sciet. *De bobilis bobilis le vino esto.* Offa illi in mel. Ex indulgentia fortunæ hoc illi obvenit. Hoc illi nec opinanti fortuna indulsit. *A los bovos viene la dicha.* Laudanda fortunatissima. *Quien hay, que no tenga un pedazo de bovo!* Auriculas asini quis non habet? *Á los bobos con eso, que yo bien te conozco.* Ad populum phaleras, ego te intus, & in cute novi. *Persius.*

Bobear. Desipere, delirare.

Boberia. Stultitia, æ. Fatuitas, tis. Ineptiæ, arum. *Hablar boverias.* Effutire aliquid. Temerè, & stultè loqui. *El que habla boberias.* Morologus, i. *Dexa esas boverias.* Mitte has ineptias. Apage cum tuis ineptiis. *Bovito es el niño.* Mercurius infans.

Boca. Os, oris. *Boca arriba estaba.* Supinus jacebat. *Boca abaxo.* Pronus.

Boca de llaga. Ulceris os. *Del estómago.* Stomachi faux. *De calle.* Viæ aditus. *De rio.* Ostium fluminis. *Boca de horno.* Præfurnium, ii. *De vasija.* Orificium, ii.

Todo le sucede á pedir de boca. Omnia illi accidunt ex sententia. Ex destinato illi omnia fluunt, cadunt, eveniunt, succedunt. *Echar á boca de costal.* Sine modo largiri, effundere. *Sustenta muchas bocas.* Numerosam familiam alit. *De la boca me lo quité para darselo.* Ne illi deeset, mihi vel necessaria detraxi. *Antes pegaré la boca á la pared, que pedirle nada.* Fame potiùs peream, quám illum rogem. *No os salga eso de la boca.* Cave tibi hoc ex ore decidat. *Dixome quanto se le vino á la boca.* In me, quæcumque voluit, effudit, evomuit.

Guardar la boca. Sibi in cibo, potuque temperare. *Quien guarda la boca escusa la sangria.* Abstinentia sanitatis mater. *No tiene boca para decir no.* Omnia omnibus annuit. Nihil petenti denegat. *No le tomó en la boca.* Nullam de eo mentionem fecit. *En boca cerrada no entra mosca.* Vacat periculo silentium. *Á boca de noche.* Sub vesperum. Sub noctis crepusculum.

Bocas de argolla. Annuli ferrei posticum.

Bocaci. Bytsus infecta colore.

Bocado de comida. Buccea, æ. Buccella, bolus, i. *Bocado sin hueso.* Pulpa, æ. Pulpamentum, i. *Ese es bocado sin hueso.* Hoc est lucrum sine sumptu. *No he comido bocado.* Nihil cibi gustavi. Integram famem ad ovum affero. *Tomad un bocado.* Aliquid cibi degusta. *Bocado comido no gana amigo.* Gratia gratiam parit. Necesse est facere sumptum, qui quærit lucrum. *No hay bocado de pan.* Ne panis quidem reliquiæ domi manent. *Bocadillos para engordar aves.* Tutundæ, arum.

Bocado, ó mordisco. Morsus, us. *Sacóle un bocado.* Morsu carnem traxit, avulsit. *Á buen bocado, buen grito.* Ex intemperantia podager ingemiscit. *Con el bocado en la boca salimos á ellos.* A prandio in hostes consurreximus. *Querian comerse á bocados.* Furiosè inter se contendebant. *Dióle un bocado con que murió.* Offam illi venenatam obtulit, qua extinctus est.

Bo-

Bozalera. Fiscella, qua os jumenti tenetur, ne comedat. *Echarla.* Fiscella jumentum capistrare.

Bocanada. Vomitio, nis.

Bocezar, ó bostezar. Oscito, as, & oscitor, aris. *Bozezo, ó bostezo.* Oscitatio, nis.

Freqüencia en bostezar. Oscedo, inis.

Bochorno. Æstuosa tempestas.

Bocina. Buccina, æ.

Boda. Nuptiæ, arum. *Por ti no se hizo la boda.* Per te stetit, quo minus hæ fierent nuptiæ. *No se hace la boda de hongos.* Nullus apparatus sine sumptibus. *Acabaráse el pan de la boda.* Voluptates abeuntes intueri oportet. *Perrico de todas bodas.* Mensarum assecla.

Bodega de vino. Cella vinaria.

Bodega, ó botillería. Apotheca, æ.

Bodeguero, ó Cillerero. Cellarius, ii.

Bodegon. Caupona, popina, ganea, æ. *Andar por los bodegones.* Latitare per popinas. Popinor, aris. *En qué bodegon hemos comido?* Unde me nosti? Unde tu mihi tam familiaris? *El que come en bodegon.* Ganeo, nis.

Bodegonero. Caupo, nis. *Bodegonera.* Copa, æ. Caupona, æ. *Tener este oficio.* Cauponariam exercere. Cauponor, aris.

Bodigo. Libum, i.

Bodoque. Globulus fictilis. *Bodocazo.* Fictilis globuli ictus.

Bofes, ó libianos. Pulmo, nis. *Echa los bofes por esto.* Ardenter hoc appetit, inhiat, anhelat. Ea gratia, vel animam profundet.

Bofetada, ó bofeton. Alapa, æ. Colaphus, i. *Darle de bofetadas.* Os ejus depalmare. Colaphos illi impingere, infringere, infligere. *Qué de bofetadas le dió!* Quot misero colaphos inflixit! Ut palmis faciem ejus percussit, genas verberavit!

Boga, pez. Boops, pis.

Bogar. Vide *Remar.* *Tomar la boga ácia España.* Hispaniam versus cursum dirigere.

Bohonero. Institor circumforaneus.

Bohordo, junco de mazorca. Typha, æ.

Bola de madera. Globulus ligneus.

Bolarmenico. Rubrica Sinopica.

Bolera. De ligneo globulo quàm longissimè jaciendo certare, contendere.

Boleo, ó batibléo. Prætervolantis pilæ percussio. *Llevólo de un boléo.* Vix honorem petit, cum obtinuit.

Boleta. Tessera hospitalis.

Boliche. Retis piscatorii jactus, vel globulorum jactus ad scrobiculum.

Bolinda, sonda de navio. Bolis, dis. Perpendiculum nauticum.

Bolo con manteca. Libum, i. *El que resulta de golpe.* Tumor ex contusione.

Bolos. Bacili orum. *Jugar á los bolos.* Bacillis deturbandis ludere. *Ponerlos.* Bacillos erigere, statuere. *Birlar.* Bacillos globo dejicere, deturbare.

Bolsa. Marsupium, crumena, æ. *Bolsa de arzon.* Hippopera, bulga, æ. *Echad mano á la bolsa.* Manu crumenam explorare. *No tiene dinero.* Non tinnit marsupium. *Yo os pagaré de mi bolsa.* Pecuniam ego tibi de meo numerabo.

Bolsico. Loculus, i. Loculi, orum.

Bolsón. Vide *Talego.*

Bomba para sacar agua. Cochlea, æ. Antilia, æ. *Dar á la bomba.* Haurire sentinam. *Bombas de fuego.* Globi nitrato pulvere oppleti.

Bombarda. Tormentum æneum.

Bonanza. Maris tranquillitas.

Bondad. Bonitas, probitas, tis.

Bonete. Pileus, vel pileum, ei. *Con borla de Doctor.* Pileus lemniscatus.

Bonita. Formosa, bella, æ.

Boñiga de buey. Fimus bovis.

Boquear. Os diducere, aperire. *Al punto que lo boquees te lo darán.* Continuo dabitur, quod petes. Vix petieris, cum obtinebis.

Boqueada. Oris diductio animam agentis. *Dió la ultima boqueada.* Expiravit. Animam egit, exhalavit. Extremum spiritum reddidit.

Boqueron de tierra. Hiatus terræ. *De pared.* Foramen, inis.

Boquiabierto. Ore hians. *Boquifruncido.* Compressis labiis. *Boquihundido.* Depresso ore. *Boquirubio.* Barba rutila. Ænobarbus. *No soy tan boquirubio.* Non sum adeo incalidus, nec tam injuriæ opportunus.

Boquisco. Siccis faucibus.

Borbollon. Scatebra, scaturigo.

Hierve á borbollones. Fervet olla spumans.

Bor-

Borcegui. Cothurnus, i.
Bordar. Acu pingere. *Vestido bordado*. Vestis acu picta, segmentata.
Bordador. Phrygio, nis. Segmentarius, ii.
Bordadura. Phrygiatum opus.
Borde de navio. Margo inis.
Borde de basija. Labrum, i.
Bordon de peregrino. Scipio, nis. Baculus, i. *De vihuela*. Chorda grave sonans.
Bordonero. Vide *Peregrino*.
Bordoncillo. Vide *Estrivillo*.
Borla. Fimbriatus floccus. *Del bonete*. Apex, icis.
Bornear un negocio. Rem scitè tractare, flectere, circum agere. *Cosa que se bornea*. Volubilis, versatilis.
Borra. Tomentum, i. *Mete borra*. Inutili rudere orationem infarcit. *Silla de borrones*. Ephippium tomento fartum.
Borracho. Ebrius, temulentus. Vino madidus, languidus, obrutus. *Estar borracho*. Vino madere, vacillare.
Borrachon. Ebriosus, vinosus.
Borrachéz, ó borrachera. Ebrietas, vinolentia, crapula, temulentia, æ.
Borraja. Buglossa, æ. Borrago, inis.
Borrogear. Liberiore calamo scriptitare animi causa, quæ lubet.
Borrar. Deleo, es. Abrado, expungo, is. Oblitero, as. Induco, is. Spongiæ aliquid subjicere, memoria eximere. Aboleo, es.
Borron. Littura, æ.
Borrador. Adversaria, orum. *Asentar algo en el borrador*. Referre aliquid in adversaria.
Borrasca. Procella, æ. Tempestas, tis.
Borrascoso. Procellosus, tempestatibus obnoxius. *Condicion borrascosa*. Ferox indole. Turbulentum, ac vehemens ingenium.
Borrax. Chrysocolla, æ.
Borrego. Agnus hornus.
Borrica. Asina, æ.
Borrico. Asinus, i. Asellus, i.
Boscaxe. Depicta arborum sylva.
Bosque. Nemus, oris. Sylva, æ. Saltus, us.
Bosquexar. Delineo, as. Adumbrare imaginem. Primas lineas ducere.
Bosquexo. Adumbratio, delineatio, nis.
Bostezar. Oscito, as.
Bostezo. Oscitatio, nis.
Bota de vino. Ultriculus, i.
Bota de camino. Ocrea, æ. *El que trae botas*. Ocreatus. *Dieronle en la bota*. Fortè illi explicandum obtigit, quod meditatum attulerat.
Botana. Utris sarcimen, commissura.
Botero. Utriarius, ii.
Botarga. Saccus, quo personati ludiones induuntur.
Botar el navio al agua. Navem in mare impellere, trahere machinis.
Botar la pelota. Pilam mittere, vel jacere. *Botiboleo*. Percussio pilæ prætervolantis.
Bote de pelota. Pilæ jactus. *Bote de lanza*. Ictus hastæ. *Bote de unguento*. Alabastrum, i. Myrothecium, i.
Botica. Pharmacopolium, ii.
Boticario. Pharmacopola, æ.
Botica, ó botijon. Fidelia, lagena, æ.
Botillero, ó despensero. Cellarius, ii.
Botilleria. Apotheca, æ.
Botin. Calceus muliebris.
Boto. Obtusus, a, um. Hebes, tis.
Boton del vestido. Globulus, i. *De la rosa*. Calix, icis. *Del arbol que florece*. Gemma, æ. *Boton de fuego*. Cauterium, ii. *Boton de oro*. Patagium, ii.
Boveda. Fornix, icis. Testudo, inis, Camera, æ. *Hecho de boveda*. Fornicatus testudineus, cameratus. *Dos piedras en la bobeda se mantiene una à otra*. Duo lapides in fornice se mutuò excipiunt.
Box. Buxus, i. *Madera de box*. Buxum, i. *Cosa de box*. Buxeus, a, um. *Donde nace mucho box*. Buxatum, i.
Boxar. Patere in ambitu, aut circuitu.

B ANTE R.

Bragas. Braccæ, arum. Femoralia, um. *De marinero*. Caligæ follicantes. *No se cogen truchas à bragas enjutas*. Difficilia, quæ pulchra. Lutum nisi tundatur, non fit urceus.
Bragero. Subligar, aris.
Bramante. Filum cannabium.

Bra-

Bramar de ira, y dolor. Fremo, is. Ardere dolore. *Brama el viento*. Ventus fremit, infremit. *Brama el mar con los vientos*. Ardet ventis mare.

Bramar el buey. Mugio, is. *El leon*. Rugio, is. *El Elefante*. Barrio, is.

Brama de ciervos. Braditus, us.

Bramido. Fremitus, us. *De Toro*. Mugitus, us. *De Leon*. Rugitus, us. *De Elefante*. Barritus, us. *Dar bramidos*. Edere mugitus, rugitus, &c.

Brasa. Pruna æ. *Como gato por brasas*. Tamquam canis è Nilo.

Brasero. Foculus, i. *De herrage*. Olearum ossiculis instructus.

Brasil, color. Purpurissum, i.

Bravo, feroz. Ferus, a, um. Ferox. *Bravo, valiente*. Impavidus, acerrimus, fortissimus. *Bravo golpe*. Ictus vehemens, immanis, ingens. *Bravo atrevimiento*. Prorupta audacia. *Brava cuchillada le dieron*. Luculentam plagam accepit. *Bravo edificio*. Immanis substructio, moles superba. *Bravo soldado*. Miles egregius. *Bravo bellaco*. Insigniter improbus. *Brava cosa es, que nos obliguen á esto*. Durum est, & non ferendum, nos ad hæc cogi.

Bravamente. Acriter, vehementer.

Bravatas. Vide *Amenazas*.

Bravear, echar bravatas, hacer del bravo. Minas jactare, tollere cristas, adducere supercilia, Cœlum armis territare. *No tan bravo, Señor*. Mitiùs ista, & pacatiùs. *Bravonél*. Pyrgopolinices. Vide *Fanfarron*.

Braveza. Ferocitas, immanitas, tis.

Brazos de Escorpion. Chelæ, arum.

Brazada. Ulna, æ.

Brazelete. Armilla, æ.

Brazear. Brachia jactare.

Brazo. Brachium, ii. *Llevar del brazo como escudero*. Gradientem manuducere. *Llevar en brazos*. Ulnis puerum gerere, inter manus afferre, gestare. *Luchar con otro á brazo partido*. Lacertorum complexu contendere. *Menear los brazos*. Lacertos movere.

Brazo seglar. Potestas sæcularis. *Valerse del brazo seglar*. Implorare auxilium brachii sæcularis. *Relaxarle al brazo seglar*. Reum sæculari judici puniendum addicere, adjudicare. *Tiene brazos*. Potentium favore nititur. *Á fuerza de brazos salió con la suya*. Gratia, & favore vicit, superavit, superior evasit, causam obtinuit, adeptus est dignitatem.

Brazo de mar. Æstuarium, ii. Maris brachia.

Brazero, ó escudero. Manuductor, is.

Brea. Ferrumen, inis. *Brear el navio*. Navis commissuras ferruminare.

Brecha. Muri ruina. *Hacer, ó abrir brecha*. Partem muri demoliri.

Brega, ó riña. Rixa, æ. Contentio. *Donde se soba la masa*. Mactra, æ.

Bregar con otro. Tricari, rixari cum aliquo. *Bregar la masa de arina*. Massam cylindro subigere.

Breguil de moza. Cylindrus, i.

Breñas, ó peñas. Petræ, rupes. *Breñas, ó maleza*. Virgulta densa in sylva.

Brete. Nervus, i. Bojæ, arum.

Bretones. Brassica coliculi, cymæ.

Breva. Ficus præcox, vel precoqua.

Brebaje. Potio, nis.

Breve cosa. Brevis, e. *Breve Apostolico*. Diploma Pontificium. *Breve camino*. Via compendiaria. *Breve en hablar*. Breviloquus. *Quiero ser breve por no cansaros*. In tanta rerum copia singulari utar brevitate dicendi, quid enim multis te morer? Hoc cursim dicam, ne multus videar. Exiguis finibus totum orationis ambitum describam, uno fasce complectar.

Brevedad. Brevitas, tis. *De tiempo*. Temporis angustiæ. *Por la brevedad del tiempo lo dexamos* Angustiis temporis excludimur. *Dixo muchas cosas con brevedad*. Multa paucis complexus est. Multa in pauca contulit. Strictè multa attigit. Brevi multa percurrit, leviter perstrinxit.

Brevemente. Breviter, brevi. Summatim, concisè, cursim.

Breviario. Breviarium, quo diurnæ, nocturnæque preces continentur.

Brezo, mata. Ulex, icis.

Bridones. Equites laxis stapedibus insistentes. *Ir á la brida*. Laxis stapedibus equitare.

Brillar. Mico, as. Niteo, es. *Brilla la corriente herida del Sol*. Flumen, quia à Sole collucet, albescit, & vibrat.

Brincar. Subsilio, is. Subsalto, as.

Brin-

Brinco. Subsaltatio, nis. *Brinco de oro, ó brinquiño.* Aurea pyxidicula.

Brindar á uno. Propinare alicui.

Brindis. Propinatio, nis.

Brio. Animus, vigor animi. Alacritas.

Brios. Animi, orum. *Yo os abaxaré los brios.* Ego animos frangam tuos. Spiritus insolentes compescam, impetus retardabo. *De dónde contra de mi esos brios?* Unde tu in me cristas tollis, & hos tibi arrogas spiritus? Quæ tibi res animos in me facit? *No tiene brio.* Homo segnis, et ignavus. Natura lentus, ac remissus.

Brioso. Animosus, alacer.

Bribón. Mendicus, vagabundus.

Brizna. Tenuissima particula. Mica, æ.

Brizo. Vide *Cuna.*

Brocado. Aurea vestis, Attalica.

Brocal de pozo. Puteal, alis.

Broche. Fibula, æ.

Brodio. Jusculum, i. *Hueles á brodio.* Olidam popinam exhalas.

Bromà. Vide *Brumar.*

Bronce. Æs, æris. *Cosa de bronce.* Æreus, vel æneus, a, um.

Bronca cosa. Rudis, impolitus, incultus, a, um. *Hombre bronco.* Facie, membrisque vastissimus. *Bronca voz.* Vox absona.

Broquél. Breve scutum. Parma, cetra, æ.

Broquelero. Pugnax, cis.

Brotar. Erumpo, is.

Brotar las vides. Gemmo, as. *Los arboles.* Germino, as. Pullulo, as. Frutito, as.

Broza. Quisquiliæ, arum. *De pintor.* Peniculum crassum. *Confesar á toda broza.* Omnium confessiones excipere, etiam infirmorum.

Brueco, arbolillo. Ruscus, ci.

Bruja. Strix, gis. Lamia, æ.

Brujula de la ballesta. Gruma, æ. *De la nave.* Pyxis nautica.

Brujulear. Sensim explorare chartas. *Sacóle por brujula.* Ex ungue leonem.

Brujo de las uvas. Vide *Burujo.*

Brumar. Opprimo, is. Elido, is. Nimis molestum esse. Molestè urgere, importunè instare. *Es una broma.* Plumbeus homo.

Brumado. Elisus, oppresus.

Bruñir. Levigo, as. Polio, is.

Bruta cosa, ó brutal. Brutus, a, um. Bruta animalia, stolida, quibus cor durum riget. *Sois un bruto.* Stupidus es, ac bardus, ab omni humanitatis cultu remotissimus.

Brutalidad. Ferocitas, immanitas, tis.

B ANTE U.

Bubas. Morbus Gallicus. Lues venerea.

Bubas en la barba. Mentagra, æ. *Tener bubas.* Morbo Gallico laborare.

Buboso. Morbo Gallico affectus.

Bucaro. Vasculum odoreum ex terra rubra. Stremotii figlinum, murrhinum.

Buche de animal. Ventriculus, i. *Meter en el buche.* Ventrem dapibus infarcire.

Buchorno. Ventus calidissimus. Æstuosa tempestas. Ventus ardens. Vide *Bochorno.*

Buelco. Vide *Buelta.*

Buena cosa. Bonus, a, um. *Hombre bueno.* Vir bonus, probus. *Llegate á los buenos, y serás uno de ellos.* Ex bonorum congressu probitatis studium tibi accrescet. Quàm proximè te ad bonos adjunxeris, tam optimum est. *Lo bueno todos lo alaban.* Virtus ubique æstimatur. Quod bonum est, & honestum ab omnibus probatur. *Bueno te andas.* Præclarè ætatem agis, impunè vagans. *Lo mejor es, que tú seas bueno.* Optimum est, ut sis optimus.

Bueno, y con salud. Salvus, & incolumis. *Ya estoy bueno de los ojos.* Jam ab oculis valeo. *Huelgome de que vengas bueno.* Salvum te venisse gaudeo. *De donde vienes?* Unde venis? *Bueno está tu padre, bien lo pasa.* Apud patrem bene est. Pater bene se habet. Patri bene est. *Es un buen hombre.* Homo est priscæ simplicitatis, fraudibus obnoxius, opportunus injuriæ. *Buen hombre, pero mal sastre.* Bonus symphoniacus, sed malus choraules. Vir optimus ille quidem, sed non ita eruditus.

Buena hoya. Remex spontaneus.

Buena crianza. Honesta educatio, urbanitas. *Buena voluntad.* Benevolentia, æ. *Buen natural.* Bona indoles, præclara,

Li-

Liberale ingenium. *Buena obra.* Beneficium, benefactum. *Buenas palabras.* Bona, & amica verba. *Ni palabra mala, ni obra buena.* Nec verbo lædis, nec beneficium seris.

BUENO fuera (*de quien se indigna*) Mirum, ni. Mirum, quin. *Bueno fuera que le dieses en rostro con lo que hiciste por él.* Mirum, ni tua in illum merita exprobraveris. *Bueno fuera que despreciáras el consejo de tu padre.* Mirum, quin patris consilium abjicias.

Buetagos. Vide *Bofes.*

Buey. Bos, bovis. *El buey suelto bien se lame.* Liber homo, ac solutus agit, ut libet. *Al hombre por la palabra, y al buey por el cuerno.* Verba ligant homines, taurorum cornua nervi. *Donde irá el buey que no are?* Quocumque te vertas, idem tibi erit sensus, eadem acerbitas. *El buey quando se cansa, asienta mas la pata.* Bos lassus figit pedem. *Habló el buey, y dixo mu.* Strepit anser inter olores. *Quien su carro unta, sus bueyes ayuda.* Qui causidico donat, suam causam agit.

Establo de bueyes. Bovile, vel buvile, is. *Plaza donde venden bueyes.* Forum boarium. *Cosa de Buey.* Bubulus, a, um.

Bueyero, ó baquero. Bubulcus, i.

Búfalo. Bubalus, i. Urus, i. *El búfalo es como un buey.* Bubalus est instar bovis.

Bufar el toro. Boo, as. Vim anhelare.

Bufar el hombre. Spiritu fremere. *Como bufaba!* Ut fremebat, vimque ira percitus anhelabat!

Bufido. Fremitus, us. Ferox anhelitus.

Bufete. Abacus, instar mensæ.

Bufon. Morio, nis. Scurra, æ. *Ha dado en bufon.* Scurrilem vitam agit. Scurrilibus jocis assuevit. In scurriles jocos effunditur. Scurriliter jocatur in omnes.

Bufonería. Scurrilitas, tis.

Bugerias. Frivola, orum. *Compró no se qué bugeria.* Nescio quid frivoli emit.

Bugia. Candela ex cera candida.

Bubo. Bubo, nis.

Buhonero. Vide *Bohonero.*

Buido puñal. Lævigatus pugio.

Bula, ó buleto. Diploma, atis. *Bula de la Cruzada.* Bulla Cruciatæ.

Bullir. Ebullio, is. Scateo, scaturio.

No bulle el viento. Quiescit ventus. Ne levis quidem aura flat.

Bulla, ó bullicio. Tumultus, us. Turba. *El bullicio de la gente.* Strepitus multitudinis. *La bulla que mete.* Quas turbas concitat.

Bullicioso, metebulla. Homo inquietus, turbulentus, ardelio, nis.

Bulto. Corporis amplitudo, tuber, tumor. *Hacer bulto.* Amplifico, extubero. as. Vide *Abultar. Imagen de bulto.* Simulacrum è ligno, aut marmore. *Tasar á bulto.* Temerè æstimare. *Tirar al bulto.* Rem incertam petere. Temerè in objectum jaculari.

Buñuelo. Globulus mellitus ex fricto pane ovis commixto.

Burato. Nebula lanea, aut serica.

Burdel. Lupanar, aris. Prostibulum, i.

Burdion. Ganeo, nis. Scortator, oris.

Burdo. Bardus, agrestis. *Lana burda.* Solox, cis.

Bureo. Jocatio. Vide *Chacota.*

Buriel. Vestis hirsuta, & vilis.

Buril. Cœlum, i. *Labrar con él.* Cælo, as.

Burlas de palabras. Jocus, i. Nugæ. *De escarnio.* Irrisio, derisio, ludibrium. *Hacer burla.* Derideo, irrideo, insulto, as. Illudo, is. *Quieres que hagamos una burla al amo?* Visne herum deludi, ludificari? *Burlando, burlando me llevais mi hacienda.* Per ludum, ac jocum mea rapis. *Tenerla á burla.* Joco aliquid tribuere, vertere. *No tomeis esto de burlas.* Noli hoc munus perfunctorie obire. Noli tantis rebus indormire.

Burla pesada. Jocularis audacia. *Mala burla le hicieron.* Pessimè illi sublitum est os. *Burlas veras.* Jocoseria. *Burlas de manos, burlas de villanos.* Bajuli se pugno mutuo consalutant. *No hay burlas con el amor.* Dum ludit, maximè lædit amor. Nemo amoris vires impunè contempsit. Nulli amoris contemptus impunè cedit. Nulli in amorem audacia impunita fuit. Nemo illum provocavit, aut ludibrio habuit, quin pœnas dederit. *Hablando fuera de burlas.* Extra jocum. Omissis nugis. *Cosa de burla es quanto hay en este mundo.* Ludus, & jocus hæc sunt, si

cum æternis conferantur. Theatri nugæ.

Burlar la esperanza de alguno. Spem alicujus fallere, frustrare, vel frustrari. *Burlarse de palabra.* Jocor, aris. *En manos.* Lascivire, petulanter ludere. *Burlandose con él le sacó un ojo.* Dum ludit, oculum illi effodit. *Diceslo de veras? No, que me burlo.* Ain vero? Imo joco.

Burlarse, donde vaya. Dicteriis se mutuò potere. *Haciendose escarnio.* Irrideo, es. Vide *Escarnio. De quándo acá tu te burlas conmigo?* Unde tibi in me ista jocandi licentia?

Burlon de chacota. Nugator, nugax, cis. Facetus cavillator. *Burlon, ó jugueton.* Ludibundus, petulcus.

Barrajo, ó vasura. Sordes, ium.

Burro. Asinus, i. *Burra.* Asina, æ.

Burujo, ó brujo. Vinacea, orum.

Burujon. Tuber capitis.

Buscar. Quæro, is. *Por el rastro.* Investigo, as. Indago, as. *Loco te ando buscando.* Omnia, dum te quæro, circumcursavi. *Quien busca halla.* Dii facientes adjuvant. *Busca el Hombre contento, y no le halla.* Quærit se natura, nec invenit. *Buscar ocasion, ó tiempo.* Tempus observare, occasionem capere. *Eso es buscar cinco pies al gato.* Nodum in scripo quæris. *Dónde he de buscarle?* Ubi quæram? Ubi investigem? Quem percunter? Qua insistam via? Ubi est?

Busca de algo. Inquisitio, indagatio, investigatio. *Andar en busca de uno, ó andarle á buscar.* Quæro, investigo, as.

Buscar ruidos. Contentiosus, pugnax, cis.

Buscón. Captator æruscator, oris.

Buxeta. Pyxis, dis.

Buytre. Vultur, is. Vultorius, ii.

Buz. Submissio affectata. *Hacer el buz.* Submittere alicui faces. Submissè alicui blandiri, blandis submissionibus gratiam aucupari.

Buzan, ó buzo. Urinator, oris.

C ANTE A.

C*Abal cosa.* Res perfecta, cui nihil abest, ad unguem facta, omnibus numeris absoluta. *Justo, y cabal vino.* Æquavit, implevit. *Diez justos, y cabales.* Decem omnino. *Salió la cosa por sus cabales.* Tanti res stetit, quanti merito venisset.

Cabalmente. Omnino, prorsus.

Caba. Vide *Cabar.*

Caballo. Equus, i. *Castizo.* Nobilis, generosus. Bæticus. *Enjaezado.* Phaleratus. *Frison.* Scutulatus. *De posta.* Veredus. *Troton.* Succusarius, succusator. *Falso.* Sternax, qui sessorem non patitur. *Desbocado.* Refractarius. *Espantadizo.* Pavidus. *Que tropieza.* Cespitator. *Que tira coces.* Calcitro, nis. *Que está muy flaco.* Strigosus. *De brida.* Desultorius. *De buen paso castellano.* Gradarius. *Encubertado.* Cataphractus. *De alquiler.* Meritorius. *Ensillado.* Ephippiatus. *De carga.* Sarcinarius. *Para casta.* Admissarius.

Cabalgar, subir á caballo. In equum ascendere, inscendere, insilire. *Andar á caballo.* Equito, as. Equo vehi. *Manejar el caballo.* Equum tractare, freno regere, flectere. *Hacer mal á un caballo.* Equum agitare, versare, domare. *Hacer gambetas al caballo.* Gressus glomerare, ungulas ad numerum colligere. *Ponerse en dos pies.* Posterioribus tantum pedibus insistere, saltu se in aëra librare. *Ir á mata caballo.* Concitato cursu properare. *No se puede tener á caballo.* In equo sedere, equo insidere, firmè non potest. *Llevar el caballo del diestro.* Funalem equum ducere.

Cabalgadura. Quadrupes, dis. Jumentum. *Que ha cerrado.* Agnomon quadrupes. *Que no ha cerrado.* Abolus, cujus ætas ex dentibus dignosci potest.

Caballero. Eques, itis. Vide *Noble.*

Caballero en la muralla. Tumulus montibus impositus.

Caballeria en la guerra. Equitatus, us. Equitum manus. Turma, æ.

Caballeriza. Equile, is. Stabulum, i.

Caballerizo. Hippocomus, i. Equorum præfectus. *Caballerizo mayor.* Archippocomus. Hipparcus, i.

Caballete de tejado. Dorsum tecti. Aquarum divortium in tecto.

Cabaña. Tugurium, gurgustium, casa, æ.

Cabe, en el juego de argolla. Spatium inter utrumque globum palmulæ capax. *Dár cabe.* Globum globo trudere, impellere.

lere. *Cabe ti estaba sentado.* Juxta te, vel propter te sedebat.

Cabello. Capillus, i. Crines, ium. Coma, æ. *Cabello largo.* Promissi, intonsi capilli. *Tendido.* Passi, errantesque crines. *Ensortijado.* Cincinni, orum. Intorti crines. *Enrizado.* Calamistrata coma. *Enredado.* Capillorum nexus, tricæ. *El de los cabellos largos.* Capillatus, comatus. *Llevarle por los cabellos.* Capillis aliquem trahere, invitum compellere. *Estoy por arrancarte esos cabellos.* Vix me contineo, quin tibi in capillum involem. *Llevarmehas de un cabello.* Facilè me in quam volueris partem, duces. *Hiende un cabello por medio.* Ingenii acumine vel subtilissima perspicit. *Trae por los cabellos los lugares de la Escritura.* Testimonia Sacræ Paginæ in suam sententiam commentitiè detorquet.

Cabellera. Cæsaries, ei. Coma, capillamentum. *Postiza.* Galericulum, i. Adscita coma.

Cabelludo. Comatus, capillatus.

Caber. Capio, is. *No cabe tanta gente en la Iglesia.* Tantam hominum frequentiam templum non capit. *No cabe su arrogancia, y orgullo en toda la Ciudad.* Ejus animos, ac spiritus tota civitas capere non potest. *No me caben los guantes.* Chirothecæ non capiunt manus, non habiles sunt manibus, non aptæ. *Cupieronme en suerte.* Sorte mihi obtigerunt. *Cupome aquel dia.* In eum diem fortè incidi. *No cabe eso en hombres de bien.* Hoc in virum bonum non cadit. Hoc à bonis viris alienum est, abhorret, longè abest, prorsus abest.

Cabestro. Capistrum, i. *Cabestrillo de gala.* Catenula aurea de collo pendens.

Cabeza. Caput, itis. *De proceso.* Caput causæ. *De vando.* Factionis princeps, dux. *De su casa, y familia.* Sui generis, ac familiæ auctor, origo, dux, & princeps. *Alzar cabeza.* Emergo, is. Ex humili in meliorem fortunam pervenire. *Pusosele en la cabeza que habia de ser Consul.* Incessit illi cupido Consulatus gerendi. Hoc non tam illi in mentem, quam in cupidinem venit. *No lleva eso ni pies ni cabeza.* Nec caput, nec pedes. Nec finis, nec principium hujus rei apparet. Absurda sunt hæc, & monstri similia. Nec jure, nec ratione res nititur. *Eso es quebrarnos la cabeza en valde.* In pertusum ingerimus dicta dolium. Operam ludimus. *Ya lo entiendo, no me quiebres la cabeza.* Obtundis, tametsi intelligo. *Pondré la cabeza, que no es asi.* Moriar, dispeream, ni aliter se res habet. *Dá con la cabeza por esas paredes.* Furit. Ruit præceps in suam perniciem. *Dár de cabeza.* In caput devolvi.

Cabeza abaxo le colgaron. Inverso capite suspensus est. *Caer cabeza abaxo.* Vide *Despeñarse.* *De pies á cabeza se mojó.* Á capite ad calcem, à planta pedis ad verticem commaduit. *Nada añado de mi cabeza.* Nihil addo de meo.

Cabeza de vigas. Proceres, um. *De ganado menor, ó mayor.* Gregis, aut armenti capita. *Mil cabezas de ganado.* Mille pecudes. *Cosa sin cabeza.* Acephalus, a, um. Quod capite caret. Cui caput abest. *De dos, ó tres cabezas.* Biceps, triceps, itis.

Cabezal. Cervical, alis.

Cabezada, ó Xáquima. Capistrum, i. Frontale, is. *Del que dormita.* Dormitantis nutatio. *Dió dos, ó tres cabezadas con el sueño.* Bis inter dormitandum, aut ter caput demisit. *Daréte de cabezadas.* Parieti caput tuum illidam. *Darlas el carnero.* Arieto, as.

Cabecear. Nuto, as. *Cabecear las vigas.* Trabes inflecti, curvari.

Cabecera de cama. Caput lecti. *De mesa.* Primus accubitus.

Cabezudo. Capito, nis. *Porfiado.* Pertinax, cerebrosus. Arbitrii sui tenax, pervicacisque sententiæ.

Cabizbaxo, pensativo. Cogitabundus, cernuus. *Cabizbaxo llegó.* Accessit demisso capite, ac vultu. *Cabiztuerto.* Obstipo capite.

Cabezo, ó cerro. Collis, is. Tumulus, i.

Cabezon de camisa. Collum indusii. *Labrado.* Acu pictum. *Aqui me traen por los cabezones.* Huc obtorto collo trahor.

Cabida. Gratia, æ. *Tenerla con alguno.* Valere gratia apud aliquem. Gratiosum esse alicui. Vide *Favor.*

Cabildo. Ecclesiasticus senatus. Canonicorum cœtus, conventus.

Cable de la nave. Camellus, i. Anchoræ funis.

Cabo, ó fin. Terminus, finis, extremum.

Cabo de cuchillo. Capulus, i. Manubrium, ii. *Cabo de agujeta.* Corrigiæ fragmentum. *Cabo de acha, ó vela.* Facis, vel candelæ extremum. *Cabo de año.* Anniversarium. *Cabo de tierra junto al mar.* Promontorium, ii. *Llevarlo al cabo.* Rem ad exitum perducère. *Yá estoy al cabo.* Rem teneo, & pulchrè calleo. Perfecta mihi res est, & explorata. *Á cabo de rato vino.* Post longam moram venit, longo intervallo. *Al cabo de la vejéz dió en estudiar Griego.* Exacta ætate linguæ Græcæ studium aggressus est. Extrema senectute Græcè discere instituit, Græcis litteris operam dare cœpit. *Al cabo dió con todo al traste* Ad extremum omnia vertit.

Cabos de exercito. Duces, Præfecti, Tribuni, Centuriones. *Cabo de esquadra.* Pentecontarchus, manipuli præfectus.

Cabra. Capra, æ. Capella. *Cabra montés.* Capra, æ. Ibex, icis. Rupicapra.

Echar las cabras á otro. Culpam in alium conferre, vel onus illi imponere. *Meterle las cabras en el corral.* In summas angustias aliquem abducere, & velut in furcas caudinas compellere, unde effugere non possit. *Cabra coxa no quiere siesta.* Tardis, & ignavis non expedit cessare. Obtusi ingenii homini ferias agere non convenit. *Hacer cabriolas.* Saltibus se in aera librare. *Por do salta la cabra, vá el que la mama.* Partus sequitur ventrem. Qualis mater, talis filia.

Cabrahigo. Caprificus, i.

Cabrero. Caprarius, ii. Ægonomus, i.

Cabrillas, estrellas. Pleiades, um. Vergiliæ.

Cabritilla. Pellis hœdina.

Cabrito. Hœdus, i. Capreolus, i.

Cabron. Hircus, i. *El castrado.* Caper, pri.

Cabruna cosa. Caprinus, hircinus, a, um.

Cacarear la gallina. Cacabo, as.

Cacarear algo. Res suas nimis celebrare, decantare.

Cachera. Causape. *Indeclin.* Gausapa villosa, gausapium, i. Gausapina, æ.

Cachete. Pugni ictus. *Darse de cachetes.* Pugnis se mutuò petere. Pugnis rem gerere. *Los que se acacheteon.* Pugiles.

Cachican. Curator operum.

Cachivaches. Vide *Trastes viejos.*

Cacho. Vide *Cayado.* *Cacho de pera.* Frustrum, pyri segmentum.

Cachorro. Catulus, i. *Cachorillo.* Catellus. *Cachorrilla.* Catella, æ.

Cacique. Toparca apud Indos.

Cada uno. Quisque, unusquisque. Singuli, æ, a, *Cada año.* Singulis annis. Quotannis. *Cada dia.* Singulis diebus. Quotidie, unoquoque die. *Cada dia olla, amarga el caldo.* Sæpè repetita satietatem afferunt. *Cada, y quando que viniere.* Quotiescumque venerit. *Cada vez.* Quoties. *Cada cosa de por si.* Sigillatim, vel singillatim.

Cada semana. Unaquaque hebdomada, Singulis hebdomadis. §. *Quando el romance lleva.* Mas, ó Menos, *ó el verbo significa* Crecer, ó Menguar, *se pone el tiempo en acusativo con* in. *Crecian cada dia las sospechas de una, y otra parte.* Crescebant in dies hinc, atque inde suspiciones. *Cada dia es mayor la calentura.* In dies singulos febris intenditur. *Cada dia me tiene menos respeto.* In dies, mihi minus, minusque obtemperat. §. *Quando Cada se junta con plural usamos de los nombres ordinales.* Primus, secundus, tertius, &c. *y* Quisque: *como Cada tres semanas, ú de tres á tres semanas.* Tertia quaque hebdomada. *Cada cinco años, ú de cinco en cinco años.* Quinto quoque anno. *Cada ocho dias, ó de ocho á ocho dias se confiesa.* Octavo quoque die conscientiam expiat. *Item, quando el Romance es de ordinales: como, Cada primer dia del mes.* Primo quoque die mensis.

Cada qual. Quisque. *Cada qual con su igual.* Æqualis æquali gaudet.

Cada hombre de bien. Optimus quisque.

Cada picaro. Pessimus quisque. Villissimus quisque *Cada uno habla como quien es.* Qualis vir, talis oratio.

Cada uno con los suyos se entiende. Furem fur agnoscit, & lupus lupum.

Cada loco con su tema. Suum cuique studium maximè probatur.

Ca-

Cada gallo canta en su muladar. Gallus in suo sterquilinio plurimum potest.

Cada uno en su arte. Tractent fabrilia fabri. Ne sutor ultra crepidam.

Cada uno en su negocio no es bobo. Suam quisque homo rem meminit.

Cada uno estoruuda como Dios le ayuda. Quisque pro opibus ædificat. §. *A veces* Cada *se hace por* Alius *repetido en diferente caso.* V. gr. *Cada uno gusta de su estilo.* Alius alio dicendi genere gaudet. *Cada uno tiene su modo de vivir.* Aliis alius vivendi mos est. *Cada lobo por su senda.* Alius aliò abit. *Cada uno echaba la culpa á otro.* Alius in alium culpam referebat.

Cadahalso. Fatale pegma, capitalis supplicii causa erectum.

Cadena. Catena, æ. Vincula, orum. *De oro.* Monile baccatum. Aurea torques.

Cadencia. Clausulæ sonus desinentis,

Cadera, ó cadril. Coxendix, icis.

Caduco viejo. Delirus senex.

Caducar. Senectutis vitio desipere, delirare.

Caduca vejéz. Senectus præceps. *Todas las cosas de esta vida son caducas, y perecederas.* Omnia humana, brevia, & incerta, fluxa, fugacia, levia, inania, fucosa, citò peritura. Mortalia omnia citò deficiunt, & evanescunt. Nihil infra Lunam firmum est, aut stabile: nihil quod non conficiat, & consumat vetustas.

Caer. Cado, is. Labor, eris. *Caer debaxo.* Succumbo, is. *Con la carga.* Oneri succumbere. *Caer de alto.* Decido, is. Delabor eris. Altè cadere, prolabi. *De bruces, ó boca abaxo.* Procido, procumbo, is. *Cayó de la altura en que estaba.* Ex altissimo dignitatis gradu decidit. É fastigio defectus, deturbatus, detrusus, præcipitatus est.

Caer con ruido. Ruo, corruo, concido, is. *Caer malo ó enfermo.* In morbum incidere. *Caer otra vez.* Recido, is. Relabor. *Caer muerto.* Occido, occumbo, is. *No tiene sobre que caer muerto.* Ne glebam quidem possidet, qua tegatur.

Caer en algo. Incido, is. *Cae el agua de la fuente en la taza.* Fontis aqua in craterem influit, desilit, incidit. *Caer en el garlito.* Laqueo capi, esca decipi. In casses incidere, insidiis excipi. *No cae eso en hombre de juicio.* Hoc in sapientem non cadit, á sapientis judicio longè abest.

Caer en la cuenta. Tandem aliquando sapere. *Cayó de su asno.* Errorem suum deprehendit, cognovit, abjecit. *No caen en las cosas.* In rerum cognitionem non veniunt. Errore ducuntur, à vero aberrant. *Cae la Asia á el Oriente.* Asia Orientem, vel ad Orientem spectat, in Orientem, vel ad Orientem vergit, ad solis ortum jacet.

Cayó de pies. Se pedibus, vel in pedes excepit. *Siempre cae de pies.* Omnia illi ex sententia eveniunt. Fortuna semper cum illo facit. Prospera illi semper, & amica est. *Cayósele la sopa en la miel.* Res illi peropportunè cecidit. Offa in mel.

Cayósele de las manos. Excidit, effluxit illi è manibus. *Cayeronsele las alas del corazon.* Mente concidit. Animus illi, ac vultus conciderunt. *Cayóse de repente la casa.* Domus repente corruit, collapsa est. *Cayó sobre él la casa.* Tecti ruina oppressus fuit. *No se os cayga esto de la memoria.* Hoc memoria tene. Ne tibi hoc excidat. *Cosa que se cae.* Caducus, deciduus, a, um. *Edificio que se cae.* Ruinosum ædificium. *Tener al que se cae.* Inclinantem tenere, labentem statuere. *Dár la mano al caido.* Jacentem erigere. *Muy caidos están estos estudios.* Jacent hæc artium studia.

Caida. Casus, us. Lapsus, us. Prolapsio, nis. *De edificio.* Ruina, æ. *Gran caida ha dado.* Gravi casu afflictus est. Gratiam, aut potentiam, vel existimationem pristinam amisit. De dignitatis gradu dejectus est.

Caimiento de animo. Languor animi.

Cafila de gente. Turba, caterva, æ.

Caiz de trigo. Sex medimna. Corus, i.

Cal. Calx, cis. *Cal, y arena.* Calx arenæ immixta. *Viva.* Calx viva. *Muerta, ó desleida.* Calx uda.

Caléra. Calcaria fornax.

Cala. Glans, dis. Balanus, i. *Del mar.* Maris sinus insidiosus.

Calabaza. Cucurbita, æ. *Larga.* Anguina. *Calabaza silvestre.* Sylvestris cucurbita. Colocynthis, idis. *Para vino.* Cucurbitina lagunculа. *Llevó calabazas.* Repulsam tulit, accepit. *No cabe de conten-*

ten-

tento de verte con calabazas. Repulsam tuam triumphum suum ducit. Gaudium ex repulsa tua continere non potest. *Qué pierdes en que te den calabazas?* Quid tibi decedit ex repulsa?

Calabozo. Ergastulum, i. *Está en un calabozo.* Jacet abditus in tenebris, á spiritu, & communi luce seclusus.

Calafatear la nave. Vide *Brear.*

Calamar, pescado. Lolige, inis.

Calambre. Nervorum rigor.

Calamidad. Calamitas, tis. Ærumna, æ.

Calamocano. Vide *Borracho.*

Calamón ave. Porphyrio, nis.

Calandria ave. Calandra, æ.

Calar. Penetro, as. Permeo, as.

Calar la visera. Galeam occludere.

Calar las picas. Hastas in hostes intendere.

Caléle los pensamientos. Intimos animi recessus, latebrasque hominis perspexi, penetravi, pertentavi. Novi hominis mentem. Animum illius introspexi.

Calavera. Calvaria, æ. Cranium, ii.

Carcañal. Calx, cis. Calcaneum, ei.

Calcar. Infarcio, is. Inculco, as.

Calzar. Calceo, vel calcio, as. *Calzarse.* Calceos, vel caligas sibi induere, inducere. *Calzar la pared.* Lapideo cæmento parietem firmare, munire. *Calzar la rueda del carro.* Rotam afflaminare, sufflamine retinere. Rotæ offendiculum supponere, subjicere, ut consistat.

Calzas, ó medias. Caligæ, arum. Tibialia, ium. *Calza entera, ó calzas atacadas.* Subligacula, vel subligaria serica. *Echarle una calza.* Notare aliquem, à quo cavere oportet.

Calzada de camino. Via lapidibus strata, munita. Strata viarum.

Calzado. Calcei, orum. Calceamenta, orum. Calceatus, us. *Calzado hombre.* Calceatus, calceis indutus. *Andar calzado.* Calceis uti.

Calzador. Inductorium calcei.

Calzones, ó bragas. Femoralia, ium.

Calzetero. Calceolarius, caligarius.

Calda. Candefactio, nis. *Dár al hierro una calda.* Candefacere ferrum, ignitum reddere.

Caldeado. Ignitus, candefactus.

Caldera de cobre. Ahenum, ii.

Caldero. Lebes, etis. Situla ænea. *No eches la soga tras el caldero.* Ne, quod reliquum est, projiciendum putes.

Calderero. Faber ærarius.

Caldo. Jus, ris. *Caldillo.* Jusculum, i. *Revolver caldos.* Jura confundere. *Es como caldo de zorra, que parece frio, y quema.* Blandus in speciem, ac benevolus. Melle litus gladius.

Calendas. Calendæ, arum. Prima mensis dies. *Calendario de los meses.* Calendarium, ii. *De los Santos.* Sanctorum fasti, catalogus, divorum syllabus. *Leer la Calenda.* Sanctorum celebritatem, & natalitia indicere.

Calentar. Calefacio, is. Foveo, es.

Calentarse. Calesco, incalesco, is.

Calentador. Foculus æneus pro lecto. Ignitabulum. Batillius cubicularius.

Calentura. Febris, is. *De un dia.* Diaria, ephemera. *Continua.* Febris assidua, continua. *Ardiente.* Causum, i. Febris ardens. *El frio de ella.* Horror, is. *El crecimiento.* Febris accesio, incrementum. *Calenturilla.* Febricula. *Diéle calentura.* Incessit illum febris. Febri correptus est. In febrim incidit. *Calentura tiene.* Febri laborat. Febricitat. Febris illum tenet. *Tiene muy gran calentura.* Febri maligna æstuat, jactatur, ardet. *Ya afloxa la calentura.* Jam febris remittit, minuitur, decrescit. *Limpio está de calentura.* Febri solutus est. Febri caret. Febris abiit, decessit, evanuit. *Buelvele la calentura.* Febris illum repetit, retentat.

Calesa. Vide *Carricoche.*

Caliente. Calidus. *Estar caliente.* Caleo, es. *Paños calientes.* Fomenta, orum.

Calidad. Qualitas, tis. *Persona de calidad.* Vir nobilis, eximius, præcipuus. *Calidad de esta manera.* Dignitas, nobilitas. *Dinero son calidad.* Et genus, & formam regina pecunia donat.

Calificar una cosa. De re aliqua censere, judicare, sententiam dicere, judicium ferre.

Calificacion. Censura, judicium.

Calificado. Nobilis, clarus majoribus.

Calificador. Censor, oris.

Caliz. Calix, icis.

Callar. Taceo, sileo, es. Silentium agere. Conticeo, obmutesco. *Callar algo.* Aliquid supprimere, omittere, silentio in-

involvere. *Callóme esto.* Hoc mihi celavit, occultavit. *No puedo callar esto.* Hæc silentio præterire, premere, prætermittere, hoc tacitus preterire non possum. *Al buen callar llaman santo.* Silentii tutum præmium. *Callar que importa.* Tacito opus est. *Callad, que teneis por qué.* Parce verbis irritare, qui paria tibi respondeant. *Quien calla, otorga.* Voluntatem taciti perspício. Taciturnitas tua confessionem præ se fert. Tacendo, aut tacitus assentire videris. *Matalas callando.* Callidus dissimulator. *Ve callandico á escuchar.* Suspenso gradu ingredere, animum comprime, & aures adhibe. *Á dos preguntas te haré callar.* Paucissimis te verbis conficiam, si semel, aut iterum interrogavero. *Quien calla, piedras apaña.* Silentio rem gerit. *Con esto le hizo callar.* Ita eum mutum, & elinguem reddidit.

Callado, ó callantriz. Taciturnus. Silentii cultor eximius. Pythagoreis taciturnior. Magis mutus, quàm piscis. *La muger callada es santa.* Silentium fœminam commendat.

Calle. Via, æ. *Calle mayor.* Via regia. Platea, æ. *Calle estrecha.* Callis, is. *Que atraviesa.* Transversa via. *Echais mis fal[illegible] la calle.* Peccata mea pro[illegible] vulgas. *Alborotais la calle,* Viciniam concitas, dum tragœdias excitas. *La calle se hizo para todos.* Nemo prohibet quemquam publica ire via.

Calleja, ó callejon. Angiportus, us.

Callejear. Vicos, & plateas obire, curioséque lustrare.

Callo de la mano, ó pié. Callum, i. *De herradura.* Ferreæ soleæ fragmentum. *Manos con callos.* Callosæ manus. *Ya tengo hechos callos en los trabajos.* Animus jam laboribus multis exercitatus occalluit. Obduruit animus ad dolorem novum. Diuturna laborum consuetudo callum animo meo obduxit. Ut manus opere, sic animus laborum consuetudine occalluit.

C[illegible]. Maris tranquillitas. Malacia, æ. [illegible]m, i. *Hace calma.* Magna est vento[rum, m]aris tranquillitas. Nullo vento mare con[sti]tuitur, nullo flatu agitatur, commovetur. Malacia naves detinentur. *Estan en calma las cosas.* Negotia intermissa jacent. Rerum agendarum negotiatio conquiescit.

Calongia. Canonicatus, us.

Calor. Calor oris. *Entrar en calor.* Calesco, incalesco, is. *Calor grande.* Æstus, us. Solis ardor. *Entra el tiempo del calor.* Calidissima tempestas imminet, ingruit, appetit, incessit. *Hace grandisimo calor.* Omnia solis ardore flagrant, fatiscunt. Animi æstu jactamur. Calore nimio æstuamus, languemus, solvimur, deficimus. *Mientras pasa este calor.* Dum æstus remittit, & aura temperatur. *Caminamos con mucho calor, y polvo.* Iter confecimus æstuosa, & pulverulenta via. Cic.

Caluroso. Æstuosus, præcalidus.

Calostro. Lac primum á partu mulsum.

Calumnia. Calumnia, æ. Syncophantia, æ.

Calumniar. Calumnior, sycophantor, aris.

Calumniador. Sycophanta, calumniator, oris. *Tomarle juramento de calumnia.* Litigatorem jurejurando adigere, nihil per calumniam petiturum. *Hacer este juramento.* Jurare calumniam in aliquem.

Calva. Calvitium, calvities, ei. Calva, æ.

Calvo. Calvus, i. *Calvillo.* Calvaster, tri.

Calvar, hacerse calvo. Calvesco, is. *Estár calvo.* Calveo, es. *Calvóle.* Hominem decepit, fraudavit.

Calvario. Tumulus, ubi cruces statuuntur venerationis causa.

Calvatrueno. Clamosus homo.

Cama. Lectus, i. Lectulus, i. Stratum, i.

Cama de campo. Lectus castrensis. *De desposados.* Genialis thorus. *De fieras.* Cubile, is.

Cama de madera. Fulcrum lecti. *Hacer la cama.* Sternere lectum. *Mullir.* Quàm mollissimè substernere. *Ha hecho cama estos dias.* In lecto per hos dies decubuit. *Hacer la cama á un lugar de la escritura.* Viam munire, sternere, præstruere, aditum adornare ad locum Sacræ Paginæ accomodandum.

Camafeo. Pretiosus quidam lapis, ex quo patagia, & sigilla præfulgida fiunt.

Camaleon. Chamaleon, tis. *Mas mudable que un camaleon.* Chamaleonte mutabilior.

Ca-

Camara, ó conclave. Cubiculum, i. Conclave, is. *Los de la camara del Rey.* Regii consiliarii in promovendis. *Penas de Camara.* Quod mulctæ nomine fisco adjicitur, adjudicatur.

Camarero. Cubicularius, ii. Á cubiculis. *Camarero mayor.* Cubicularius maximus. Cubiculariorum decurio.

Camarada. Sodalis, contubernalis. *Camarada de vellacos.* Manipulus furum. Nebulonum grex.

Camaras. Diarrhæa, alvi profluvium, ventris fluxus, proluvies. *De sangre.* Dysentheria, æ. *Hacer camara.* Ventrem exonerare. Ventris onus dejicere. Secretum agere. *Tiene camaras.* Ex diarrhæa languet. Fluxu ventris laborat.

Camarin. Abacus pretiosæ supellectilis. *De vidrios.* Hyalotehca. *De vasos de plata.* Argyrotheca. *De barros.* Fictilis instrumenti repositorium.

Camaron, pez. Cammarus, i.

Camba del arado. Buris, is.

Cambalache. Permutatio fallax.

Cambio. Pecuniæ permutatio. *Dár letra de cambio.* Syngraphon, vel tesseram collybisticam dare, mittere. *Dár á cambio.* Pecuniam quæstui dare. *Tomar á cambio.* Collybo pecuniam accipere.

Cambiar dinero. Collybo pecuniam permutare. *Cambiador, que dá á cambio.* Argentarius, nummularius, collybista, mensarius, trapezita. Campsor, is. *Que quiebra.* Conturbator, decoctor. Vide *Quebrar.*

Cambray. Cameracensis byssus.

Cambron, ó cambronera. Rhamnus, i.

Camella. Jugum, i. Jugi pars altera.

Camello, animal. Camellus, i.

Camino. Iter, itineris. Via, æ. *Angosto.* Trames, itis. *Ancho, carretero.* Actus, us. Lata via. *Llano, sendedero.* Æquabilis, ac trita via. *Fragoso, pedregoso.* Anfractus, us. Salebræ, arum. Salebrosum iter. *Camino Real.* Via militaris. Prætoria, publica. *Que no se anda.* Avium, aut invium iter. *Que tuerce á mano izquierda.* Iter devium ad sinistram. Viæ flexus ad lævam. *Donde hay camino Real, para que vas por vericuetos?* Cum adsit via, quid semitam quæris, & diverticula captas? *No lleva eso camino.* Non rectè cogitas. Longe à veritate aberras.

Camino de Madrid. Via, quæ fert, aut ducit Matritum. *Ponerse en camino.* Viæ se committere. Viam ingredi, inire, suscipere. Se in viam dare. *De camino harás esto.* Id obiter exequeris. Eadem via, atque opera id præstabis. *Estar de camino.* Accingere se ad iter. Esse jam profecturum. *Perder, ó errar el camino.* Aberrare à via. *Aqui hemos de torcer el camino.* Hîc de via deflectere debemus. *Desviarse del camino.* Á via divertere, digredi, decedere, declinare. *Acabarle de andar.* Iter conficere, decurrere.

Mal camino habeis tomado. Viam suscepisti satis incommodam. In viam satis difficilem te dedisti. Laboriosam viam ingressus es, aggresus es. Plenam difficultatibus viam inisti. *No hallo camino para eso.* Nullus ad hoc mihi aperitur aditus. Id qua ratione efficiam, non invenio. *Abriste camino para mi honra.* Mihi ad dignitatem aditum aperuisti, viam ad honorem præstruxisti. *Donde quiera hallarás un pedazo de mal camino.* Quoquò te vertas, omnia plena malis. Cic.

Caminar. Iter facere. Tendere, pergere, contendere aliquò. *Á caballo, ó en coche.* Equo, curru, aut rheda vehi. *Por la posta.* Citatis equis pervolare, iter percurrere. *Mucho habeis caminado en poco tiempo.* Longissimam brevi tempore viam confecisti, percurristi.

Caminante. Viator, oris.

Camisa. Subucula, æ. Indusium, ii. *De culebra.* Serpentis exuviæ. *Camisa de los granos.* Folliculus, i. Pericarpium, ii. *Mas cerca está la camisa, que el sayo.* Tunica pallio propior est.

Campana. Cymbalum, campana, æ. *Campanear, tocar campanas.* Cymbala pulsare, quatere, cymbalizo, as.

Campanada. Cymbali pulsus, pulsatio. *Dió esto gran campanada.* Per totam urbem rumor increbuit. Longè, latèque ea fama vagata est.

Campanario. Turris fenestra campanæ collocandæ, & sustinendæ apta. Vel turris cum campanis.

Campanero, que toca. Cymb[illegible], æ.

Que funde las campanas. [illegible]ber æramentarius.

Campanilla. Tintinnabulum, [illegible]ola, æ. *La del agua.* Bulla, æ. *Campanilla, yerva.* Smi-

Smilax lenis. Campanula, scandulaca, æ. *Instrumento de muchas campanillas juntas.* Crusma, tis.

Campanuda cosa. Sonorus, ampullaceus.

Campaña, ó campiña. Camporum planities, æquor, is. *Estar en campaña.* In castris agere. Sub pellibus esse. *Hallóse en dos campañas.* Duabus expeditionibus interfuit.

Campar, ó campear. Emico, as. Emineo, es. Eminet inter omnes. *Campar con su exercito.* Cum exercitu in provincia dominari. *Campa con su estrella.* Fortuna secunda utitur. Rerum prosperitate gaudet.

Campesina cosa. Agrestis, campestris, e.

Campo, tierra llana. Campus, i, æquor, planities, ei. *Campo, que se labra.* Ager, gri. Rus, ris. *Para pasto.* Ager compascuus. *Aforado.* In emphiteusim traditus sub pensione. *Hacienda del campo.* Res agraria. *Andar, ó vivir en el campo.* Rusticor aris. Ruri vitam agere. *Gusto mucho de andar, ó vivir en el campo.* Jucunda mihi est rusticatio. Rusticari mihi dulce est. Agros ac villas me obire delectat. Rura peragrare me valde juvat. Rus colere, ac perambulare pro deliciis mihi est. *Descubrese aqui gran campo de tus alabanzas.* Hic tuarum laudum [illegible]errima seges aperitur. *Campo donde está el Exercito.* Castra, orum. *Levantar el campo.* Castra movere. *Quedar señor del campo.* Fugatis, aut fusis hostibus, pro victore se gerere. *Tiene en campo ó en campaña veinte mil hombres.* Viginti hominum millia sub signis habet. *Hagan campo.* Decedite, abscedite, discedite à via. Expedite viam. *Salid conmigo al campo, si sois hombre.* Descende, si vir es, ad singulare certamen. Foras te ad duellum provoco.

Camuesa. Malum aromaticum, Bæticum.

Camuza. Vide *Gamusa.*

Can. Vide *Perro. Quien bien quiere á Beltran, bien quiere á su can.* Quantum in me officii contulerit, tanti me haberi à te putabo. *Canes de edificio.* Trabium capita. Proceres, um.

Canal. Canalis, is. *Del tejado.* Imbrex, icis. *De coluna.* Stria, æ. Canaliculus. *De molino.* Incile, is. Molæ canalis. *Cosa acanalada.* Striatus, canaliculatus, a, um. *Puerco en canal.* Sus evisceratus.

Canalla. Abjectissimæ conditionis homines. Gregales milites. Reip. fex.

Canas. Cani, orum. Senectutis insignia. Canities, ei. *No peyna canas.* Nondum ad canos pervenit. *No tiene ni una cana.* Ne unus quidem pilus in capite ejus albicat.

Cano. Canus, a, um. *Hacerse cano.* Canesco, is. Canum fieri. *Estarlo.* Caneo, es.

Canario, pajaro. Chlotis, idis.

Canasta. Canistrum, i.

Canastillo. Calatus, i. Quasillus, i.

Cancel. Cancelli, orum. *De puerta.* Diatryrum, i. Januæ appendix interior.

Cancelar lo escrito. Transversis, vel obliquis lineis scripta delere. Cancello, as.

Canciller. Cancellarius, ii.

Cancer. Cancer, cri. Carcinoma, tis.

Cancion. Cantio, nis. Carmen.

Cancion burlesca. Carmen jocosum, ridiculum, facetum. Exodium, ii. *Cancion fúnebre.* Nenia, æ. *De bodas.* Epithalamium, ii.

Candado. Sera, æ. *Un candado á la boca.* Clavis in lingua.

Candeal, ó candial trigo. Siligo, inis.

Candela. Lucerna, candela, æ. *Que se acaba la candela.* Ad finem res properat. Instat finis. In exitu res est. *Está yá con la candela en la mano.* Animam agit. *Media vida es la candela; pan, y vino la otra media.* Vulcano, Cerere, & Baccho vita nostra sustinetur.

Candelaria. Lustratio Beatæ Virginis, purificatio, expiatio.

Candelero. Candelabrum, i.

Candido. Vide *Sencillo.*

Candor, ó candidez. Candor animi.

Candil. Lychnus, i. *Colgado en la sala.* Lychnuchus pensilis. *Echar aceyte al candil.* Lycno oleum infundere, instillare. *Candilada.* Olei macula ex lychno everso suscepta.

Candiota, vaso. Diota, æ.

Canela. Cinnamomum, cinnamum, i. Casia, æ. *Canelones.* Casiæ fragmina saccharo condita. *De disciplina.* Vide *Disciplina.*

Cangilon. Ænophorum. Tricongius, ii.

Cangrejo. Cancer, cri.

Canicula, estrella. Canicula, sirius, ii.

Caniculares. Dies æstu pestiferi.

Canilla, *ó camilla de cuba.* Siphunculus, i. *De la pierna.* Tibia, æ. *Del brazo.* Radius, ii.

Canilla de Texedor. Canna, æ.

Canina. Caninum stercus.

Canoa, *barca de Indios.* Linter, tris.

Canon de la Misa. Canon, onis.

Canonigo. Canonicus, i.

Canonicato, *ó Canongia.* Canonicatus, us.

Canonista. Juris canonici studiosus, peritus, consultus.

Canonizar. In divos, vel inter divos aliquem referre, sanctorum fastis adscribere. Cœlitibus annumerare, in divorum numerum referre, in Cœlitum censu numerare, in sanctorum numero censere.

Canonizacion. In divos relatio. Apotheosis, is.

Cansar à uno. Aliquem fatigare, defatigare. Molestum esse alicui. Negotium ei facessere, exhibere. *Cansanme las cosas de esta vida.* Tædet me rerum humanarum. Magna me tenet hujus sæculi satietas.

Cansarse. Fatisco, deficio, defatigari. *No os canseis de abogar por los pobres.* Noli in pauperum causis agendis defatigari. *No me canseis mas con eso.* Noli me hac de re amplius obtundere. *No os canseis en eso. Cansais os en valde.* Noli frustra contendere. Actum agis. Oleum & operam perdis. *No quiero cansarte mas.* Non tenebo te pluribus.

Cansado estoy de escribir. Scribendo fessus, defessus sum. *De el camino.* Itineris labore langueo; deficio, lassus, fatigatus, defatigatus sum. Fessus sum de via.

Cansado, *ó impertinente.* Multus, & ineptus. Molestus, morosus, importunus, qui premit, occidit, in quem incidit.

Cansancio. Lassitudo, fatigatio, defatigatio, nis. Languor, oris.

Cantar. Cano, is. Canto, as. Cantito, as. Modulor, aris. Cantus edere, fundere. *Cantar juntos.* Concino, is. *Trabajando.* Cantu laborem levare. *Cantar las avecillas.* Garrio, is. Minurio, is. Modulor, aris. *Cantar en falsete.* Exilem vocem cantu simulare. Vocem in cantu deducere. Deducta voce canere. *Haciendo de garganta.* Modos concidere, frangere. *Entonar cantando.* Sensim vocem contendere. *Cantar mal*, *porfiar.* Invitis Musis canere. *Bien canta Marta despues de harta.* Cum bene potavi, cantus, & carmina fundo. *Quien canta sus males espanta.* Cantu curas abigere, mœrorem levare.

Cantares. Cantica, orum. *Cantarcico.* Cantiuncula. Cantilena, æ.

Canto de musica. Cantus, us. *Canto de muchos.* Concentus, us. Harmonia, æ. Symphonia, æ. *Canto llano.* Simplex, & naturalis modulatio. Diatonum, i. *De organo.* Chroma, tis. Chromaticus sonus. Vide *Cancion. Lugar donde se canta.* Vide *Coro.*

Cantor. Cantor, oris. Musicus, i. Psaltes, is. *Cantora.* Psaltria, Cantatrix, cis.

Cantara, *medida.* Amphora, æ.

Cantaro. Cantharus, i. Amphora, urna, æ. *De dos asas.* Diota, æ. *Si dá el cantaro en la piedra*, *mal para el cantaro*, &c. Noli cum fortiore contendere. Memento. Daretis, & Entelli. *Volver las nueces al cantaro.* Ansam controversiæ resumere.

Cantarero. Figulus, i. *Cantarera.* Locus ubi hydriæ ponuntur.

Cantero. Lapicida, æ. Latomus, i.

Canto, *ó cantero de pan.* Crusta panis extrema.

Cantera. Lapidicina, Latomiæ, arum.

Cantidad. Quantitas, copia, numerus. *Grande cantidad de trigo.* Ingens frumenti copia. *De vino.* Magnus vini numerus. *De dinero.* Grandis pecunia. Magna vis auri, & argenti. *Perdonarle algo de la cantidad.* Remittere alicui de summa.

Cantinplora. Vas æneum globulosum prolongo collo. Bombylius, aut tubus æneus pro potu refrigerando. *Cantimplora de la silla.* Ferrum anticum ephippii.

Cantina. Specus concameratus.

Canto, *piedra.* Saxum, lapis, idis. *No estuvo un canto de real de perderse.* Parum abfuit, quin periret. Tantum non periit. *Es un echa cantos.* Parum abest ab insano.

Canton, *ó esquina.* Angulus, i. Flexus viæ. *Quatro cantones.* Quadrivium, ii. *Dióme cantonada.* Dum respicio, aufugit, è conspectu meo se proripuit. *Cantonera.* Prostituta, æ.

Cantueso. Stichas, dis. Casia humilis.

Ca-

Caña. Arundo, inis. Calamus, Canna, æ. *De las lagunas.* Carex, icis. *De la mies, ó yerva.* Scapus, i.

Cañada de hueso. Medulla, æ.

Cañafistola. Casia fistularis. Siliqua Ægyptia. *Cañaheja.* Ferula. Calamus fruticosus.

Cañamo. Cannabis, is. *Cañamazo.* Tela cannabina. *Cañamones.* Cannabis semen, grana.

Cañaveral. Arundinetum, i.

Cañizo, ó cañal. Cannea crates.

Caño. Tubus, i. Tubulus, i.

Cañon de escribir. Calamus, i. *De pistola.* Ferrea fistula. *Cañon de batir.* Ob[illegible] tormentum.

Cañuto de la caña. Internudium, ii.

Cañutillo. Angustior fistula. *Labor de cañutillo.* Artificium fistulosum.

Capa. Pallium, ii. *Pequeña.* Palliolum. *Vieronle con capa.* Palliatus, aut pallio amictus visus est. *Capa de camino, aguadera.* Lacerna, penula, æ. *De pelfa.* Guasapina, æ. *Aforrada.* Abolla, æ. *Capa de coro.* Pallium sacrum. *De sayal.* Bardocucullus, i. *Española.* Recinium. *Capa de yeso.* Tectorium, ii. *Con capa de amistad le engañó.* Illum pro amico fefellit, per simulationem amicitiæ decepit. *Con capa de religion le estorvó.* Per speciem religionis intercessit. Pietatis specie prohibuit. *Á capa, y espada defenderé esto.* Quamvis contentionem pro hac parte suscipiam. Vel cum vitæ periculo id propugnabo. *De capa caida và esto.* Inclinata res est. Omnia ad interitum vergunt, ad præcipitium inclinant, in pejus ruunt. Quotidiè deteriora fluunt. *Debaxo de ruin capa hay un gran bebedor.* Sæpè sub sordido palliolo habitat sapientia. *La noche es capa de pecadores.* Omnia concubia nocte teguntur. *Toda es buena gente, mas mi capa no parece.* Fidi omnes, & amici, sed ubi mea crumena?

Capear. Noctu per insidias pallia aliis detrahere, eripere, surripere.

Capeador. Grassator nocturnus.

Capacete. Galea, æ. Crassis, idis. *Con capacete.* Galeatus, galea tectus, indutus.

Capacha. Sportula, fiscina, æ.

Capacho. Luti acerati excipulum.

Capar. Vide *Castrar.*

Caparazon de la silla. Stragulum holosericum, quo ornatur ephippium.

Caparrosa. Atramentum sutorium. Flos æris, aut cupri. Calcantum, i.

Capataz del campo. Villicus, i.

Capaz. Capax, cis. *No es capaz de razon.* Non est rationis, aut mentis compos. *Hizose capaz de la materia.* Rem percepit, probè intellexit. *Hicele capaz de ello.* Ita hominem instruxi, ut rem perciperet.

Capacidad de hombre. Captus, us. *Expliqué á los niños la Doctrina Cristiana, segun su capacidad.* Pueris pro ipsorum captu, vel prout capere poterant, mysteria fidei exposui. *Hombre de gran capacidad.* Magna mente præditus, magna prudentia, & intelligentia.

Capacidad de vaso, ó casa. Vasis, aut domus capacitas, laxitas, amplitudo.

Capellada del calzado. Obstragulum, i.

Capellan. Vide *Capilla.*

Capellan. Sacelli sacerdos. Capellanus. Sacerdos Episcopo, aut Principi familiaris.

Capellania. Sacerdotii census, vel sacerdotium cum censu, aut stipendio. Cappellania, œ.

Capellar. Maurorum amiculum.

Capelo de Cardenal. Purpureus galerus.

Caperuza. Galericum rusticum. *Llevar en caperuza.* In capite ictum, aut plagam ferre.

Capilla de la Iglesia. Sacellum, i. *De frayle.* Cucullus, i. *De musica.* Chorus harmonicus. Musicorum grex.

Capillo de niño. Infantis reticulum.

Capirote de Doctor. Insignia Doctoratus superhumeralia. *De disciplinante.* Prælatus cucullus. *De halcon.* Accipitris capitium.

Capiscol. Caput chori. Præcentor, oris.

Capital de censo. Sors, tis. Caput, sive summa census, unde annui reditus.

Capital cosa. Capitalis, e. Capitalis adversarius. Capitale odium. Capitale crimen.

Capitan. Dux, cis. Ductor, oris.

Capitan General del exercito. Imperator. *De la caballeria.* Magister equitum. *De la artilleria.* Tormentorum magister. Rei tormentariæ præfectus. *De la armada.* Classis, vel rei maritimæ præfectus.

Capitan de la guarda. Prætoriæ cohortis præfectus. *De una Compañia.* Centurio, nis. *De la primera cohorte.* Primipilus, i. *De mil soldados.* Chiliarcus, i. *De una nave.* Nauclerus, Navarchus, i. *De corsarios.* Archipirata.

Capitanear. Duco, is. Ducto, as. *Capitania conducta.* Centuriatus, us. *De á pie, y de á caballo.* Vide *Compañia.*

Capitél de coluna. Epistilium, ii. Capitellum, i. *De torre.* Turris fastigium, pinnaculum, culmen, inis.

Capitular. Paciscor, eris. Constituo, is. *Capitular á uno, ó hacerle cargo, que, &c.* Objicere alicui, quod, &c. *Capitulaciones.* Fœdera, acta, pacta, sponsalia, orum. *Mesa capitular.* Communis omnium Canonicorum proventus, unde quidquid in commune sumitur, & suum cuique tribuitur.

Capitulo del libro. Caput, itis. *De Religiosos.* Religiosa comitia. Religiosorum conventus. *Sala de capitulo.* Exedra, æ. *Casa de capitulo.* Comitiale cœnobium.

Capon, hombre. Eunuchus, i. Spado, nis. Castratus, exsectus homo. Semivir, i.

Capon, ave. Capus, i. Cano, nis.

Caponera. Caponum saginarium.

Caporal. Decurio, nis.

Capote de campaña. Sagum, i. Læna, æ. *De paño basto.* Lacerna pinguis. *De Capitan General.* Paludamentum. *El que le trae.* Paludatus. *Capotillo de dos faldas.* Ricinum, vel ricinium, ii. *Capote, ó ceño.* Vide *Ceño.*

Capricho. Judicii tenacitas.

Caprichoso, hombre de capricho. Homo arbitrii sui tenax, pervicacisque sententiæ. Pertinax, cerebrosus. Capito, nis. *Guiarse por su capricho.* Arbitrio suo duci. Arbitratu suo rem gerere. Pro libito, aut libidine agere, imperare.

Capricornio signo. Capricornius, ii.

Captar la benevolencia. Gratiam, aut benevolentiam auditorum colligere, conciliare, captare, aucupari.

Capullo de seda. Bombicis folliculus. *De la rosa.* Calix, cis. *Del hombre.* Præputium, ii.

Capúz. Capitium funebre. Epomis, dis.

Cara. Facies, ei. Os, oris. Vultus, us.

Cara sin vergüenza. Perfrictæ frontis homo. Os durum, ferreum, impudens, importunissimum, prædurum. *Con qué cara pareceré en su presencia?* Quo ore in conspectum ejus me commiserim? *Decirselo en su cara.* Coram aliquid alicui objicere, exprobrare. *Cayóseme la cara de vergüenza al oirlo.* Ad hæc audita oculi mihi, vultus, ac verba conciderunt. *Mostróme mala cara.* Vultu tetrico, facieque substristi me accepit. Obvertit os, contraxit frontem. Non æquis me oculis aspexit.

No hace cara á eso. Alienum huic causæ se ostendit. Ab ista sententia valde abhorret. *Veamos que cara le hace eso.* Experiamur, tentemus quo animo, quo vultu, qua fronte hoc accipiat. *Mostróme buena cara.* Arrisit mihi. Placidum se mihi, & facilem exhibuit, præbuit, ostendit. *Tuvo cara para hacerme cargo de esto.* Hoc mihi objicere sustinuit. *Hombre de dos caras.* Homo ambiguus, dubiæ fidei, duplex animo, qui aliud coram, aliud adversus loquitur, & facit. *La cara se lo dice.* Præ se improbitatem fert. Facies sua computat annos. *Hacer cara á uno.* Alicui adversari.

Carear uno con otro. Alterum cum altero conferre, componere, comparare. *Carearse.* In mutuum conspectum venire.

Cariacontecido. Consternatus, subito casu conturbatus.

Caridifunto. Exanguis, metu exanimatus, ore pallido. *Caricuerdo.* Vultu composito, dissimulans. *Carieseuto.* Licentior, liberior.

Cariredondo. Ore rotundo.

Carilargo. Prælonga facie.

Cariaguileño. Aquilina facie.

Cara cosa. Carus, a, um. *Compró caro.* Carè emit. *Caro le costó la borla.* Carè illi stetit scurrilis audacia, tergo pœnas dedit, novaculæ aciem sensit, decussato vulnere deformatus. *Ninguno hay que dexe de comprarlo por caro.* Nemo est, qui pretio deterreatur, quominus domi habeat.

Caracol. Chocleа, æ. Limax cis. *De escalera.* Scalæ cochlea. Cochlis, dis.

Caracter. Caracter, eris.

Carambano del yelo. Crusta gelu.

Carambola. Globuli repercussio.

Caramelos. Sacchari crustulæ.

Caramillo. Calamus, i. Stipula, æ.
Carantamaula. Terriculamentum, i.
Carantula. Vide *Mascara.*
Caravanas. Prolusio, nis. *Hacerlas.* Preludo, is.
Caravela. Celox, cis.
Caravina. Ferrea fistula major.
Carbon. Carbo, nis. *Encendido.* Candens.
Carbonero. Carbonarius, ii. *Ser carbonero.* Carbonarium negotium exercere.
Carbonera donde se guarda el carbon. Carbonarium horreum.
Carbunco, piedra preciosa. Carbunculus, i. Pyropus, i. *Postema.* Antrax, cis. Carbunculus, i.
Carcajada de risa. Cachinnus, i. *Reirse á carcajadas.* Cachinnor, aris.
Carcava. Fossa, æ.
Carcax. Vide *Aljava.*
Carcel. Carcer, eris. Custodia, æ. *Dieronle la casa, ó Ciudad por carcel.* Domus, vel urbs custodia illi indicta est. Jussus est intra urbem, vel domi se tenere, continere.
Echaronle en la carcel. In carcerem conjectus, missus, ductus, deductus, detrusus est. In vincula, ac tenebras abreptus, abductus est. Vinculis ac tenebris mandatus, mancipatus, addictus est.
Estar en la carcel. In vinculis esse, in custodia servari. In carcere attineri, custodiri, teneri.
Quebrantó la carcel. Vincula rupit, perfregit, revulsit. É vinculis evolavit. Aufugit è carcere. Vinculis se exolvit, expedivit, exemit. Carceris parietes perfodit, perforavit.
Carcelero. Carceris custos, præfectus, janitor, custodia.
Carcoma. Caries, ei.
Carcomerse. Exedi, confici, contabescere.
Carcomido. Cariosus.
Carda. Carminarius pecten. *Los de la carda.* Lanificii, lanarii. *Aqui de la carda.* Huc in auxilium convolate, lanarii.
Cardar. Carmino, as. *Unos tienen la fama, y otros cardan la lana.* Alii sementem faciunt, alii metunt.
Cardador. Carminator, oris.
Cardadura. Carminatio, nis.
Cardencha. Aspalathus, i. Dipsacus, i.
Cardenal de golpe. Livor, vivex, icis.
Cardenal de Roma. Cardinalis, Princeps, vel pater purpuratus Ecclesiæ.
Cardenalato. Honor sacræ purpuræ. Cardinalatus, us. Cardinalitia dignitas. Purpurei galeri decus.
Cardenillo. Æris flos. Ærugo, nis.
Cardeno. Lividus, a, um.
Cardillo. Cardulus tener, & dulcis.
Cardo de comer. Carduus altilis. Strobylus, i.
Cardo silvestre. Carduus spinis inhorrens. *Negro.* Chamæleon. *Corredor.* Eryngion, ii, eringe, es. *Lechar.* Carduus stellatus.
Carcar. Vide *Cara.*
Carecer. Careo, es. Egeo, indigeo, es.
Carena de navio. Carina, æ. *Dar carena á la nave.* Carino, as.
Carestia. Caritas, annonæ difficultas. *Gran carestia hoy de mantenimiento.* In magna annonæ difficultate versamur. Gravis est rerum omnium penuria, caritas, difficultas. Pretia nimium aucta sunt ob rerum penuriam. Annona durior est. Nimia rerum penuria laboramus.
Carga. Onus, eris. Fascis, is.
Carga liada. Sarcina, æ.
Carga del arcabuz. Mensura sulphurei pulveris, & plumbeæ grandinis sclopo habilis. *Dar una carga al enemigo.* Pilarum procellam in hostes effundere. Plumbea grandine hostiles copias premere, urgere.
Temo dar con la carga en tierra. Vereor ne oneri succumbam, ne onere opprimar. Vereor ut onus perferam, timeo ut sustineam. Vereor ne tantum oneri sustinere non possim.
No tomeis mas carga que la que podeis llevar. Ne impar tuis humeris onus suscipias. Ne majus onus subeas, quam quantum ferre possis. Ne onus recipias, quod deponere cogaris. *No lo taseis á carga cerrada.* Ne temerè rem æstimes, ne de re censeas, neque expensa, neque discussa.
Cargar á otro. Onus alicui imponere.
Cargarse de algo. Onus suscipere, aliquid in se recipere. *Todo esto carga sobre mi.* Hæc omnia unus ego sustineo, meis humeris incumbunt.
Cargarle una partida en las cuentas. Sum-

Summam aliquam illi expensam ferre.

Cargar de tributos la Provincia. Provinciæ gravia vectigalia imponere, imperare, Provinciam tributis onerare.

Cargóme el sueño. Somnus me cepit. Somno captus fui, oppressus fui.

Cargado. Onustus, oneratus.

Cargado habeis quedado, volved por vuestra honra. Hæc tibi hæsit macula, cura ut deleas. Eluenda tibi est macula jurgio suscepta. Hoc, quod tibi objectum est, refellas oportet. Hoc, quidquid est pudoris, abstergendum tibi est.

Cargo. Munus, honor, provincia, magistratus, us. *Este cargo me han dado.* Hoc onus mihi injunctum, hæc persona imposita mihi est. Has partes suscepi, subivi.

Huelgome de que os hayan dado este cargo. Tibi id munus esse delatum, impositum, provinciam istam tibi datam, delegatam esse, plurimum gaudeo. Hoc te munere auctum valde lætor. Ad tantæ dignitatis gradum te evectum, promotum, lætissimè fero. Te tanto honore affectum, ornatum esse, magnopere gaudeo. Et mihi, & tibi gratulor de delato honore. *El cargo dice quien es cada uno.* Magistratus virum indicat. *Dexar el cargo.* Magistratum deponere, abdicare. Magistratu abire, se abdicare. *Quitarle el cargo.* Potestatem alicui abrogare, magistratum adimere. Hominem potestate privare.

Cargo, y descargo en las cuentas. Acceptum, & expensum. *Haverse cargo de alguna partida.* Nomen acceptum referre.

Cargo, y descargo en los pleytos. Criminis objectio, & confutatio. Objectum crimen, ac dilutum. *Tomar algo á su cargo.* Aliquid suscipere, in se recipere. *Yo lo tomo á mi cargo.* Ego id in me recipio.

Cargos de residencia. Criminum capita Prætori abeunti, aut è provincia discedenti objecta. *Hizosele cargo de que, &c.* Objectum est illi quod, &c. *De eso me haces cargo?* Id mihi objicis, vitioque vertis? *En cargo de mi conciencia vaya.* Meum crimen esto, ego pœnas dabo, subibo.

Cargoso. Onerosus, a, um.

Caricias. Blanditiæ, illecebræ. Blandimenta, orum. *Cariño.* Amor blandus. Blanditia, æ. *Cariñoso.* Blandus, blandiloquus.

Caridad. Charitas, pietas, tis. *Caritativo.* Charitate præditus, præcipuus.

Carlancas, collar del perro. Millus, i.

Carmenar á uno. Carpere aliquem, barbam illi vellere, comas evellere.

Carmesi. Purpura, æ. Vestis conchyliata, purpurea, murice tincta.

Carmin. Murex, icis. Conchylium, ii.

Carnal hombre. Vide *Deshonesto.*

Carnalidad. Vide *Deshonestidad.*

Carne. Caro, carnis. *De Baca.* Bubula. *De puerco.* Porcina, suina, suilla. *De javali.* Aprugna. *De ternera.* Vitulina. *Carne acecinada.* Caro salita, conditanea, fumo durata. *Guisada.* Jurulenta. *Cocida.* Cocta, elixa. *Asada.* Assa, assata, tosta. *Sin hueso.*, Torus, i. Pulpa, æ. *Carnecilla.* Caruncula.

Carne momia. Caro humana, arena præservata. *Carne muerta de la llaga.* Gangræna. *Ni es carne, ni pescado.* Neque prodest, neque obest. *Estar en carnes.* Omni veste nudum esse. *Cosa de carne.* Carneus, a, um. *Donde se cuelga la carne.* Carnarium, ii.

Carnero. Aries, tis. *El marón del rebaño.* Admissarius. *Castrado.* Vervex, cis. *El manso.* Vervex sectarius. Dux gregis. *Carnero, la carne de él.* Arietina, æ.

Carnicero. Lanius, ii. Lanio, nis. *Lobo carnicero.* Carnivorus lupus.

Carniceria. Macellum, i. Carnaria taberna. *Donde matan.* Laniena, æ. Carnificina. *Hacer cruel carniceria.* Lanienam, vel carnificinam exercere.

Carnosidad. Caro vitiosa, & iners.

Carnudo hombre. Carnosus, torosus.

Carnestolendas, ó carnaval. Bacchanalia, Dionysia, orum. Triduum ante cineres, quo plebs debacchatur, seque in luxum, & hilaria effundit.

Caro. Vide *Cara cosa.*

Carpeta. Mensæ stragula.

Carpintero. Faber lignarius.

Carpinteria. Ars lignaria.

Carpintear. Dolo, as. Ligna expolire.

Carraca. Crepitaculum ligneum. *Navio.* Oneraria miræ magnitudinis.

Carrasca. Ilex, icis. *Carrascos.* Ilicis virgulta. *Carrasqueña voz.* Aspera vox.

Carrera. Cursus, us. Curriculum. *Donde*

Ga se corre. Hippodromus, catadromus, i. Stadium, ii. *Lugar de donde salen á correr los caballos.* Carceres, um. *Donde paran.* Meta, æ. *Entrar en carrera.* Equos è carceribus emitti, cursum inire, aggredi. *Pasó bien su carrera.* Vitæ cursum feliciter confecit, peregit. *Dar carreritas.* Cursito, as. Ultró, citròque cursare.

Carral. Dolium, quod carro vehitur.

Carreta. Carruca, æ. Sarracum, i.

Carretada. Plaustri onus. Vehes, is.

Carricoche. Cisium, ii. Areera, æ.

Carretear. Aurigor, oris. Vide *Acarrear.*

Carretero. Plaustrarius, cisiarius, carrucarius. *El que lo hace.* Plaustrorum artifex. Carpentarius, ii.

Carreteria. Aurigandi ars, vel ubi currus, aut vehicula fabricantur.

Carruage. Curruum apparatus, frequentia.

Carril. Ordita, æ. *Salir del carril.* Exorbito, exerro, as.

Carrillo. Bucca, æ. *Carrillos de bovo.* Defluentes buccæ, buccis paulò plenioribus. *Comer á dos carrillos.* Cibo utramque buccam implere, infarcire. *Metaph.* Duabus sedere sellis, duosque parietes de eadem dealbare fidelia.

Carillada. Vide *Bofetada.*

Carrizo. Carex, icis.

Carrizal. Carectum, i.

Carroña cosa. Cascus, a, um. *Viejo carroño.* Senex capularis, decrepitus.

Carro. Currus, us. Plaustrum, i. *De quatro ruedas.* Carrus, vel carrum, i. *De dos caballos, ó mulas.* Bigæ, arum. *De quatro.* Quadrigæ, currus quadrijugus. *Carro de guerra.* Covinus falcifer. Currus falcatus. *Carro del Cielo.* Helice, es. Septentrio. Ursa major.

Carroza. Rheda, æ. Currus, us.

Carta. Epistola, æ. Litteræ, arum. *Escrita por ambas partes.* Opisthographa, utrinque scripta. *Carta grave.* Gravissimis verbis, sententiisque plena. *Sin substancia.* Futilis, inanis. *De consuelo.* Consolatoria. *De reprehension.* Objurgatoria. *Poco limada.* Plena festinationis, & pulveris, parum limata, parum elegans.

Carta de pago. Apocha, æ. Acceptæ pecuniæ syngraphum. *De venta.* Venditionis, aut emptionis syngrapha.

Carta de marear. Pyxidicula nautica. *No pequeis por carta de mas.* Ne quid nimium tentes. Ne nimio studio, aut diligentia pecces. Ne quid nimis.

Cartas generales. Litteræ certa verborum forma, vel conceptis verbis scriptæ. *Amorosas.* Amatoriæ. *Picantes.* Aculeatæ. *Escritas de priesa.* Non castigatæ, neque emendatæ. *De buenas nuevas de guerra.* Laureatæ, victrices. *De malas.* Tristia nuntiantes. *Cartas de favor.* Commendatitiæ littere. *No ha menester cartas de favor para contigo.* Nullius commendatione apud te eget. *Cartas circulares.* Litteræ encyclicæ.

Esta escribo de priesa. Hæc ad te properans scribo. Raptim in magnis temporis angustiis, hoc ad te litterarum exaro.

No quisiera fuese larga mi carta. Nolim in scribendo esse longior. Nolim longis te litteris obtundere, aut pluribus ad te scribere, quàm res postulat, quàm sit opus.

Mucho ha que espero vuestra carta. Jam diu à te litteras expecto. In summa sum expectatione litterarum tuarum. Jam diu litteras tuas requiro. Abstetamdiu nihil litterarum? Tam longum, tam diuturnum tuarum litterarum silentium ferre non possum, in maximo sum tuarum litterarum desiderio.

Dieronme mucho gusto vuestras cartas. Magna ex tuis litteris voluptate affectus sum. Jucundissimæ fuerunt mihi tuæ litteræ, magnæ mihi voluptati fuerunt. Magno ex tuis litteris gaudio perfusus sum. Magnopere tuis litteris lætatus fui. Magna me lætitia tuæ litteræ affecerunt, magna me voluptate perfuderunt.

Escribiome una carta muy festiva, y graciosa. Litteras ad me misit, sale & facetiis conditas, salibus aspersas, urbanitate, ac jocis suavissimas. Festivas, & suavitatis plenas litteras ad me dedit.

Dos cartas me habeis enviado, que contenian una misma cosa. Bis eodem exemplo ad me scripsisti. Binas á te litteras accepi, duas á te epistolas habeo, quarum unum est, atque idem, & sententiis, & verbis argumentum.

Hoy me han venido cartas de mi padre. Hodie mihi à parente litteræ redditæ sunt, allatæ sunt. A parente meo litteras habeo. Accepi hodie, recepi

Escribióme una carta muy picante. Valde me ejus epistola stimulavit, altè pupugit, gravioribus me verbis affecit, vulneravit. Orationis aculeos in me erexit, in animo meo reliquit. Acrioribus me stimulis agitavit, accendit.

Escribióme muy enojado. Acres ad me litteras misit, ardentes, plenas stomachi, & querelarum. Iracundè ad me scripsit. Aculeatas litteras ad me dedit.

Meted mi carta en vuestro pliego. Meas litteras in tuum fasciculum conjice. Meas litteras cum tuis eodem fasciculo conjunge, cum tuis mittendas curabis, sub eodem signo claudas velim.

Abrió el mensagero las cartas. Linum epistolarum tabellarius incidit. Litteras aperuit, resignavit. Signum rupit, dissolvit. Epistolam solvit. *Detuvieronse en el camino.* In via litteræ detentæ sunt, retentæ, impeditæ, retardatæ. Litteris allata mora est. *Cogieronlas en el camino.* Interceptæ sunt.

No traia fecha vuestra carta. In tuis litteris dies non erat adscriptus. Quo die epistolam scripseris, non addidisti. Non subscripsisti epistolæ diem. *Hablen cartas, y callen barbas.* Ad scripta provoco.

No es eso para carta. Non est id epistolæ committendum. Cave id epistolæ committas.

Cartearse. Mutuis litterarum officiis certare, sibi respondere.

Cartero. Tabellarius, ii. *El que hace los pliegos.* Complicator, oris.

Cartel de desafio, ó de torneo. Libellus provocatorius ad duellum, aut hastiludium, publicè propositus. *Del Maestro de escribir.* Multiformis scripturæ scitissimus archetypus. *De comedias, y otras fiestas.* Pro comœdiis, aut spectaculis publicè propositi libelli. *Cartelista.* Cujus est libellos hosce publicè proponere.

Cartabon. Norma, æ.

Cartapacio. Codex, icis. *Razon de cartapacio.* Ratio non è re, sed è codice petita. *Predicador de cartapacio.* De scripto dicit, aliena pro suis venditat.

Cartilla del A. B. C. Alphabetum, i. Abecedaria tabella. Abecedarium. *Leerle la Cartilla.* Officii aliquem commonere, ad officii formulam aliquem exigere.

Carton. Conglutinatæ chartæ.

Casa. Domus, ædes, ium. Domicilium. *Hermosamente labrada.* Affabrè structa, artificiosè facta. *De tres altos.* Triplicis contignationis, aut contabulationis. Tristega, orum. *Casa Real.* Regia. *De moneda.* Argentaria. *De juego.* Aleatoribus patens. Lusoribus exposita. *Casa de contratacion.* Commerciorum ædes. *De ayuntamiento.* Prætorium, ii. *Casa de campo, ó de recreacion.* Domus suburbana.

Casa sola en un pueblo. Insula, æ.

Casa, ó familia. Gens, tis. Familia, genus. *Esto alguno de casa lo ha hecho.* Hoc in domestico scelere versatur. *No soy señor de mi casa.* Imperium domesticum mihi nullum est. *Repartir algo por casas.* In domos singulas aliquid distribuere, domesticatim conficiendum curare. *Hoy cenaré en tu casa.* Hodie apud te cœnabo. *En casa llena, presto se guisa la cena.* In domo abundanti facilè paratur quod necesse est. *Ha habido de esta casa grandes hombres.* Multi ex hac familia, domi, militiæque clari extiterunt. *Mucho poneis de vuestra casa.* Multa addis, atque affers de tuo.

Casica. Domuncula, ædiculæ arum.

Casera muger. Mulier provida, rei domesticæ consulens. *Casero que mora en la casa.* Inquilinus, i. *Casería.* Villa, prædium.

Casaca. Gallica palla.

Casamataca. Cæca crypta.

Casarse el hombre. Ducere uxorem. *La muger.* Nubo, is. *Ella desea casarse.* Illa nuptias cogitat, nubere cupit, nupturit. *El no gusta de casarse.* Ille à nuptiis, vel à ducenda uxore abhorret.

Casó vuestra hermana con hombre muy principal. Nupsit tua soror viro clarissimo. Vir nobilissimus sororem uxorem duxit, in matrimonio habet. Soror tua viri clarissimi matrimonio gaudet, viro primario nupta est, conjuncta est.

Casóla su padre. Pater illam nuptui dedit, nuptiis locavit, in matrimonio, vel in matrimonium collocavit. *Casólos el Cura.* Sacro ritu Parochus matrimonio utrumque devinxit, ritè conjunxit. *Casados estan.* Matrimonii vinculo tenentur, & jugali vinculo adjuncti.

Quieren casarse. Matrimonium contrahere cupiunt. Matrimonii jugum subire vo-

volunt, matrimonio conjungi, copulari. *Busca con quien casar su hija.* Filiæ conditionem quærit. *Antes que te cases, mira lo que haces.* Prinsquam incipias, consulto opus est. *Casarás, y amansarás.* Conjugium virum domat.

Casado. Uxoratus, conjux, gis.

Casada. Nupta, æ. Uxor, conjux, gis. *Recien casada.* Nova nupta. *Casados.* Conjuges. *Casadas, y por casar.* Nuptæ, & innuptæ.

Casado dos veces. Bigamus, i. *Está muy casado con su parecer.* Sententiæ suæ pertinaciter adhæret. Opinionem suam mordicus tenet.

Casadera doncella. Virgo nubilis, viripotens. *Ya es casadera.* Jam matura viro est, & nuptiis tempestiva.

Casamiento. Conjugium, connubium, matrimonium, maris, & fœminæ conjunctio.

Casamentero, ó casamentera. Nuptiarum conciliator, vel conciliatrix.

Casca. Vinacea, orum.

Cascabel. Sonorus ex ære globulus. Sistrum, i. *Sarta de cascabeles.* Sistrorum spira. *Sois un cascabelejo.* Caput cerebro vacuum. *Cascabelada.* Juvenilis levitas.

Cascajal. Saxetum, sabuletum, i.

Cascajo de arena. Glarea, æ. *De piedra que se labra.* Lapidis segmenta.

Cascar nueces, ó avellanas. Nuces frangere, quassare. *Cascar á uno.* Tundere, quatere, cædere, verberare aliquem, plagas ingeminare. *Está ya muy cascado.* Præfractus est, ac debilitatus. Senectutis malis affectus est, ac pœne confectus.

Cascaras, ó mondaduras. Putamen, nis. *De huevo.* Ovi crustæ, putamina. *Aun no ha salido del cascarón, y se mete á jaque.* Nondum ex pueris excesit, & duella crepat.

Cascar la pension. Pensionem extinguere.

Casco de la cabeza. Testa capitis. Calvaria, æ. Cranium, ii. *Para defensa de ella.* Cassis ærea. *El casco de la nave.* Navis sine armamentis. *Casco de cosa quebrada.* Testa, æ. Testaceum fragmentum. *Cascos lucios, ó casquilucio.* Ventosum cerebrum. *Púsosele esto en los cascos.* Hoc illi non tam in mentem, quàm in libidinem venit.

Cascante. Vide *Temerario.*

Cascóte. Rudus, eris. Cœmentum, i.

Casi. Pœne, fere, prope, propemodum. *Casi nada.* Nihil admodum. *Casi al punto que se acabó el entierro.* Tantum non statim à funere. *Casi milagrosamente.* Propè divinitus. *Casi le mató á puñaladas.* Pugione pœne confecit.

Caso. Casus, us. Fortuna. *No se hizo adrede, sino acaso.* Non consultò, sed casu factum est, fortè evenit, sors, & fortuna tulit. *Es caso porque no lo merece?* An quia indignus est? Vide *Acaso.* *Yo iré en todo caso.* Ego ibo utique. *Hará mucho al caso, que estés tú presente.* Plurimum ad rem conferet, si ipse adsis. Permagni intererit, si ipse intersis. *Hará mucho al caso tomarla de mas atrás.* Operæ pretium erit rem altiùs repetere. *El caso pide que se haga una demostracion.* Servitutem res ipsa flagitat. *Hacer caso.* Vide *Estimar.* *Qué caso hizo de ti?* Quem locum apud illum obtinuisti? Quo loco apud illum fuisti? *No hace ya caso de los mal vestidos.* Nos jam illi viles sumus. Pauperes cognatos vitabundus adversatur. *Estudiar, ó ver el caso.* Jus, & auctores consulere. *Eso no es del caso.* Hoc ad rem non pertinet, nihil ad rem.

Casual cosa. Fortuitus, a, um.

Casualmente. Fortuitò, fortè, casu.

Caspa de la cabeza. Furfures capitis. Porrigo, inis.

Casquete de cuero. Capitum scorteum. Cudo, onis.

Casquete, ó casco de hierro. Cassis, dis.

Casquetada. Temeritas, juvenilis audacia.

Casquillo de saeta. Spiculum, i.

Casta, ó linage. Genus, eris. Strirps, pis.

Castizo. Nobilis, generosus.

Casta cosa. Castus, a, um. Pudicus. *Si no fueres casto, sé cauto.* Si minus pudicitiæ, at pudori saltem parce.

Castamente. Castè, pudicè, honestè.

Castidad. Castitas, tis. Castimonia, pudicitia, integritas, puritas, tis. *Muchas doncellas quisieron perder antes la vida, que la castidad.* Multæ virgines vitam castitatis jacturæ posthabuerunt, morteque voluntaria turpitudinem depulerunt.

Castaña, y castaño. Castanea, æ.

Castaño calor. Helvus, ravus, a, um.

Castañar. Locus castaneis consitus.

Castañeta. Digitorum crepitus. *Las de madera.* Digitorum crepitacula. *Dió una castañeta.* Digitis concrepuit.

Castigar. Punio, is. Plecto, is. Supplicio, aut gravi pœna aliquem afficere. Supplicium de illo sumere, in illum animadvertere. Pœnas ab illo poscere, petere, exigere, sumere, repetere. *Castigarle por justicia.* Jure, & legibus pœnas ab illo exigere. Jure aliquem ulcisci, pœnas jure debitas ab illo repetere. *Con pena de muerte.* Ultimo supplicio afficere, morte aliquem mulctare, capite punire, plectere.

Castigarle en la bolsa. Mulctare aliquem pecunia. Mulctam illi irrogare. *El será bien castigado.* Audaciæ suæ pœnam sustinebit. Pœnas improbitatis suæ dabit, feret, solvet, luet, suscipiet, pendet, rependet. *Mandaronle castigar.* Jussus est duci.

Castellano, Alcayde del castillo. Arcis præfectus, præpositus.

Castigo. Supplicium, ii. Pœna, æ. Animadversio. *No se irá sin castigo.* Non impunè abibit. Haud impunè feret. Non impunitate gloriabitur. Non abibit impunitus. *Algun castigo de Dios te espera.* Aliquod tibi fatum impendet. Grave tibi à Deo supplicium imminet.

Castigador. Punitor, animadversor, is.

Castillo. Castellum, i. Arx cis.

Castór, animal. Fiber, bri.

Castrar. Castro, as. Virilia exsecare, amputare. *Las colmenas.* Alvearia castrare. Mellis vindemiam facere.

Castrón. Caper, pri.

Casulla. Planeta, æ.

Catalogo. Catalogus, i. Vide *Lista.*

Catar las colmenas. Mella delibare. De favis aliquid detrahere, gustare. *Quando menos te cates vendrá.* Ex insperato aderit. Improvisus in te irruet, & aliud agentem occupabit. *Cata que viene.* Ecce venit. Eccum.

Cata de algo liquido. Prægustatio. *Hacer la cata.* Quanta res sit explorare, tentare. Rei capacitatem dimetiri, numerum percensere. *Catavino.* Urceolus pice illitus, ad vinum hauriendum.

Catabatallas. Pugnax, cis. *Cataribéras.* Voluptarius adolescens.

Catadura mala. Oris deformitas, fœda hominis facies, distortus vultus.

Catarańa, ave nocturna. Cataracta.

Cataratas de los ojos. Suffusio, nis. Nubecula in oculis. *Cataratero.* Ocularius medicus, Ophthalmicus, i.

Catarro. Rheuma, tis. Catharrus, i. Destillatio, vel distillatio, defluxio. *Estar acatarrado.* Destillatione laborare.

Catecismo. Catechesis, is. Instructio in mysteriis fidei. Christiana institutio.

Catecumeno. Catechumenus, i.

Catequizar. Baptismi candidatum fidei mysteriis instruere, imbuere, fidei Christianæ elementis initiare, instituere. *El que catequiza.* Catechista, æ.

Catedra. Cathedra, æ. Publici professoris sedes. *Llevó la catedra.* In petitione cathedræ cæteris prælatus. Pluribus sufragiis magisterii honorem, docendi publicè munus adeptus, consecutus est.

Cathedratico. Publicus juris, vel philosophiæ, aut theologiæ professor, Doctor, Magister. *De prima.* Professor primarius. *De visperas.* Vespertinæ cathedræ Doctor, moderator.

Catedral Iglesia. Cathedralis Ecclesia. Episcopalis, aut Pontificia sedes.

Caterva. Multitudo, inis. Caterva, æ.

Catolico. Romanæ fidei cultor. Orthodoxus, catholicus, i. *No estoy muy catolico.* Non usquequaque valeo.

Catorce. Quatuordecim. *Nació el año de catorce.* Decimo quarto hujus sæculi anno natus est. *Catorce veces.* Quater & decies.

Catorzal, madero. Asser, eris.

Cavar sacando tierra. Effodio, is. *Cavar en piedra, ó madera.* Excavo, as. *Cavar viñas, y arboles.* Pastino, as. *Cavarlas segunda vez.* Repastino, as.

Cavador de viñas. Pastinator, oris. *De tierra, ó minas.* Fossor, oris.

Cava. Fossa, æ. *De viñas.* Pastinatio.

Caucion. Cautio, nis.

Caverna. Caverna, æ. Antrum, i.

Caudal, dinero. Pecunia, æ. Summa, æ. *Caudal, entendimiento.* Intelligentia, æ. Solertia, æ. *Hombre de gran caudal.* Vide *Extendido, y rico.* *Comiderta, y amiga*

ra quàl cierto es tu caudal. Tecum habita; noris quàm sit tibi curta supellex. *No hagais caudal de eso.* Hæc neglige, nec magni ducenda putes.

Caudaloso rio. Flumen magnum, profundum. *Caudalosa fuente.* Fons largus, copiosus.

Caudillo. Dux, cis. Ductor, oris.

Cavilloso. Cavillator, malitiosus.

Causa. Causa, æ. Ratio, nis. *Causa eficiente.* Res efficiens. Auctor, artifex. *Causa formal.* Forma, quæ dat esse rei. *Causa material.* Materia, ex qua aliquid fit. *Final.* Finis propositus, & intentus. *El fuego, y el ayre son causas activas, la tierra, y agua pasivas.* Ignis, & aër movendi vim habent, & efficiendi; terra, & aqua recipiendi. Cic.

Por su causa has venido. Ipsius causa, illius ergo, propter illum venisti. *Por esa causa.* Propter eam causam, propterea. *No sin causa lo digo.* Non temere hoc dico, non sine causa. *Sin causa tienes en mi sospecha.* Injuria tibi suspectus sum. Nullo meo merito de me suspicaris. Temere me in suspitionem vocas, immerito tibi in suspitionem veni. *Persuadome que lo harias con causa.* Credo te id fecisse cum causa.

Dios es causa de todos los bienes. Deus bonorum omnium causa, fons, & origo est. A Deo bona omnia proficiscuntur. A Deo fluunt, quæcumque proba, recta, ac justa habentur.

Tú fuiste la causa de la perdicion de este. Tu pravis tuis moribus adolescentem corrupisti, perdidisti. Tu vitia illi affricuisti. Scelerum contagia à congressu tuo traxit. Te auctore, te duce ad vitia deflexit, defecit, declinavit. Tu facem illi ad flagitia prætulisti. Per te stetit quo minùs in virtutis via staret, procederet, proficeret.

Causar. Efficio, is. *Causóme esto mucho gusto, ó disgusto.* Id mihi magnæ voluptati, vel molestiæ fuit, magnam mihi molestiam, aut voluptatem attulit, magna me molestia, aut voluptate affecit. Magnam ex eo molestiam, aut voluptatem cæpi, accepi.

Causador. Effector, auctor, causa, æ.

Caustico. Causticum. Medicamentum ustivum, urendi vim habens.

Cautela. Cautio, nis. Solertia, æ.

Cauteloso. Cautus, callidus, sagax, cis.

Cautelosamente. Sagaciter, callidè.

Cauterio. Carnis adustio, combustio. *El hierro con que se hace.* Cauterium, ii.

Cauterizar. Carnem candenti ferro adurere.

Cautivar. Capio, is. In servitutem aliquem redigere, dare, tradere, abducere, abripere.

Mucho ha que estoy cautivo. Jam diu in misera servitute sum. Duram nimium diu servio servitutem. Durissimo jam diu servitutis jugo premor. In ergastuli tenebris, & squalore jam diu conficior.

Cautiverio. Servitus, tis. Captivitas, tis.

Ya salimos del cautiverio. Jam servitutis jugum depulimus, à nostris cervicibus repulimus, rejecimus. Ex diuturna servitute charæ libertatis luce recreati tandem sumus.

Cautivo. Captivus, captus.

Cautelarse. Caveo, es. Vereor, eris.

Cautamente. Cautè, callidè.

Cauto. Cautus, providus, callidus.

Cauce, por do vá el agua. Aquarum derivatio. Incile, is.

Caxa. Capsa, æ. *De anillos.* Dactylitotheca. *De escribanias.* Graphiaria theca, calamaria. *De cuchillos.* Cultelaria theca.

De barbero. Xyrotheca. *De Cirujano.* Narthesium, mirothechium. *Caxa de espejo.* Lophæum, i. *Caxa de guerra.* Vide *Atabal.*

Caxica. Capsula, æ. Capsella, æ.

Caxero. Capsarius, capsarum opifex. *De mercader.* Arcarius, ii. *Libro de caxa.* Ratio dati, & accepti.

Caxon. Capsa grandior. Armarium, ii.

Caxoncico de escritorio. Loculus, i.

Caxones de estante. Librorum loculi. Loculamenta, orum. Foruli, orum.

Cayado. Baculus incurvus. Pedum, i.

Caymán. Lacertus, piscis autropophagus.

Cayrél. Limbulus, i.

Caza de aves. Aucupium, ii. *De fieras.* Venatio, venatus, us. *Dar caza á uno.* Persequi, insequi aliquem. *Fu-*

gientem premere, urgere. *Porfia mata caza.* Labor improbus omnia vincit. Constantia coronat opus. *Dase mucho á la caza.* Venatui plus justo indulget. Venationi deditus, ac devotus est. Feras miro studio persequitur. In sylvis ferè vitam agit, feris insectandis intentus. *Andar á caza de gangas.* Scortor, aris. *Uno levanta la caza, y otro la mata.* Alii sementem faciunt, alii metunt. *Andar á caza de aplausos.* Plausum captare, occupare. *No hardás mas, que espantar la caza.* Nihil aliud, quam artificium dissolveris.

Caza, lino delgadò. Byssus, i.

Cazador. Venator. *De aves.* Auceps, aucupis. *De cetrería.* Accipitrarius.

Cazar fieras. Venor, aris. Venationi operam dare. Canibus feras persequi. *Cazar aves.* Aucupor, aris. Aves visco decipere, cantu ad retia, & laqueos illicere. *Puesto para cazar.* Area, æ. *Armarle.* Aream concinnare. *Cebarle.* Cibum effundere.

Cazo. Cacabus, i.

Cazuela. Coculum, i. Testus, us. *Dixo la sarten á la cazuela: Quitate allá, negra.* Nihil Judæus Judæo, nihil Catilina Cethego. Furti me Verres insimulat.

Cascarrias. Sordes pendulæ. Quisquiliæ, arum.

ç Vide Z.

C ANTE E.

Ce (de quien llama.) Heus.

Cebada. Hordeum, ei. *Pan de Cebada.* Panis hordeaceus.

Cebar para engordar. Cibo, as. Sagino, as. *Cebar para engañar.* Inesco, as.

Cebo. Esca, æ. *Para engordar aves.* Sagina, æ. *El deleyte es el cebo del pecado.* Esca malorum voluptas, quod ea non minùs homines, quam hamo pisces capiantur.

Cebón. Vitulus, aut porcus saginatus.

Cebolla. Cepe *Indeclinable.* Cepa, æ.

Cebolla albarrana. Scilla, æ.

Cebollino. Cepina, æ.

Cecear. C. pro S. efferre.

Cecial, pescado. Asellus arefectus.

Cecina. Caro salita, sale condita.

Cedazo. Incerniculum, subcerniculum, i. Pollinarium, ii. Cribrum setaceum. *Ver las cosas por tela de cedazo.* Quasi per transennam, aut caliginem res aspicere.

Ceder de su derecho. De jure suo cedere. *Parece que es razon ceder en algo, y no llevarlo todo por rigor de justicia.* Remittendum aliquid videtur, ne omnia contendamus. Cic.

Cedizo huevo. Ovum Zephyrium. Plin.

Cedro. Cedrus, i.

Cedula. Schedula, æ. *Poner cedulas en lugares publicos.* Protrepticos libellos publicè legendos proponere. In locis celeberrimis edicta figere.

Cedulones. Vide *Pasquines.*

Cegar, perder la vista. Oculorum lumine orbari, privari. Cæcutire. Visum aut oculos amittere. Cæcari, excæcari.

Cegar á otro. Cæco, as. Excæco, Obcæco. Cæcum aliquem facere, reddere, efficere, oculis privare. *Ciéguele San Anton.* Faxit Deus, ut conatus tuus incassum abeat, viresque in ventum effundas.

Cegarse para no ver lo que es muy claro. Caligare in meridie. *Ciegale la pasion.* Cæca cupiditate fertur, rapitur, abripitur. Cæco impetu in scelus incurrit. Rationis lumine destituitur.

Cegarse un aqueducto, ó caño. Aliquem tubum, aut aquæductum obstrui, cursum aquæ retardari, impediri, detineri.

Cegatón. Lusciosus. Miops, pis.

Ceguedad, ó ceguera. Cæcitas, tis.

Ceja. Supercilium, ii. *Arquear las cejas.* Vide. *Arquear. Espacio entre ceja, y ceja.* Intercilium, ii. Glabella, æ. *El de grandes cejas.* Silo, nis. *Cejijunto.* Conjunctis, & cohærentibus superciliis.

Cejar los caballos. Retrogredi, retrocedere, cessim ire. *Hacerlos cejar.* Habenis jugales equos retrorsum agere, adigere, retrotrahere, retrudere.

Celada, ó capacete. Galea, æ. *Celada, ó emboscada.* Insidiosa manus. Homines in insidiis positi, collocati.

Celar, y celador. Vide Z.

Celda. Cella, æ. Cellula, camera, æ.

Celebrar. Celebro, as. Concelebro, as. *El dia de fiesta.* Diem festum agere, agitare. Diem Divo Joanni sacrum, Deiparæ dicatum colere, honorare. Dei celebritatem

tem

tem cultu, & veneratione prosequi.

Celebrador. Laudator, buccinator.

Célebre cosa. Celebris, solemnis, e. Celeberrimus. *Hizose célebre por aquel delito*. Commendationem, & nomen ex scelere duxit. Ex flagitio nomen ejus inclaruit. *Querer hacerse célebre con una hazañeria*. Laureolam in mustaceo quærere.

Celebridad. Celebritas, solemnitas, tis.

Celebro. Cerebrum, i. *Caer de celebro*. Retro ruere, occipitio cadere.

Celemin. Chænix, icis. Semodius, ii.

Celestial. Cœlestis, e. Æthereus, a, um.

Celibato. Cælibatus, us.

Celidonia, yerva. Celidonia, æ.

Celogia, ó celosia. Cancelli, orum. Transenna, æ. Clatri, orum. *Ventana, con celosia*. Clathrata fenestra.

Celo, celoso. Vide *Zi*.

Cementerio. Vide *Cimenterio*.

Cena. Cœna, æ. *Cenar*. Cœno, as. *Cenar fuera, ya con unos, ya con otros*. Foris cœnitare, cœniculas facere, cœnas obire. *En cenando se fue á pasear*. Cœnatus deambulatum abiit.

Cenador. Cœnaculum, i. Cœnatio, nis.

Cenagal. Volutabrum, i.

Cenagoso. Cœnosus, lutulentus.

Cenceño pan. Panis azymus, syncerus.

Cenceño hombre. Corpore gracilis.

Cencerro. Crotalum, i. Tintinnabulum ii. *Á cencerros tapados*. Clam, occultè. Silentibus tubis, & tympanis. *Quien vacas ha perdido, cencerros se le antojan*. Qui amant, ipsi sibi somnia fingunt.

Cendal. Nebula serica, aut byssina.

Cendales del tintero. Tomenta atramentaria.

Cendra de plateros. Cinis argentarius.

Cenefa. Ora vestis lemniscata. Peristromatis, aut cortinæ fimbria.

Ceniza. Cinis, eris. *Ponerle á uno la ceniza en la frente*. Aliquid alicui objicere, quo animos demittat, nec se insolentiùs efferat.

Ceniciento. Cinereus, cineraceus.

Cenogiles. Crurum astrigmenta.

Censo. Census, us. *Perpetuo*. Qui edimi nequit, cujus caput extingui non potest.

Censo al quitar. Qui redimi potest, & extingui. *Fundar censo*. Censum constituere. Pecuniam in censum conferre, collocare.

Censor. Censor, oris.

Censura. Censura, judicium, sententia. *Tengo por muy acertada su censura*. Tuum mihi judicium pro lapide lydio est.

Censuras Eclesiasticas. Censuræ, seu pœnæ, quibus Ecclesia contumaces afficit, ut resipiscant.

Censurar algo. De aliqua re censere, judicium facere, sententiam proferre. *Para qué censuras lo que no entiendes?* Quid de ea re censes, quæ captum tuum superat? *No hay que censurar en este libro*. Nihil est in hoc libro, quod miniata cerula, aut obelisco notari debeat.

Centauro. Centaurus, i.

Centella. Scintilla, æ. *Las de yerro*. Stricturæ, arum. *Centellear*. Scintillo, as.

Centeno. Secale, is. Typha, æ. *Pan de centeno*. Panis secalitius.

Centinelas. Vigiles, excubiæ, vigiliæ, arum. *Estar en centinela*. In speculis esse. Vigilias, vel excubias agere. Erant in statione pro castris collocati. Vide *Velar*.

Centones de varias cosas. Miscellanea, orum. Farrago, ins. *Si puedes encajar algo de tus centones, te parecen perlas*. Ex tua farragine si quid potes assuere, gemmam censes, & quasi in pretextæ purpura calvum.

Centro. Centrum, i. *Está en su centro*. Loco, aut munere gaudet optatissimo.

Centuria, numero de ciento. Centuria, æ. *Dividir en centurias*. Centurio, as. In centurias referre. Centuriatim distribuere. *Centurion, Capitan de cien soldados*. Centurio, nis.

Ceñir. Cingo is. *Ceñíos en lo que decis*. Verba ad compendium confer. Rem paucis perstringe. Præstitue sermoni metam. Compendium dicendi fac.

Ceñidor. Cingulum, i. Zona, æ.

Ceño. Supercilium, ii. Torvitas, tis.

Ceñudo. Aspectu torvus, vultu tetrico, censorio supercilio.

Cepa. Vitis, is. Vitis, stirps.

Cepo. Cippus ligneus. *Estar en el cepo*. In cippo teneri, custodiri. *Cepos quedos*. Sta-

ditate viri. In sua quisque statione maneat. *Es un cepo.* Stipes est, ac truncus ad bonarum artium studia.

Cepillo. Runcina, æ. Levigatorium, ii.

Cera. Cera, æ. *Cerilla.* Cerula, æ. Cerea candela exigua. *Cera para sellar.* Sigillaris cera. *Cera de los oidos.* Aurium sordes. Cerumen. *Pueden hacer de él cera, y pavilo.* Facilis, & tractabilis ad arbitrium regentis.

Cerero. Pictor cerarius.

Cereria. Taberna ceraria.

Cerca de (tiempo, ó numero.) Circiter, fere, prope. *Duró aquella batalla cerca de una hora.* Tenuit ea pugna horæ circiter spatium. *Cerca de las diez.* Hora ferè decima.

Cerca de (lugar, ó persona.) Ad, prope, juxta, circa. *Mas cerca de la Ciudad.* Propius urbem.

Muy cerca de Italia. Proximè Italiam. *Cerca estás de llevar algo, que no se te cayga.* Haud procul tibi est os ab infortunio.

Cerca estuvieron de llegar á las manos. Haud sanè multum abfuit res à pugna. Prope est factum, ut pugnis rem gererent. Minimum abfuit, quin manum consererent. Ægrè se tenuerant, ne prælium committerent, ne ad manus venirent.

Cercano. Propinquus, affinis, vicinus, proximus, finitimus, confinis.

Cercania. Propinquitas, vicinitas, tis.

Cerca, muralla. Murus, i. Mœnia, um. *Cerca de piedra tosca sin cal.* Maceria, æ. Maceries, ei. *Cerca de tierra.* Sepes, is, vel seps, pis, septum, sepimentum.

Cercar de tapia, ó piedra. Sepio, is. Vallo, as. *Cercar con muros.* Urbem mœnibus cingere, circumdare, muro munire. *Ciudad asi cercada.* Urbs mœnibus cincta, muro septa, munita.

Cercar, ó sitiar la Ciudad. Urbem obsidere, obsessam tenere, obsidione cingere, premere, circumdare. Corona urbem claudere, sepire militum copiis.

Cercar á uno. Hominem circumdare, circumstare, circumsistere. *Cercado estás por todas partes.* Teneris undique.

Cercado. Seps, is. Ager septus.

Cerco de enemigos. Obsidio, nis. Obsidium, ii. Obsessio, nis. *Levantar el cerco.* Solvere obsidionem. Ab obsidione recedere, discedere, obsidione absistere. *Librar del cerco.* Urbem obsidione levare, ab obsidione eripere, liberare, eximere.

Cerquillo, ó circulo. Circus, circulus, i.

Cercenar. Circumcido, is. Amputo, as. Aliquid de aliqua re detrahere, decerpere. *Á cercen le cortó las orejas.* Auriculas á stirpe præcidit, ab imo resecuit.

Cercenadura. Circumcisura, æ. *Cercenaduras.* Circumcisa. Amputatæ reliquiæ.

Cerceta, ave. Fulica, æ. Fulix, cis.

Cerda. Seta, æ. *Cerdoso.* Setosus, setis obsitus, setiger, horridus, hirsutus.

Ceremonia. Ritus, us. Ceremonia, æ. *Dexar las ceremonias profanas.* Profanos ritus exuere, abdicare, rejicere.

Ceremoniatico. Nimis officiosus. In officiis morosus, nimius, prolixus.

Ceremonial. Ritualis liber.

Cereza. Cerasum, i. *Silvestre.* Cornum, i.

Cerezo. Cerasus, i. *Cerezo silvestre.* Cornus, i. *Cerezal.* Locus cerasis consitus. *Cosa de cerezo silvestre.* Corneus, a, um.

Ceribones. Cessio bonorum ignominiosa, qua decoctores olim mulctabantur. *Hacer ceribones.* Cedere bonis, turpiter in cheonice sedendo, culpamque [illegible]tendo.

Cermeño, fruta. Armeniacum, i.

Cernada Lixivius cinis.

Cernejas. Crines, ium. Jubæ, arum.

Cerner. Farinario cribro succernere. Farinam subcerniculis purgare, excutere.

Cernicalo. Tinnunculus, i. Cenchris, idis.

Cero. Circulus in numerorum notis.

Cerote. Ceratum, vel cerotum, i.

Cerrajas, yerva. Sonchus, i. *Es agua de cerrajas todo eso.* Levia hæc sunt, & frivola.

Cerraja, ó cerradura. Sera, æ.

Cerrajero. Clavicularius faber.

Cerrar. Claudio, is. *Las puertas.* Fores, aut portas obdere, occludere, oppilare. Pessulum ostio obdere. Repagulis valvas munire, firmare. *Cerrar con llave.* Sera claudere. Sero, as. Obsero as. *Con sobre llave.* Superiori clave, aut gemina clave fores occludere. *Cerrar de golpe.* Impetu januam occludere. *Cerró la puerta*

ta á la costumbre de hablar con libertad. Consuetudinem liberè dicendi exclusit. *Cerróse de campaña.* Pertinaciter negavit. Precibus aditum præclusit. *Aun no ha cerrado la mollera.* Nondum ad animi maturitatem pervenit. Nondum judicio præditus est.

Cerrar el paso al enemigo. Aditum hosti præcludere, obstruere. Aditu hostem prohibere. Hostem intercludere. *Cerrar con él.* Impetum in hostem facere. Cum hoste manus conserere, signa conferre, armis acie decernere. *Aun no ha cerrado la herida.* Nondum est obducta cicatrix. Nondum vulnus cicatricem duxit, nondum aurem obduxit.

Cerrar la mano. Manum comprimere, in pugnum contrahere. *Las cartas.* Epistolas complicare, obsignare. *Cerrarse las velaciones.* Nuptiarum solemnia interdici, prohiberi.

Cerril potro. Indomitus pullus equi.

Cerrion. Stiria, æ.

Cerro, collado. Collis, is. *De lino.* Linicirrus. *Esto está todavia en cerro.* Rude est hoc etiam nunc, & indigestum.

Cerro de la espalda. Spatium inter scapulas. Inter scapilium. *Traerle á uno la mano sobre el cerro.* Blandissimè aliquem tractare, appellare. *Comprar el caballo en cerro.* Equum sine stragulis mercari.

Cerrojo. Vectis, repagulum. *Echar el cerrojo.* Vecte fores munire, firmare.

Certamen poetico. Certamen poëtarum.

Certidumbre. Certitudo, persuasio. *Certidumbre tengo de eso.* Compertum hoc mihi est, exploratum habeo. Pro certo id affirmare possum. *Con qué certidumbre lo sabes?* Unde tibi certum est? Quis tibi fidem fecit?

Certificar. Pro certo aliquid asserere, affirmare. *En quanto á lo demás, certificote que no tiene culpa.* Cæterum mihi crede, culpa vacat. Cæteroqui, sic habeas velim, à culpa prorsus abest.

Cervatana. Fistula sambucina, qua pueri glandes stupeas explodunt.

Cervatillo. Cervi pullus. Hinnulus, i.

Cerveza. Cervisia, æ. Zithum, i.

Cerviz. Cervix, cis. *Hombre de dura cerviz.* Contumax, refractarius, duræ cervicis homo, pervicacis sententiæ. *Baxar la cerviz.* Cervicem subjicere, jugum accipere, submittere fasces.

Cerviguillo. Cervicula, æ. *El cerviguillo que tiene!* Quàm erecto collo incidit! Ut cervix illi riget! *Abaxarle el cerviguillo.* Animos, ac spiritus illius deprimere.

Cesar. Cesso, as. Desino, is. *Cesa de quexarte.* Desine in questus effundi. Abstine querelarum. *Ya cesó la peste.* De loco pestilentia abiit. Jam pestis desiit, cessavit, effluxit, evanuit. *Sin cesar.* Indesinenter, sine intermissione.

Cesacion. Cessatio, vacatio, nis.

Cesacion á divinis. Censura, qua sacra omnia interdicuntur.

Cesped. Cespes, itis.

Cesion de calentura. Accessio febris.

Cesta. Cista, æ. Corbula, æ. *El que la lleva.* Cistifer, eri *Cestilla.* Cistella, æ.

Cesto. Corbis, is. *No dixera mas un cesto.* Nihil dici potuit obtusius. *Quien hace un cesto hará ciento.* Taurum tollet, qui vitulum sustulerit.

Cestones de arena contra la artilleria. Loricæ vimineæ. Corbium objectus.

Cetre. Lustricum aspergillum. *Cetreria.* Ars tractandi accipitres.

Cetrino color. Citrinus, subfuscus.

Cetro. Sceptrum, i.

Cevica de la rueda del carro. Cantus, i. Ferrea curvatura rotæ.

Ceuti, limoncico. Limo pumilus. *Moneda.* Chalcus, i. Æreolus apud Afros minimi valoris.

C. ANTE H.

Chacota. Jocatio cachinantium. *Hacer, ó decir algo en chacota.* Ludicrum quid moliri, jocosè cavillari.

Chafallo. Segmentum assutum.

Chalupa. Scapha, æ. Cymba, æ.

Chamelote. Undulatum sericum.

Chamorro. Vide *Mocho.* *Chamorrillo trigo.* Frumenti spicæ mutilæ.

Chamuscar. Leviter amburere.

Chamuscado. Leviter ambustus, semiustulatus. *Chamusquina.* Panni ustio levis. *Huele á chamusquina.* Semiusti panni odor vagatur.

Chanza. Jocus, i. *Chanzoneta.* Joculus. *Siempre estais de chanza.* Nunquam

tam

tam malè tibi est, ut non aliquid facere, & commodè dicas. *Bien parece una chanza dicha á tiempo.* Dulce est desipere in loco. *Reprehender con chanza.* Aliquid in aliquo cavillari.

Chancear. Jocor, aris. Nugari, nugas agere, joco aliquid dicere. Jocis in alios ludere, cavillari cum aliquo.

Chancero. Jocosus, nugator, nugax, cis. Facetus, cavillator.

Chancillér, ó Cancillér. Cancellarius.

Chancillería. Forum Regium. Forensis Basilica.

Chanfayna. Tomacinæ ex pulmone.

Chanflon. Nummus adulterinus.

Chantre. Mesochorus, i. Primus cantor.

Chapa de metal. Lamella, æ. *Echar una chapa.* Lamellam affigere.

Chaparro. Fructex spinosus.

Chapeo. Vide *Sombrero.*

Chapetón. Rudis artifex.

Chapin. Muliebris cothurnus. Soccus multo suberis cortice sublevatus. *Daráte de chapinazos.* Cothurno tibi caput obtundet.

Chapitél. Vide *Capitél.*

Chapodar. Amputo, as. Vide. *Podar.*

Chapucero. Clavorum faber.

Charco. Lacuna, æ. Stagnans aqua.

Cosa con muchos charcos. Lacunosus, a, um.

Charlatan. Dicax, loquax, garrulus, blatero, circulator. Citeria loquacior.

Charro. Sordidæ conditionis homuncio.

Chasco. Ludificatio, nis. Frustratio cupiditatis. *Dar á uno chasco.* Frustrata aliquem habere, ludificare hominem, vel ludificari.

Chasquear la honda, ó latigo. Strideo, es.

Chasquido. Fundæ, aut scuticæ stridor.

Chata.cosa. Depressus, a, um. *Chato de narices.* Simus, a, um. Depressis naribus.

Chavacano. Vulgaris, vilis, trivialis.

Chaza. Nota, æ. Signum retentæ pilæ.

Chazar. Locum jacentis pilæ signo notare, aut nota signare.

Cherrion, ó chirrion. Sarracum, i. Vehiculum trusatile.

Chia del luto, que arrastra. Syrma, tis.

Chicha. Caro assa, vel frixa.

Chicharra. Vide *Cigarra.*

Chicharron. Cremium, ii. Sebum frixum.

Chichon. Contusio, tumor ex contusione.

Chico. Vide *Pequeño.* *Chico pleyto.* Leve dissidium. Nihil moror. *Chiquito.* Parvulus, i. Pusio, nis.

Chicoléos. Nugæ, arum.

Chicoria. Chichorea, vel cicoria, æ. Cichoreum, ei. Intubus, vel intibus, i.

Chiflar. Sibilo, as. Fistulam inflare.

Chiflo. Fistula, æ. Vide *Flauta.*

Chillar. Strideo, es. *Chillido.* Stridor, is.

Chimenea. Caminus, i. Fumarium, ii.

China. Scrupus, i. Scrupulus, i.

Chinche. Cimex, icis.

Chinela. Crepida, æ.

Chirimia. Præcentoria tuba.

Chirivia. Siser, eris.

Chirlo. Vulnus faciem fœdans. *Darle.* Novacula faciem alicujus deformare.

Chirriar. Strideo, es, vel garrio, is.

Chirichote. Clericus indoctus externus.

Chirrion. Vide *Cherrion.*

Chisgaravis. Homuncio inquies, ardelio.

Chisme. Rumusculus, i. *Andar en chismes. Ir, y venir con chismes.* Rumores ultro, citroque deferre. Rumusculos spargere.

Chismero, ó chismoso. Susurro, nis.

Chispa. Scintilla, æ. *Echa chispas de enojo.* Ardet, excandescit iracundia.

Chistar. Hisco, is. Mutio, is. *No se atreven á chistar en su presencia.* Hiscere non audent in conpectu ejus.

Chiste. Fabella jocosa.

Chitón. Sile, tace. Nihil de Cæsare.

Chivo. Hædus, i.

Chocar duro con duro. Inter se collidere. *Con el enemigo.* Cum hoste confligere.

Chocarrear. Scurram agere. Scurriliter jocari, nugari. *Chocarrero.* Scurra, æ. Nugax, cis. Scurrilis cavillator. *Chocarreria.* Dicacitas, scurrilitas, tis.

Chocho viejo. Senex delirus. *Chochear, estar chocho.* Senio delirare.

Chocolate. Potio Guaxacana.

Cholla. Vide *Cabeza.* *Es hombre de cholla.* Vir est magno judicio præditus.

Cho-

Chopo. Alnus, i.

Choque. Collisio, collisus, us. *Con el enemigo.* Conflictus, us. Pugna, æ.

Chorizo. Tomaculum, i. Farcimen, inis.

Chorrillo. Consueta via ad ludendum.

Chorro. Scatebra emicans. Torrens, scaturigo. Salientis aquæ impetus. *Chorro de voz.* Vox plena, & sonora. *Salen chorros de agua.* Erumpunt aquæ fluenta. Sudor fluit undique rivis. *Chorrear.* Torrentis instar fluere. *Chorreando sangre.* Sanguine perfluens.

Choto. Lactens hœdus.

Choza. Tugurium, ii. Casa, æ.

Chozno. Abnepos, tis.

Christo. Christus, humani generis vindex.

Christianos. Christi fideles. Christicolæ, Christiani. Christianæ Religionis cultores.

Christianamente. Piè, religiosè. *Gobernó muy christianamente.* Ex sanctissimi viri disciplina rempublicam gessit.

Cristiandad, virtud. Pietas, sanctitas, religio. *En toda la Christiandad.* In Christiana republica universa, in toto orbe Christiano. In Christianorum Regnis, aut Provinciis. *Mandó hacer rogativas, y procesiones en toda la Christiandad.* Omnibus Christi fidelibus supplicationes, & preces indixit. *Mostró mucha christiandad en todo.* Magnum pietatis sensum, & religionis cultum in omnibus exhibuit.

Christianar al niño. Vide *Bautizar.*

Chucheria. Res frivola. Vide *Bugeria.*

Chueca. Harpastum, i. *Jugar á la chueca.* Harpasto ludere.

Chufa, hierva. Cipirus, i. Gladiolus, i.

Chufleta. Joculus, i. Vide *Chanza.*

Chulo. Mediastinus, i.

Chupar. Sugo, is. *Chupóle quanto tenia.* Pecuniam ejus exhausit. *Chupan las plantas el humor de la tierra.* Plantæ ex terra succum trahunt, quo aluntur.

Churre. Vide *Pringue.*

Chusma. Grex nauticus. Turba vilis. *Meterse entre la chusma.* Agere se in turbam. Turbæ se immiscere.

Chuzo. Cateia, æ. Spiculum, i.

Chuzón. Nugator lepidus, derisor.

Chuzonería. Ridiculum, i. Scurrilis jocus.

Chuzonear. Scurriliter jocari.

C ANTE I.

Ciar. Vide *Cejar. Ciar los Remeros.* Remis navem impellere.

Ciatica. Ischias, dis. Ischiacus dolor. Coxendicus morbus. *El que tiene ciatica.* Ischiacus, i. Qui è coxis laborat.

Cibera. Fæx ex acinis exhausta.

Cicatriz, señal de llagas. Cicatrix, icis.

Cicuta, yerva venenosa. Cicuta, æ.

Cidra, arbol. Citrus, i. Malus medica. *La madera.* Citrum, i. *La fruta.* Malum medicum, vel citreum.

Ciego. Cœcus, i. Captus oculis. Cassus luminibus, oculis orbatus. *Quán ciego estás, que no ves eso.* Caligas in sole, cœcutis in meridie. *Verálo un ciego.* Vel cœco perspicuum. *Entre los ciegos el tuerto es Rey.* Inter cœcos regnat myops. Inter indoctos probatus semidoctus. *Á ciegas vamos en este negocio.* Temerè rem aggredimur, inauspicatò, & inconsultè rem gerimus. *Un ciego guia á otro.* Cœcus cœcum ducit. *Soñaba el ciego que veia.* Inani spe deluderis. An qui amant, sibi omnia fingunt?

Cielo. Cœlum, i. Cœli, orum. *Fuese al Cielo á gozar de Dios.* In cœlum abiit. Ad superos evolavit. Ad cœlestem patriam, sedesque beatas emigravit. Confectis mortalis vitæ stipendiis, ad æterna gaudia, mercedemque laborum amplissimam vocatus est. Ad lucem & quietem sempiternam ex corporis ergastulo solutus excessit. *Ni por el Cielo, ni por la tierra.* Nec spe, nec metu. *Tomaba el Cielo con las manos.* Deum, hominumque fidem implorabat. *Escupes al Cielo, y cáete en los ojos.* Cum Diis gigantum more pugnas. Cœlum ipsum petis stultitia. *Como dar una puñada en el Cielo.* Prius locusta bovem pariet. *Vió el Cielo abierto.* Sustulit in cœlum manus: tanta fuit opportunitas. Cic.

Cielo de cama. Cadurcum, i.

Ciencia. Scientia, æ. *Que las comprehende todas.* Quæ omnes continet. Græcè. Encyclopædia, æ. *Oye ciencia.* Superiori disciplinæ dat operam. Manum

ferulæ subduxit. Ex grammaticis excessit.

Cieno. Cœnum, i. Limus, i.

Ciento. Centum. *Cien veces*. Centies. *Cien mil veces*. Centies millies. *Cien doblado*. Centuplum. *Cientopies*, *gusano*. Centipeda, æ. Scolopendra, æ. *De cien manos*. Centimanus, i. *Consejo de ciento*. Centumvirale judicium. *Los cien Jueces*. Centumviri, orum. *Capitan de cien soldados*. Centurio, nis. *Ordenarlos de ciento en ciento*. Centuriare milites, in centurias allegare, referre. *El año de ciento*. Annus centesimus. *Pagar de ciento uno*. Centesimam pendere. *De ciento dos*. Quinquagesimam solvere. *De ciento quatro*. Vigesimam quintam.

Cierta cosa. Certus, a, um. Compertus, minimè dubius. *No sabemos cosa cierta*. Nihil certi habemus. *Dexamos lo cierto por lo dudoso*. Certa amittimus, dum incerta petimus. *Ciertos son los toros*. Mappa missa est. Manifestum est signum, certissimum indicium. *Cierta persona me lo dixo*. Quidam mihi dixit. *Cierto Caballero*. Quidam vir nobilis. *Cierta cosa me detiene*. Quiddam me moratur, retinet, continet, moram mihi facit. *De mi puedes estar cierto, que ninguna cosa deseo mas*. De me sic velim existimes, nihil magis in votis habere.

CIERTO, *ciertamente*, *por cierto*. Profectò, sanè, certè, quidem, equidem, hercle, enimverò, utique, mehercle, verò. *Cierto que esto no se puede sufrir*. Enimverò, hoc ferendum non est. Hoc quidem tolerari non potest. *Asi pasó cierto*. Ita mehercle gesta res est. *Pues qué reprehendolo? no por cierto*. Reprehendo igitur? minimè verò. Cic. *Con los pronombres*, Ego, tu, ille, iste, &c. *Se usa* næ *elegantemente*. *Cierto que están muy engañados, si esperan pasar sin castigo*. Næ illi vehementer errant, si sperant impunitatem. *Por cierto que yo tengo poca suerte*. Næ ego infelix homo sum.

Á VECES Por cierto *es lo mismo que* Norabuena, *y en latin* sanè. *Sea por cierto como tú lo quieres*. Sit sanè, ut vis. *Por cierto vayase, que nadie se lo quita*. Abeat sanè, nemo illum tenet. *Á VECES* Por cierto, sí por cierto. Por cierto sí, *es ironia*, *y en latin* verò, scilicet. *Gran cosa habeis hecho por cierto*: Egregiam verò laudem, & spolia ampla refertis. *Mucha merced me hace por cierto en darme mejor lugar que á su criado*. Multum veró mihi præstat, si me famulo suo præponit. *Por cierto si, mucho se le da al Pueblo de eso*. Id scilicet curat populus.

Ciervo. Cervus, i. *Cierva*. Cerva, æ.

Cierzo. Boreas, æ. Circius, i. Aquilo, nis. *Cercera*. Apothecæ fenestella.

Cifra. Nota, æ. *Escribir algo en cifra*. Notis aliquid scribere. *Escribe en la cifra con que nos entendemos*. Notam eam appone, quæ mihi tecum convenit.

Cifrar algo. Occultè, & obscurè aliquid significare, notis involvere, perstringere. *En muchas de sus antiguas maravillas cifró Dios la significacion del misterio de la Eucharistia*. Multis olim signis Deus Eucharistiæ mysterium significandum curavit: multis olim miraculis significationem ejus, & fidem adstruxit, multis, & admirandis symbolis expressit.

Cigarra, *ó Chicharra*. Cicada, æ.

Cigoñino. Ciconiæ pullus.

Cigoñal para sacar agua del pozo. Ciconia, æ. Telo, nis. Tolleno, nis.

Cigüeña. Ciconia, æ.

Cilicio. Cilicium, ii. Vide *Silicio*.

Cilla de trigo de diezmo. Cella decimatum.

Cillerero. Dispensator. Promuscondus.

Cima de plata. Cyma, æ, vel cymatis. Delicatior, teneriorque cauliculus.

Cimarrón. Monticola, æ. Montivagus, i.

Cimbria. Ligneus arcus ad excipiendum fornicem. *Cimbrar la vara*. Flexibilem virgam agitare. *Cimbrarle las costillas*. Flexibili virga alicujus terga cædere.

Cimborio. Tholus, i. Testudo, inis.

Cimenterio. Cœmenterium, ii.

Cimera del almete. Conus galeæ.

Cimiento. Fundamentum, i. *Echar buenos cimientos*. Alta, præclara fundamenta jacere, ponere, locare. *Cimitarra*. Harpe, es. Placatus ensis.

Cincha. Cingula, æ.

Cinchar. Cingo, is. Cingula astringere, obstringere, substringere. *Salir rompiendo cinchas*. Summa vi ex anfractu cœnose se expedire. Summa contentione

á salebris evadere, erumpere.

Cincho. Cinctus, us.

Cinco. Quinque. *Cinco veces.* Quinquies.

Cinco mil. Quinque milia. *Cosa de cinco meses.* Quinquemestris, e. *De cinco años.* Quinquennis, e. *Tiempo de cinco años.* Quinquennium, quimatus, us. Lustrum, olympias, dis. *Dar cinco de corto.* Per defectum peccare. In cursu deficere. Ad metam non pervenire. *De largo.* Metam transgredi. Per excessum peccare.

Cinqüenta. Quinquaginta. *Cinqüenta veces.* Quinquagies.

Cingulo, ó cinto. Cingulum, cinctus, us.

Cinta para ceñirse. Zona, æ. *Con la espada en la cinta.* Gladio succintus.

Cinta de muger muy labrada. Cestus, i. *Estar en cinta.* Gravidam esse. Ventrem ferre. Uterum fœto intumescere.

Cintas de seda. Sericæ fasciolæ. *Para atacarse.* Astrictoriæ ligulæ.

Cintillo del sombrero. Galeri spira.

Cintura. Qua homo ad renes cingitur.

Ciprés. Cupressus, i. Cyparissus, i.

Circuito. Circuitus, us. Ambitus. *Tiene la Isla de circuito ducientas millas.* Patet insula in ambitu ducenta passuum millia.

Circulo. Circulus, Orbis, is. *Circular.* Rotundus, circularis, orbiculatus.

Circuncidar. Circumcido. *Circuncidado.* Circumcisus, recutitus, appella, æ.

Circunferencia. Extremitas circuli. Circumferencia, æ.

Circumloquio. Verborum circuitus. Ambages, periphrasis. *Para que es andar con circumloquios?* Quid opus est istas agere ambages? Ut quid hæc circuitio?

Circunspecto. Cautus, circumspectus.

Circunspeccion. Circumspectio, nis. Circumspectus, us.

Circustancia. Circumstantia, æ. *Circunstancias.* Adjuncta, orum.

Circunstantes. Circumstantes, ium. *Echando de alli á los circunstantes, le preguntó si, &c.* Remotis arbitris, ex eo quæsivit, an, &c.

Circunvecinos. Finitimi, accolæ.

Cirio. Cereus, ei. Funale, is.

Cirial. Lychnuchus, i. Candelabrum, i.

Cirro. Scirrus, i. Scirema, tis. Durities, æ.

Ciruela. Prunum, i. *Porcal.* Asinarium. *Damacena.* Damascenum. *De monge.* Cereum. *Regañado.* Ridens. *Ciruela pasa.* Prunum passum, rugosum.

Ciruelo, arbol. Prunus, i.

Cirujano. Chirurgus, i.

Cirugia. Ars Chirurgica, Chirurgia, æ.

Ciscarse. Ventrem præ metu solvi.

Cisco. Carbonis reliquiæ, quisquiliæ, analecta. *De chimenea.* Vide *Hollin.*

Cisma. Schisma, tis. Divisio gregis Christi.

Cismatico. Schismaticus. Ecclesiæ catholicæ desertor.

Cisne. Olor, oris. Cygnus, i. *Cosa de cisne.* Cygneus, olorinus, a, um.

Cisterna. Cisterna, æ. Vide *Algibe.*

Citano. Quidam. Unus aliquis.

Citar, ó llamar á juicio. Cito, as. Diem alicui dicere. Aliquem in jus adducere, in judicium, vel in jus vocare, denuntiare ut in jus eat, & vadat. *Citar autores.* Cito, as. Vide *Alegar.*

Cita. Testimonium, auctoritas, tis.

Citacion. Denuntiatio, conditio, nis.

Citóte llamador. Stator, apparitor, is.

Citara. Cithara, æ.

Citarista. Citharædus, i.

Ciudad, los edificios. Urbs, bis. *Los vecinos de ella.* Civitas, tis. *Cosa de Ciudad.* Urbicus, urbanus, civilis.

Ciudadano. Civis, is. Urbis incola.

Civil cosa. Civilis, e. Civicus, a, um.

Cizaña. Lolium, ii. Zizanium, ii. *Sembrar cizaña.* Vide *Discórdia.*

Cizañero. Discordiarum sator.

C ANTE L.

Clamar. Clamo, as. Vociferor, vel vocifero, as. Clamorem edo. Clamito, as.

Clamor. Clamor, oris. Vociferatio, nis.

Clamoroso. Clamorosus, a, um.

Clandestino. Clandestinus, occultus.

Clandestinamente. Clam, abscondite.

Clara de huevo. Albumen, inis. Candidum ovi, vel ex ovo. Plin.

Claraboya. Cancellata fenestra.

Clarea. Mulsum, murina, murthina, & myrrina, æ. Nectar, is.

Clarete vino. Vinum helvolum.

Clarin. Lituus, i. Tuba, æ. Classicum, i.

Claro, manifiesto. Clarus, apertus, planus. Res nota, manifesta. *Claro que se trasluce.* Perspicuus, dilucidus, perlucidus, sive pellucidus. *Claro licor.* Purus, defæcatus, illimis, e.

Cosa es esta bien clara. Res est minimè obscura, perspicua, luce ipsa clarior. Adeó aperta est, & illustris, ut in dubium vocari non possit. Quæ in medio sunt posita commemoro, comperta & explorata, multorum celebrata sermonibus. *Quiereslo mas claro?* Satisne hoc planè? Satisne dissertè? *Para qué probais lo que es tan claro?* Soli lucem affers? Lucernam adhibes in meridie.

CLARO está. Ya se vé. Scilicet, videlicet. *Habiendo perdido la vista, claro está que no podia distinguir lo blanco de lo negro.* Luminibus amissis, alba scilicet, & atra discernere non poterat. Cic. *Nada de esto es, claro está.* Nihil videlicet est eorum. Cic.

Pasar toda la noche de claro en claro. Noctem, quam longa est, insomnem ducere.

Claramente. Clarè, apertè, planè, perspicuè, dilucidè, evidenter.

Claridad de luz. Claritas, tis. *De otra cosa.* Perspicuitas, evidentia, æ.

Clarificar el licor. Liquorem defæcare, purgare, clarificare, clarum, & purum reddere.

Clase. Classis, is. Ordo, nis.

Clavar. Clavo aliquid figere. Clavum pangere, adigere.

Clavazón. Bulla in clavis valvarum, vel clavi in valvis bulla insignis.

Clave de edificio. Testudinis umbilicus. Tholus, i. *Es la clave de todo.* In hoc cardine tota res vertitur. Hæc summa totius rei est. *Echar la clave.* Coronidem imponere. Vide *Acabar.*

Clavel, ó clavellina. Viola flammea, flos purpureus, viola rubra.

Clavero. Claviger, era, um.

Clavicordio. Clavicymbalum, i.

Clavija. Ferrea fibula.

Clavijas de vihuela. Collabi, verticuli, lignei claviculi. *Apretar en algo la clavija.* Instare vehementiús, premere, urgere.

Clavo. Clavus, i. *Clavo trobadero.* Trabalis clavus. *De cabeza redonda.* Umbellatus. *Un clavo saca á otro.* Clavus clavum pellit. Succesore novo pellitur omnis amor. *Uno en el clavo, y ciento en la herradura.* Si semel sapit, centies desipit.

Clavo de especies. Daryophylon, i. *Echaisme esto de clavo.* Gratis hoc mihi expensum fers. Hanc mihi fraudem facis.

Clavetear una pierna del carnero. Arietinam coxam caryophylis condire.

Claustro de un Convento. Perystilium, ii. Cavædium, ii. *De Universidad.* Academicus senatus, conventus.

Clausula. Periodus, i. Clausula, æ.

Clausura. Claustra, orum.

Clemente. Pius, clemens, tis.

Clemencia. Clementia, æ. Pietas tis.

Clerigo. Clericus, *De Misa.* Sacerdos, tis. Presbyter, eri. *Cleriguillo.* Sacrificulus, i.

Clerecia. Clerus, i.

Clerizón. Vide. *Monacillo.*

Clima. Cœli natura. Clima tis. *Buen clima.* Cœlum salubre. Cœli salubritas. Benigna cœli temperies. *Mal clima.* Cœlum insalubre, pestilens cœli temperies. *Pruebame el clima.* Cœlum hoc meam valetudinem tentat. Corpore vix sustineo gravitatem cœli hujus. *La mudanza repentina de clima fue como una peste.* Subita cœli mutatio pestilentia fuit.

Clueca gallina. Gallina glocitans.

C ANTE O.

Coadjutor. Adjutor, oris, administer, tri. *En las prebendas.* Successor in beneficio.

Cobertera, ó tapa. Operculum, i.

Cobertor de cama. Stragulum, i. Thorale, vel thoral, is. Lodix, icis. Opertorium, ii.

Cobertizo. Porticus, us. Xystus, i.

Cobertura. Tegumen, velamen, inis.

Cobijar. Vide *Cubrir.*

Cobrar lo perdido. Recupero, as. Recipio, is. *Dinero.* Nummos exigere, recipere. *Cobrar algo por justicia.* Judicio aliquid persequi, recuperare, repetere.

Co-

Cobrar fama. Famam consequi, gloriam parare. Magnum sibi nomen comparare. *Cobra buena fama, y echate á dormir.* Para bonum nomen, & dormi securè. *Cobró fama de borracho, y jugador.* Ebrietatis, & aleæ infamiam subiit. *Cobrar enemigos.* Inimicitias contrahere, subire. Simultates multas, partim obscuras, partim apertas suscipere. *Cobraron animo los nuestros.* Nostris animus accessit. Cic.

Cobrador. Exactor, oris. *El mal cobrador, hace mal pagador.* Vel optima nomina non appellando mala fiunt. Cic.

Cobranza. Exactio, nis.

Cobre. Æs Cyprim. Cuprum, i. *Aqui se bate el cobre.* Hic vehementer agitur, impensè laboratur, acriter contenditur.

Cobro. Asylum, i. Locus tutus. *Poner algo en cobro.* Aliquid servare, in tuto consulere. *Ponerse en cobro.* Fugam sibi consulere, se in locum tutum recipere, in asylum confugere. *Buen cobro has dado de tu hacienda.* Belle verò rebus tuis consuluisti, præclaré res tuas collocasti.

Cocear. Vide *Coz.*

Cocer. Coquo is. *La comida en el estomago.* Cibum conficere, concoquere. *Cocer en agua.* Aqua coquere. *Disminuir cociendo.* Decoquo, is. *Cosa cocida en agua.* Elixus, aqua coctus. *Cocerlo bien.* Percoquo, is. Benè coquere. *Lo que no has de comer dexalo bien cocer.* Quid tu ista curas, quæ ad te non attinent?

Cocimiento. Coctio, nis. Coctura, æ. Decoctum, i. Decoctus, us. Decoctio, nis.

Cocina. Coquina, culina, æ. *Vasos de cocina.* Coquinaria vasa. *Arte de cocina.* Ars condiendi cibos, & coquendi.

Cocinar. Condire cibos. Coquinariam artem exercere.

Cocinero. Coquus, i.

Cocinera. Coquineria ministra.

Cocinero mayor. Archimagirus, i. *Apenas hay cocinero, que no se aproveche del oficio.* Vix coquum invenias, quin sit milvinis, aut aquilinis unguibus.

Cochambre. Gravis odor culinæ.

Coche. Currus, us. Rheda, æ. *De dos caballos, ó mulas.* Bigæ, arum. *De quatro.* Quadrigæ, arum, Quadrijugus currus.

Cochero. Rhedarius, auriga, æ. *De quatro caballos.* Quadrigarius, ii.

Cocheras. Currus stabulum.

Cochinilla para teñir. Coccus, i. Coccum, i. Nux Indica.

Cochino. Sus, suis. Vide *Puerco.*

Cochura. Vide *Cocimiento. Pasar cochura por hermosura.* Medicinæ dolores, ac molestias sanitatis gratia perferre. Ambitionis mala propter honorem perpeti.

Coco del arbol, ó fruta. Vernis, is. *Para vino.* Scyphus ovalis. *Rosario del coco.* Corolla piacularis ex nucibus Indicis.

Cocos de niños. Puerorum terricula, terriculamenta, orum. *Andanos haciendo cocos.* Pericula nobis intentat. Volitat nobis ante oculos minaci ore, & aspectu.

Cocodrillo. Cocodrilus, i.

Coscorrón. Ictus capitis à virga. *Darle.* Virga caput leviter percutere.

Codicia. Cupiditas, aviditas, tis. *La codicia rompe el saco.* Fiducia pecuniam amisit. Camelus desiderans cornua, etiam aures perdidit.

No es cosa de codicia. Non est magnopere experiendum. Non est tanti.

Codiciar. Cupio, appeto, is. Aveo, es.

Codicioso. Cupidus, avidus, avarus.

No hay hacienda que este no codicie. Omnium fortunas avidissimè appetit. In omnium fortunas oculos avidissimè defigit, alieni cupiditate flagrat, trahitur, rapitur, inflammatur. Inhiat omnium opibus. Cujusvis rei pretiosæ splendore capitur. Ejus cupiditati nec Crœsi opes sufficiunt.

Codiciosamente. Avidè, cupidè.

Codicilo. Codicilli, orum.

Codigo. Justiniani codex.

Codo. Cubitum, vel cubitus, i. *Dar á uno de codo.* Cubitu aliquem aspernari, admonere. *Codazo.* Ictus cubiti

Codorniz. Coturnix, cis.

Cofia. Reticulum, i. Calenticula, æ.

Cofrade, ó Cofadre. Confrater, sodalis.

Cofradia, ó Cofadria. Confraternitas, sodalitas, tis. Sodalitium, ii.

Cofre. Scrinium cameratum, corio tectum. *Cofrecito.* Scriniolum arcuatum.

Coger. Lego, is. Colligo, is. *Coger flores.* Flore capere, decerpere. *Coger los frutos.* Fructus percipere. *Cogió el enemigo las cartas.* Hostis litteras intercepit.

Co-

Cogió la Ciudad. Urbem cepit. *Coger primero.* Prærripere aliquid, occupare.

Coger la caza, ó la pesca. Capio, is.

Coger por engaño. Astu capere. *Cogieronle en el hurto.* In furto, in adulterio, in scelere deprehensus est. *Cogióme descuidado.* Incautum me excepit, imparatum occupavit, oppressit. *Cogíle muchas faltas.* Multa ejus errata notavi, deprehendi.

Cogerle á palabras. Verbis aliquem conficere, verbi laqueo capere, tricis implicare, verborum captionibus circumvenire. *Mas presto cogen al mentiroso que al cojo.* Mendaces non sibi constant, paucisque interrogationibus deprehenduntur. *Cogíte claramente.* Planè à me deprehensus es, teque ita coargui, ut nec tergiversari, nec inficias ire possis. *Por todas partes estás cogido, no tienes que decir.* Teneris undique. Nullum tibi patet effugium.

Coger obreros. Conducere operarios.

Coger la ropa, ó doblarla. Synthesim, aut vestimenta complicare.

Cogedor de vasura. Excipulum, i.

Cogollo de lechuga. Lactucæ cyma. Thyrsi cyma, summus, teneriorque cauliculus.

Cogóte. Occiput, itis. Occipitium, ii.

Cogujada. Cassita, alauda, galerita, æ.

Cohechar. Muneribus aliquem corrumpere.

Cohecho. Repetundæ, arum.

Cohete. Papyraceum crepitaclum, nitrato pulvere oppletum. Ignis missilis.

Cohombro. Cucumis, eris. *Amargo.* Asininus, sylvestris, erraticus.

Cola con que pegan algo. Gluten, inis.

Cola de animal. Cauda, æ. *Para ojear moscas.* Muscarium, ii. *Cosa que tiene cola.* Caudatus, a, um.

Colear á uno. Repulsam victo occinere, exprobrare, caudam inclinare. *Colear el perro.* Cauda blandiri.

Colacion de convite. Bellariorum cœnula. Cœna deambulans. *De ayuno.* Refectiuncula vespertina. *De beneficio.* Beneficii collatio.

Colar, ó pasar. Transeo, is.

Colar por algun paño. Colo, as. Per qualum, aut cilicium liquorem purgare. *Colar como por mortero.* Eliquo, as. Liquorem ab uno vase guttatim in alterum effluere. *Colar el beneficio.* Beneficium conferre.

Coladero de mimbres. Colum, i. Qualus, i. *De cerdas.* Cilicium, ii. Setaceum cribrum.

Colada por do cuela el agua sucia. Colluviarium, ii. *Lo que por ello cuela.* Colluvies, ei. *Colada, ó cernada.* Lixivius cinis. *Echa algo en colada.* Lixivio aliquid eluere, abluere. *Todo saldrá en la colada.* Suo tempore hæc punientur.

Colateral, Altar. Altare ad latus situm.

Colaterales. Qui ad latus utrinque assident, congrediuntur, assistunt.

Colcha de cama. Lecti stragulum superius, arte elaboratum.

Colchado. Tomento fartus.

Colchón. Culcita, vel culcitra lanea, vel plumea, vel tomentitia.

Colchonero. Culcitrarius, ii.

Colegio. Colegium, ii.

Colegial. Collega, æ. Sodalis togatus.

Entró Colegial. Cooptatus est in Collegium. In Collegarum numerum ascitus, adscriptus est. In Collegarum album relatus fuit.

Colegir. Colligo, is. *Por congetura.* Conjicio, is. *De lo qual se puede colegir, que no hay cosa que &c.* Ex quo effici, colligique potest, nihil esse, quod, &c. *Á lo que yo colijo de su semblante, no piensa en eso.* Quantum ex vultu ejus intelligo, non id agit.

Colera, humor. Flava bilis. *Enojo.* Ira præceps. Brevis furor. *Descargó en mí la colera.* In me stomachum erupit. Concepti furoris virus in me effudit, evomuit.

Pasósele la colera. Deferbuit ira. Resedit iræ impetus, remisit, quievit.

Colerico de complexion. Biliosus, cholericus, in quo bilis prævalet. *De condicion.* Iracundus, proclivis ad iram. *Está colerico.* Ira percitus est. Excandescit, ardet iracundia. *El humor colerico se cura con vomitar.* Cholericis vomere salutare est, vomitus omnibus, qui cholera laborant vel maximè prodest. *No irrites al colerico.* Ignem ferro non cœdito. Ursi fumantem nasum ne tentaveris.

Coleto. Colobium scorteum. *De ante.*

Co-

Colobium ex pelle bubalina.

Colgar, ó ahorcar. Suspendo, is.

Colgar ó pender de otro. Ex alio pendere.

Colgar una sala ó Iglesia. Aulæ, vel templi parietes peristromatis ornare, aulæis vestire. *Estar colgado.* Pendeo, es. *Estoy como colgado.* Pendeo animi. Suspenso animo sum, ac solicito.

Colgada cosa. Pendens, pendulus, suspensus, a, um. Pensilis, e.

Colgadura rica. Aulæa, orum. Peristromata, um. Ceripetasmata, um. *Colgadura ordinaria.* Triclinaria stragula.

Colgajo de uvas. Uvæ pensiles, pendentes. Pensilium uvarum funiculus.

Colica. Colicus dolor. Coli vitium.

Coliflor. Brassica Pompejana.

Colirio. Collyrium, ii.

Collado, ó colina. Collis, is.

Collar precioso. Torquis, is.

Collar de perro. Millum, vel Millus, i.

Collera. Tomex, icis.

Colmar. Cumulo, as. Adaugeo, es.

Colmadamente. Cumulatè.

Colmo. Cumulus, i.

Colmena. Alveus, i. Alvestre, is. Alvearium, ii. *Colmenar.* Apiarium, ii. Alvearium, ii.

Colmenero Apiarius, meliarius ii.

Colmillo. Dens columellaris, caninus.

Colmillido viejo. Vide *Murmurador.*

Colocar. Colloco, as. Statuo, Pono, is.

Colodrillo. Occiputium, occiput, itis.

Colonia. Fasciola serica.

Coloquio. Colloquium, collocutio, nis. *En verso, como Comedia.* Drama, tis.

Color. Color, oris. *Color quebrado.* Color subpallidus. *Rojo.* Flavus. *Leonado.* Fulvus. *Nucarado.* Roseus. *Encarnado.* Rufus, puniceus. *Morado.* Violaceus, ferrugineus. *De azafrán.* Croceus. *De grana.* Coccineus. *De carmesí.* Purpureus. *De rosa seca.* Xerampelinus.

Colores de Pintores. Pigmenta, orum. *Mezcla de colores.* Colorum temperatio, commissura. *El que los hace, ó vende.* Pigmentarius. *Color perfecto.* Satur, plenus color. *Valiente, vivo.* Pertinax, floridus, vegetus, vividus. *Color desmayado.* Dilutus, remissus. *Muerto.* Evanidus, fugax, obsoletus. *Color obscuro.* Surdus, lentus, austerus. *Cosa de un mismo color.* Concolor, is. *De diversos colores.* Versicolor, oris.

Color que sale al rostro. Rubor, oris. Roseus pudor. *El que se ponen las mugeres.* Pigmentum, purpurissum, i. *Ponersele.* Faciem fucare, fuco pingere, pigmentis oblinire, linire. *Salieronle los colores al rostro.* Erubuit. Rubore suffusus, perfusus est. *Ibasele un color, y otro se le venia.* Incertus illi erat vultus, crebra coloris commutatio. *Con color, ó socolor de piedad hacia su negocio.* Religionis specie rem promovebat. Hac pietatis larva res suas agebat.

Colorar, dar color. Coloro, as. Colorem picturæ inducere, inficere.

Contrabando. Merx edicto prohibita.

Contrabaxo, voz. Succentor, oris.

Contradecir. Contradico, is. Obsto, adversor, repugno, obsisto, resisto, reclamo. *En esto todos le contradicen.* In hoc omnes illi adversantur, ab illo dissentiunt, discrepant, ab ejus sententia abhorrent. *En esto se contradice, no va consiguiente.* In hoc sibi non constat, secum pugnat, sibi obstat, à seipso deficit, repugnantia, & inter se contraria dicit.

Contradiccion. Contradictio, reclamatio,

tio, repugnantia, refutatio.

Contradictorias. Pugnantes sententiæ, quæ simul veræ, aut falsæ esse non possunt. *Contradictorio juicio.* Quæstio, aut controversia forensis. *En contradictorio juicio fue vencido.* In judicio repulsam tulit.

Contraer matrimonio. Matrimonium contrahere, matrimonio conjungi.

Contrahacer. Assimilo, as. Vide *Remedar. Contrahacer la firma.* Chirographum, aut manus alicujus imitari, adulterare. *Contrahacer escrituras.* Tabulas adulterare, transcribendo corrumpere.

Contrahecha cosa. Adulterinus, a, um.

Contralto, voz. Incentor, oris.

Contramina. Contrarius cuniculus.

Contraminar. Cuniculos ex adverso agere, contrariis cuniculis occurrere.

Contrapeso. Libramentum. Libramen, nis. Æquilibrium.

Contrapesar. Libro, as. Compenso, as.

Contraponer. Objicio, oppono, is.

Contraposicion. Antithesis, is.

Contrapunto. Chroma, tis. Harmonicus sonus. *Echar el contrapunto, realzar una cosa.* Rem expolire, expendere, amplificare. *En la Musica.* Modulata voce [illegible] sonorum personare.

Contrario. Contrarius, adversus, oppositus, adversarius. *Lo contrario haces de lo que prometiste.* Contra facis, atque pollicitus es. *En todo me eres contrario.* In omnibus mihi adversaris, mecum pugnas. Gravis mihi semper, & infestus es. Nunquam non mihi obstas. *Al contrario sucedió de lo que todos pensaban.* Contra accidit, atque erat omnium opinio. Contra quam omnes opinabantur. *Por el contrario.* Contra, contrariò, contrariè, è verso, versa vice.

Contrascarpa. Fossæ pars muris adversa.

Contraseña. Tessera, symbolum, i.

Contrastar. Opugno, impugno, as. Adversor, aris. *No pude contrastarle.* Eum coercere, frangere non valui.

Contraste. Libripens, dis. Explorandis ponderibus præfectus. *Contrastes.* Vide *Desgracias.*

Contratar. Vide *Concertar. Casa de contratacion.* Commerciorum domus, negotialis.

Contrato. Conventio, conventum, i. Vide. *Concierto. No tuve trato ni contrato con él.* Nihil cum eo rationis habui.

Contratreta. Fraudis depulsio, doli frustratio, contrarius cuniculus.

Contrecho, ó contrahecho. Captus membris, corpore mendosus, distortus.

Contribuir. Contribuo, pecuniam in commune conferre, impendere.

Contribucion. Contributio, collatio, nis.

Contricion. Contritio, nis. Peccati detestatio, quatenus est offensa Dei.

Controversia. Questio, nis. Controversia, æ. *El primero, ó peor sin controversia.* Facilè princeps, vel facilè deterrimus.

Controvertida cosa. Controversus, a, um. *Materia muy controvertida.* Multum sæpè quæsita, ac difficilis res. Cic.

Contumáz. Contumax, cis. Obstinatus.

Contumacia. Contumacia, æ. Obstinatio, nis. *Disteisme contumacia.* Fecistis funus absente me à prandio.

Contumelia. Convitium, contumelia, æ.

Conturbar. Conturbo, as, confundo, is.

Conturbantes. Turbulenti, turbatores.

Convalecer. Convalesco, is. Valentiorem fieri, è morbo recreari.

Ya he convalecido del todo. Jam planè valeo, convalui, vires collegi, recepi. Confirmatus à morbo omnino sum. Valeo jam, ut solebam, satis bellè pristinas vires recuperavi.

Convalecencia. Valetudinis confirmatio, à morbo recreatio

Convaleciente. É morbo recreatus.

Convencer. Convinco, coarguo, is. *Convencerle he facilmente.* Paucissimis verbis hominem conficiam, nullo negotio convincam. Gladio illum plumbeo jugulabo. *Convencesme.* Adducis me, ut tibi assentiar. *Convencido de tan grave delito.* Tanti sceleris manifestus.

Convencilo con su firma. Suo illum chirographo convici.

Convenir. Convenit, expedit, decet, conducit, oportet. *No hallo por donde convenga eso.* Non video, qua de causa id fieri oporteat, quamobrem id expediat. *En esto convenimos.* Hoc mihi tecum, vel inter nos convenit. Hoc inter nos constat.

Con-

Conviene á saber. Scilicet, videlicet.

Convenible hombre. Qui cum quovis facilè convenit, obsequio promptus.

Conveniente. Conveniens, congruens, decens.

Conveniencia de cosas. Rerum concinnitas, concentus, congruentia, convenientia. *Conveniencia, ó comodidad.* Commodum, i. *Atender á su conveniencia.* Rationem sui commodi ducere, habere. *Cada uno de ordinario mira mas á sus conveniencias, que al bien público.* Suas quisque rationes Reipub. saluti ferè præponit.

Convento. Cœnobium, Monasterium, ii.

Conventiculos. Conciliabula, conventicula suspecta, cœtus occulti.

Conversar con alguno. Familiariter agere cum aliquo. Familiares sermones cum eo conferre. Esse alicui familiarem. Cum aliquo versari, consuetudinem habere.

Conversacion. Familiaris sermo, usus familiaris, consuetudo cum aliquo. *La mucha conversacion es causa de menosprecio.* Nimia familiaritas contemptum parit.

Convertir. Converto, is. Aquam in vinum convertere, infideles ad fidem.

Convertirse. Ad frugem bonam se recipere. Se totum ad Deum convertere. Animum à scelere revocare. Á vita flagitiosa, & impura ad honestatem traduci. Á vitæ turpitudine recedere, honestamque vivendi rationem inire, suscipere.

Conversion. Conversio, nis.

Convidar. Invito, as. Aliquem ad convivium vocare. *El que convida.* Vocator.

Convidarle con la paz. Agere cum aliquo de reditu in gratiam, appellare.

Convidado. Conviva, æ. *El que acude cada dia.* Quotidianus convictor.

Convite. Convivium, ii. *En honras de difunto.* Epulum funebre. *Entre parientes.* Charistia, iorum. *En boda, ó bautizo.* Geniale convivium, nuptiale. Repotia, orum. *Cosa de convite.* Convivalis, epularis, e.

Dió un gran convite. Epulum dedit lautum, & splendidum. Magnificè, & splendidè convivium comparavit. Opiparè, & laute convivium instituit, omnigenis lautitiis apparavit, quæsitissimis epulis instruxit.

Copa. Patera, æ. Poculum, i. *Copon, ó Copa grande.* Crater, eris. Sciphus, i. *Copa de arbol.* Arboris fastigium. *Copa de sombrero.* Galeri capacitas. *Copas en los naipes.* Carchesiorum folia.

Copero. Pincerna, pocillator, oris.

Copete. Frontis apex. Surrecti in fronte crines. *Perendengues en el copete en los niños.* Aures, vel argenteus scorpius. *En las mugeres.* Corymbus, i.

Copetudo. Elatus. Vide *Altivo.*

Copia. Copia, abundantia, æ. *De palabras.* Facundia, dicendi copia, dicendi facultas, verborum abundantia, ubertas. Orationis flumen. *Copia tiene el Frayle.* Luxuriat verbis.

Copia de carta. Litterarum exemplum.

Copiar. Vide *Trasladar, y retratar.*

Copioso. Copiosus, abundans.

Copiosamente. Copiosè, abundanter, prolixè, uberrimè, plena manu, fusè.

Copla. Versus consoni. *Entenderse á coplas.* Versibus invicem mordent. Jambis se mutuò petunt, mutuis dicteriis se pungunt. *El que dice la copla, te la hace.* Dum sibilat serpens, mordet.

Copo de lana, ó lino. Pensum, i. *Copos de nieve.* Cœlestis aquæ spuma. Tacitarum vallus aquarum.

Copula. Coitus venereus. Concubitus.

Corage. Implacabilis iracundia, animi rabies. *Corajudo.* Implacabilis, inexorabilis. Pertinax in ira.

Coral. Coralium, ii. Lapillus ruber.

Coraza. Corica, æ. Torax ferreus. *Corazas, los que las traen.* Equites loricati. *Tentarle las corazas.* Virtutem alicujus experiri. Periculum de eo facere.

Corazon. Cor, dis. *Amole de corazon.* Illum ex corde amo, ex animo diligo, ex intimis præcordiis. *Digolo de todo corazon.* Ex animi sententia loquor. *No tengo corázon para ver esto.* Non sustinet animus hæc aspicere. Abhorret animus hoc spectaculo misero, & acerbo. *El corazon me lo decia.* Animus id malum præsagiebat. Hac suspicione sum perculsus.

Corazon del arbol. Arboris medulla, cor. Matrix, cis. *Corazon de la fruta.* Vulva, æ. *Del Invierno.* Media hyems, summa vis hyemis.

Co-

Corazoncillo. Corculum, i.

Corchera. Subera capsa.

Corchete de vestido. Uncinus, i. *Los de la justicia.* Satellites, um.

Corcho. Suberis cortex.

Corcoba. Gibbus, i. Gibba, æ. Gibber, eri, vel eris. *Corcobado.* Gibber, a, um. Gibberosus, Gibbus, a, um. Gibbo deformis.

Corcobo de cavallos. Equi subsaltatio ad excutiendum sessorem. *Dar corcobos.* Subsultim onus detrectare.

Cordél. Funis, funiculus, i. *El de los Carpinteros.* Amussis, is. *Apretarle los cordeles.* Aliquem urgere, premere. Confessionem, aut consensum alicui extorquere.

Dar cordelexo. Vide *Motejar.*

Cordelero. Vide *Soguero.*

Cordera. Agna, æ. *Cordero.* Agnus, i. *En leche.* Lactens, subrumus. *Tardio.* Cordus, i. *Es un cordero en la condicion.* Homo est suavis, & mitis, miti lenique natura.

Cordial cosa. Quod animum recreat, cordique salutare est. *Cordialmente lo ama.* Ex animo illum diligit

Cordillera. Radix montis æqualis, vel perpetui collis dorsum.

Cordon. Funiculus, i. *De Frayle.* Funiculus nodosus. *De cerco en la guerra.* Sepes militaris. *Echarle.* Sepem ducere. *Apretarle.* Urbem obsidione premere.

Cordonero. Funium textor, limbolarius, vel limborarius, i.

Cordován. Pellis caprina concinnata.

Cordura. Prudèntia, cor, dis. *Quanto mas cordura tuviere, tendrá menos lengua.* Quo plus illi cordis erit, eo erit & oris minus.

Corma. Lignea compes. *Echarle un corma.* Ligneam compedem illi induere.

Cornada. Ictus à cornu. *Dióle una cornada.* Illum cornu petivit.

Cornado. Minutia, æ, res minuta.

Cornales. Boum vincula. Lora, quibus boves sub jugum mittuntur.

Corneja. Cornix, cis. Cornicula, æ.

Cornejál. Agri angulus.

Cornerina piedra. Onyx, chis.

Corneta. Buccina, æ. Tuba coronea. *El que la toca.* Cornicen, buccinator.

Cornicabra, arbol. Terebinthus, i.

Cornija, ó cornisa. Corona, æ. *De Iglesia.* Parietum coronæ in templo ex opere intestino.

Coro. Chorus, i. Odœum, ei. *Decir de coro.* Memoriter recitare. *Cantar á coros.* Alternis canere.

Corista. Choro destinatus.

Corolario. Corollarium, appendix, cis.

Corona. Corona, æ. *De flores.* Serta, orum, corolla, æ. *Flores de la corona.* Coronamentum, i. *Corona de Rey.* Diadema, tis. *Del que triunfa.* Laurea, laureola, æ. *De Clerigo.* Verticis tonsura. *Abrir la corona.* Verticem abradere. *Corona de Rey, yerva.* Sertula Campana. *Cosa de corona.* Coronarius, ut herbæ coronariæ, aurum coronarium, coronarium opus.

Coronar. Coreno, as. Coronam, aut diadema alicui imponere. Redimire tempora lauro, laurea, aut sertis coronare, decorare.

Coronacion de Rey. Inauguratio, nis.

Coronado. Coronatus. Corona, aut laurea ornatus, sertis redimitus.

Coronilla de la cabeza. Vertex, icis.

Coronél. Tribunus militum. Chiliarchus, vel Chiliarcha.

Coronica, ó Chronica. Chronica, orum. Annales.

Coronista. Historicus. Historiæ scriptor.

Coroza. Cucullus infamis.

Corporal cosa. Corporeus, a, um. Corporalis, corporatus, corpus habens. *Corporales.* Sacra linteola Christi corpori subjecta.

Corpulento. Corpulentus, obessus, corpore amplo. *Corpulencia.* Corpulentia, æ. Corporis amplitudo, crassitudo.

Corral. Cors, tis, vel cohors, tis. *De bacas, ó ovejas.* Stabulum, i. Ovile, is. *De cartapacio.* Lacuna, æ. *Sacarle.* Explere lacunam. *Meterle las Cabras en el corral.* In summas angustias aliquem adducere.

Correa. Corrigia, æ. *De cosa pegajosa.* Lentor, oris. *Hacer correosa la cosa.* Lentesco, is. *No tiene correa.* Non fert facetiarum aculeos. Dicteria non sustinet.

Correoso. Lenteus, a, um. *Mas dura el*

el fuego, que prenda en madera correosa, y fuerte. Vivacior est ignis, qui cum lenta difficilique materia committitur. Plin.

Corrédor. Pergula, æ. *De Sol.* Solarium. *Corredor, que corre.* Cursor, is. *Corredor de la mercaderia.* Proxeneta, æ. Institor circumforaneus, mango, nis, pararius. *Corretage.* Proxeneticum, mangonis merces.

Corregir. Corrigo, emendo, as. *Reprehendiendo.* Corripio, reprehendo, is.

Corrector de libros. Corrector, emendator, mendorum castigator, Censor.

Correccion. Correctio, emendatio, nis.

Corregidor. Prætor, urbis Præfectus. *El Corregidor ha de ser prudente, grave, vigilante.* Animo Prætorem esse oportet, consilio, gravitate, vigilantia. *Hizo buen Corregidor.* Optimè prætorem egit. Magna cum laude Præturam gessit, Rempublicam administravit.

Corregimiento. Prætura, urbis præfectura.

Correo. Tabellarius, nuntius, cursor.

Correr. Curro, is. *Delante.* Præcurro. *Cuesta abaxo.* Decurro. *Por varias partes.* Discurro. *Correr en el campo.* Præcurro, excurro. *Dando carreras.* Curso, as. Cursito, as. *Correr la posta.* Dispositis equis, aut veredis pervolare.

Correr tras otro. Cursu aliquem insequi, persequi. *Correr al premio.* Currere, decurrere ad propositum præmium. *Correle la fortuna.* Fortuna utitur prospera, & benigna. Fortuna illi secunda aspirat. *Esto corre.* Hæc fama vagatur. Hic rumor increbescit.

Correr motejando. Cavillis in aliquem ludere. Aliquid in aliquo cavillare. *Corresme con tantas honras como me haces.* Pudore ex tuis laudibus afficior.

Correrse. Erubescere, pudere, pudore affici, rubore suffundi. *Corrido estoy de lo que hice.* Me facti, vel fecisse pudet. *Corrido va.* Pudore suffusus abit. Pudibundus abscessit.

Correr cosa liquida. Fluo, influo, is.

Correr de arriba. Defluo, delabor, eris.

Correr la cortina. Vide *Cortina.*

Correr Toros. Tauros agitare.

Corre riesgo. In discrimen adducitur, vocatur. *Correrà por su cuenta.* Ipse damnum præstabit, si quid acciderit. *Corren esta costa los moros.* Ora hæc maritima Maurorum excursionibus infesta est, piraticis navigiis infestatur.

Correria de Soldados. Excursio militum. *Hacerlas.* Excursionem facere in hostilem terram.

Corrida. Cursus, us. Curriculum, i. *De corrida lei las cuentas.* Rationes cursim legi.

Corriente de rio. Fluvius, ii. Fluxio, profluens, tis. *La corriente de la sangre.* Fluxio, vel fluxus sanguinis.

Corriente moneda. Vulgaris pecunia. *Hombre corriente.* Urbanæ dicacitatis contemptor. Qui nihil jocis, aut cavillis movetur. *Esto es cosa corriente.* Commune hoc est, & frequenter usurpatum. *Ya no corre eso.* Jam id obsolevit, desitum est.

Corrimiento. Distillatio. Rheuma, tis. Catarrus. *A los ojos.* Suffusio, nis.

Correncia. Ventris fluxus.

Corresponderse. Mutua cum aliquo officia usurpare, exercere, præstare. Mutuum cum aliquo facere, mutua benevolentia se prosequi. *Por cartas.* Mutuis litterarum officiis certare. *No correspondeis à mi voluntad.* Non mihi in amore, respondes. Non mihi parem benevolentiam præstas. Vide *Amor.*

Correspondencia. Amica officiorum vicissitudo. Officia mutua.

Correspondiente, ò corresponsal. Magnarius negotiator, qui in negotiis agendis alicui respondet.

Corro de bayle. Saltantium chorus, chorea.

Corro de gente, ò corrillo. Circulus, i. Corona. *Hacer corrillo.* Miscere cœtus. Conferre capita. *Echar algo en corro.* Rem in medium vocare, judicio multitudinis committere. *Murmurar en corrillos.* Collatis capitibus consusurrare. Circulatim rumores dissipare. *Los que hacen corrillos.* Circulatores.

Corroborar. Vide *Confortar.*

Corrobra. Compotatio in gratiam contractus. *Beber la corrobra.* Contractum compotatione celebrare.

Corromper. Corrumpo, vitio, as. Depravo, *Corrompido.* Corruptus, depravatus, vi-

vitiatus. *Corrupcion.* Corruptio, tabes, is. *De costumbres.* Morum corruptela. *Cosa que corrompe.* Tabificus, a, um. *Corrompedor.* Corruptor. *Ella.* Corruptrix, icis.

Corsario. Prædo, nis. Pirata, æ. *Andar en corso.* Piraticam facere. *Ser corsario en algo.* Callidum esse, ac versatum in aliqua re.

Cortar. Scindo, is. Seco, as. Cædo, is. Abscindo, reseco, as. Amputo, as. *Al rededor.* Circumcido, is. *Haciendo pedazos.* Intercido, is, in frusta concidere, resecare. *Cortar de alguna cosa.* Deseco, exseco, as. Decido, decerpo, is.

Cortar la cabeza. Frangere cervicem. *Cortaronle la cabeza.* Caput illi abscissum, amputatum est. Securi percussus est.

Cortar la pluma. Temperare calamum.

Cortar de vestir. Vide *Murmurar.*

Cortar el argumento. Argumentum præcidere, præcidere, eludere. *Quedóse cortado.* Hæsit tamquam in medio deprehensus. Oculi, vultus, verba illi subitò conciderunt. *Cortase facilmente.* Facilè obturbatur. *Que nos cortan.* Intercipimur ab hoste.

Corta de arboles. Arborum incisio, sylvæ cæsio, decisio. *Cosa que se corta.* Sectilis, sectivus, cæduus.

Cortadura. Sectio, scissio, scissura, æ.

Corta bolsas. Crumeniseca, æ.

Cortador, ó Carnicero. Lanius, ii. Lanio, nis.

Cortapisa. Correctio rei adhibita. *Con cierta cortapisa.* Correctione quadam adhibita.

Corte de cosa que corta. Acies, ei.

Corte de algun negocio. Ratio rei gerendæ, via. *Darle.* Rationem rei gerendæ inire, invenire, viam aperire. *No se qué corte se puede dar en esto.* Non video, qua ratione res decidatur.

Corte del Rey. Curia, æ. Regni sedes.

Cortejar. Vide *Agasajar.*

Cortes. Comitia, orum. *Tener cortes.* Conventum regni agere, celebrare. *Lugar donde se tienen.* Comitium, ii.

Cortés hombre. Urbanus, comis, humanus.

Cortesia. Urbanitas, comitas, humanitas. *Gran cortesia me hicieron.* Perhumaniter mihi assurrexerunt. Perhonorificè exceptus, & consalutatus fui.

Cortesmente. Humanè, urbanè, comiter.

Cortesano. Urbanus. *En su trato.* Politicus, civilis. *Cortesanamente.* Urbanè.

Cortesana. Meretrix urbana.

Corteza de pan. Crustum, crustula. *De melon.* Putamen, inis. *De arbol.* Cortex, icis. *La de dentro.* Liber, bri.

Cortijo, ó granja. Villa, æ.

Cortina. Cortina, æ Velum. *Correr la cortina cerrando.* Velum pandere, obtendere. *Abriendo.* Velum contrahere, reducere.

Corto. Brevis, curtus. *En hablar.* Verborum inops. Indisertus, infans. *Corto, encogido.* Timidus, pusillanimis. *Corto de vista.* Oculis hebetioribus. *Corto en dar.* Illiberalis, strictus, parcus, tenax. *Andar corto en ocasiones.* Parcum & illiberalem se interdum exhibere. Parum pro eo, ac debet, tribuere, præstare.

Cortamente. Parcè, illiberaliter.

Cortedad. Brevitas, tis. *De vista.* Hebetes oculi. *De ingenio.* Ingenii tenuitas, tarditas, exiguitas. *De animo.* Timiditas, pusillus animus. *Cortedad en hablar.* Verborum inopia. *En dar.* Tenacitas, illiberalitas.

Corva de la pierna. Poples, tis. *En las bestias.* Suffrago, inis. *Corvadura.* Curvatura, æ. Curvamen, inis.

Curva cosa. Curvus, aduncus, incurvus.

Corvata. Carbasus è collo pendens.

Corvejon de bestia. Suffrago, inis.

Corvetas. Vide *Gambetas.*

Corzo. Subulo, nis.

Cosa. Res, ei. *No es cosa.* Nihil ad rem. *No hay cosa con cosa.* Permixta, & conturbata sunt omnia. *No es cosa de cuidado.* Nihil est quod solliciti sitis, vel nihil ex eo sum sollicitus. *No vale cosa.* Nihil prodest. *No dices cosa con cosa.* Vix tua cohæret, aut constat oratio. *Qué de cosas! y quan pocas palabras!* Quàm multa! quàm paucis! Cic.

Coscoja. Folium aridum. Quisquiliæ.

Coscorron. Vide *Cocorron.*

Cosecha, ó Cogecha. Fructuum perceptio. Proventus, us. *La cosecha pende del*

del tiempo. Agrorum fructus perlevi sæpè fortunæ momento, & inclinatione temporis pendent. *Esto tengo de mi cosecha.* Hoc mihi malum natura insitum est. Huic vitio natura obnoxius sum.

Coselete. Levis armaturæ miles.

Coser. Suo, is. Consuo, is. *Coser uno con otro.* Assuo, is. *Coser lo que está roto.* Sarcio, is. *Coserse con la tierra.* Ad terram se demittere, adjicere, submittere.

Cosmografia. Mundi descriptio. Cosmographia. *Cosmographo.* Cosmographus, i.

Coso. Circus, i. Cavea, æ. Arena, æ.

Cosquillas. Titillatio, nis. *Hacer cosquillas.* Titillationem alicui movere. Attrectatione corporis risum excitare. *No sufre cosquillas.* Non jocis assuevit. Non fert jocorum lasciviam.

Cosquilloso. Proclivis ad iram.

Costa. Sumptus, us. Impensa, æ. Impendium, ii. *Hacer la costa.* Sumptum facere de suo. *Querian reirse á mi costa.* Ludibrium mihi adornabant. Meo rubore risum, plausumque captabant. *No quieras acomodarte á costa de otros.* Noli alienis incommodis commodum tuum persequi. *Quiere que le sirvamos á nuestra costa.* Obsequium exigit à nobis gratuitum.

Costas del pleyto. Litis æstimatio. *Salió condenado en costas.* Litis æstimatione mulctatus est.

Costa del mar. Littus, oris. Ora maritima. *Andar por la costa.* Littus obire.

Costear la campania. Oram campaniæ legere. Campaniam prælegere. *Cornel. Tacit.*

Costar. Consto. Sto, as. *Piensas que esto no cuesta nada?* An putas hoc constare gratis? Nullo labore, nulla industria perfici?

Caro le costó la burla. Non impunè procax fuit. Malè illi petulantia cessit. *Nunca mucho cuesta poco.* Difficilia quæ pulchra. *Podeislo hacer, sin que os cueste nada.* Impunè hoc feceris.

Costilla. Costa, æ. *No tiene costilla para tanto.* Facultates ejus sumptibus non sufficiunt. Tantos sumptus non ferunt.

Costado. Latus, eris. *Dolor de costado.* *El que le tiene.* Pleuriticus.

Costal. Saccus, i.

Costosa cosa. Sumptuosus, lautus, a, um.

Costosamente. Sumptuosè, lautè.

Costra. Crusta, æ. Crustula, æ.

Costumbre. Mos, oris. Consuetudo, usus us. *Iba delante, como es costumbre.* Præibat de more, ex consuetudine, ut mos est, ut moris est. *Hay costumbre de esto.* Invaluit hic mos, increbuit hic usus, & consuetudo. More majorum ita comparatum est. Id jam usus, & consuetudo suscepit, obtinuit. Id in consuetudinem venit. Hæc inducta consuetudo est. Solemne istud est, usu, & consuetudine receptum.

Costumbre fue entre los Romanos. Mos fuit apud Romanos. *Contra la costumbre es esto.* Novo more hoc fit, nulloque exemplo. *Renovar la costumbre.* Antiquam rem referre, revocare, renovare.

Aun dura esta costumbre. Adhuc hic mos viget, perseverat. Tenetur etiam nunc hæc consuetudo, servatur, retinetur, vim adhuc, & robur habet. Nondum nobis è manibus disciplina majorum effluxit.

Costumbre envejecida. Consuetudo inveterata. *A la mala costumbre, quebrarla la pierna.* Abusus, & corruptela non sunt ferenda. Malo modo malus adigendus est cuneus. *No mudará de costumbre.* Non resipiscet. Callum in scelere obduxit. Frangas citiùs, quàm corrigas, quæ in pravum induruerunt. Numquam efficies, ut rectè ingrediantur cancri. Consuetudo est altera natura. *Hombre de buenas costumbres.* Vir optimis moribus, bene moratus, honestè, & liberaliter educatus, modestus, frugalis. *De malas.* Corruptis, pravisque moribus. Vide *Vicioso.*

Costura. Sutura, æ. Sarcimen, inis.

Costurera. Sarcitrix, sarcinatrix, cis.

Cota. Lorica. *De malla.* Hamis conserta.

Pagar la cota. Pro rata solvere.

Cotejar. Confero. Vide *Comparar.*

Cotejo. Collatio, comparatio, nis.

Cotidiano. Quotidianus, creber, frequens.

Coto. Terminus præfinitus, Meta, æ. *Poner coto.* Terminum præfinire, metam prescribere. *Coto, Prado.* Pascua prohibita.

Coto de mano. Pugni mensura.

Cotonia. Linum xylinum.

Cotorra. Psicatus fœmina.

Cotral, buey. Bos vetulus.

Co-

Covacha. Latibulum, i.

Covarde. Ignavus, timidus, meticulosus.

Covardia. Ignavia, timiditas. *Covardemente.* Ignavè, timidè.

Coxico. Anxietas, scrupulus, i.

Coxijoso. Anxius, morosus.

Coxin. Pulvinus equitantis.

Coxo. Claudus, i. Altero, vel utroque pede captus, debilis. *Coxear.* Claudico, as. *Coxera.* Claudicatio, nis.

Coyunda. Lorum, i.

Coyuntura. Commissura, junctura, æ. Vide *Juntura*, *Coyuntura de tiempo.* Temporis opportunitas. Occasio, tempus. *Venis á buena coyuntura.* Tempestivè, opportunè, peropportunè advenis, in tempore venis. *No perdamos la buena coyuntura.* Temporis opportunitate utamur. Vide *Ocasion.*

Coz. Calcis ictus. *Diòle una coz.* Calcem illi impegit. Calce illum percussit. *Á coces le echó de alli.* Calcibus illum abegit. *Dar á uno de coces.* Calcibus aliquem subigere. Pessumdare aliquem.

Cozear, tirar cozes. Calcitro, as. Calces conjicere, adjicere, jaculari.

Cozeador. Calcitro, nis. Calcitrosus.

C ANTE R.

Crecer. Cresco, is. *Con el tiempo.* Adolesco, is. *Crece el mal.* Malum serpit, gliscit, augescit. Pestilentia grassatur, increbescit. Morbus ingravescit, invalescit. Lues diffunditur, latius emanat.

Crecida cosa. Auctus, adultus, a, um. *Crecido en edad.* Adulta ætate, vel ætatem adultus, ætate provectus, provecta ætate homo.

Creciente del mar. Æstus, us. *Del rio.* Alluvies, ei. Alluvio, nis.

Crecimiento. Incrementum, accretio, accesio. *De calentura.* Febris accessio.

Creer. Credo, is. Fidem alicui habere. *Creeme, que es asi.* Ita res est, mihi crede. *Creolo.* Credo, pro certo habeo, in animum induco, mihi persuadeo ita esse. *No acabo de creerlo.* Nondum adducor, ut credam. *No me lo harás creer.* Non facies mihi fidem, neutiquam persuadebis. *No lo creeré, aunque lo jures.* Nec jurato tibi crediturus sum. *Ver, y creer.* Magis est oculis, quam auribus habenda fides. *Ir con tiento en materia de creer.* Noli citò credere. Credulitas noxia sæpè est. Ne credulum te præbeas. *Los buenos facilmente creen.* Credulitas optimi cujusque mentem facilè irrepit. *Á otro que os lo crea.* Alium quære, cui centones farcias. Plaut.

Credulo. Credulus. Qui facilè credit.

Credencia. Abacus, i. Repositorium.

Credito. Fides, ei. *En no pagando á tiempo, se pierde el credito.* Solutione impedita fides concidit. *Mas es su credito, que su caudal.* Fide est, quàm re locupletior. *Será credito de tu prudencia prevenir este lance.* Prudentiæ tuæ erit hoc malum præcavere, huic malo occurrere, providere id ne fiat.

Creencia de los Christianos. Christiana fides. *Facilidad en creer.* Credulitas.

Creible. Credibilis, verisimilis. *Hagase creible el discurso.* Fidem faciat oratio. Qui fidem exigunt, fidem adstruant.

Creyentes. Credentes, fideles.

Crencha. Discrimen capillorum.

Crepusculo. Lux dubia. Crepusculum.

Crespo. Crispus, a, um. Crispulus.

Cresta. Crista, æ. Cristula, æ. *Ave con cresta.* Avis cristata.

Cria. Fœtus, us. Partus, us.

Criatura, cosa criada. Creatura, res creata. *Criatura, niño.* Infans, tis. Pusio, nis. *Todas las criaturas.* Omnia, quæ à Deo creata sunt. Res creatæ omnes.

Creacion. Creatio, nis. *Del mundo.* Mundi principatus, initium, origo.

Criador. Creator, procreator. Mundi opifex, rerum conditor.

Criar. Creo, as. Procreo, as. Gigno, is.

Dios crió todas las cosas. Res universas Deus fecit, effecit, creavit. Rerum omnium auctor, & effector Deus est. Ipse est rerum omnium conditor, & artifex. Deus ex nihilo cuncta condidit, eduxit, excitavit. À Deo cuncta profecta sunt. Ab uno Deo principium habent, originem trahunt.

Criar aves, ó animales. Altilia pascere, farcire, sanguinare. *Criar con leche.* Nutrio, is. *La que cria.* Nutrix, icis. *Tal crianza.* Nutricio, nutricatio, nis. *Cria*

al cuervo, y sacarte ha los ojos. Ale luporum catulos.

Criar en buenas costumbres. Liberos honestè educare, liberaliter instituere, bonis moribus instruere, informare. *Bien criado.* Probè, piè, honestè, liberaliter educatus. Liberalibus disciplinis instructus, eruditus. Honestis ac piis moribus informatus, imbutus. *Mal criado.* In luxu, ac deliciis educatus. Nimia parentum indulgentia corruptus, pravis moribus imbutus.

Crianza, ó enseñanza. Institutio, educatio. *Buena.* Honesta, liberalis. *Crianza, ó policia.* Urbanitas, comitas, tis. *No tiene rastro de crianza.* Ne vestigium quidem honestæ educationis in eo apparet. Omnis humanitatis expers.

Criado. Famulus, minister, servus.

Concriado. Conservus, i. *Criado que acompaña.* Pedisequus, i. *Para mandados.* Emisarius. *Malmandado.* Tardus, piger, contumax. *Encomendar á cada criado lo que ha de hacer.* Suam cuique provinciam servo dare, officiique admonere. *Nada hacen bien, sino por el castigo.* Ita sunt ingenio improbi, ut officium malo suo cogantur commoneri. *No hacen mas que comer, y hurtarme quanto tengo.* Nihil aliud faciunt, nisi rem meam conficiunt, atque avertunt.

Criada. Famula, ancilla, æ. *Que acompaña.* Pedisequa. *Que compone al ama.* Quæ dominam ornat. Ornatrix, icis. *La que tiene las llaves, como ama.* Administra, æ.

Criadillas de la tierra. Tubera, um. *Las de carnero.* Testiculi, orum.

Crimen, ó delito. Crimen, inis.

Criminal cosa. Criminalis, criminosus.

Criminalmente. Criminosè.

Crines. Crines, ium. Capilli. *Hacer las crines á un lugar de la Escritura.* Viam sternere, munire ad confirmandum aliquid Sacræ Paginæ testimonio, sententia, auctoritate.

Criollo. Patria Indus, genere Hispanus.

Crisma. Chrisma, tis. Unctio sacra.

Crismar. Chrismare aliquem, ungere.

Crisol. Catinus, quo metallum excoquitur. Tosconium vas.

Crisolito, piedra. Chrysolitus, i.

Cristál. Christallus, i. *Christalino, cosa de christál.* Christallinus, a, um.

Cristiano. Vide *Christiano.*

Critico. Criticus, severioris notæ, & judicii homo. *Muy preciado de critico.* Qui cum censoria virgula, & critica falce natus esse videtur. *Criticos dias.* Critici dies, decretorii. *Hablar critico.* Vide *Culto.* *Critica.* Quæstio ex litteris humanioribus, aut ex floribus philosophiæ.

Crivo. Cribrum, quo palea purgatur.

Criva. Cribrum, i. Vannus, i.

Crocodillo. Vide *Cocodrilo.*

Cronica. Vide *Coronica.*

Conographia. Temporum descriptio.

Crucificar. Hominem cruci affigere, suffigere, in crucem agere, tollere. *Crucificado.* Cruci affixus, suffixus. Crucifixus.

Crucifixo. Christi imago crucifixi.

Crudo. Crudus, a, um.

Crudeza. Cruditas, tis. *Del mucho comer se engendra la crudeza, y de la crudeza la enfermedad.* Ex intemperantia cruditas, ex cruditate morbus existit, efficitur.

Cruel. Crudelis, immanis, inhumanus. Ferus, durus, dirus, sævus. Omnis humanitatis expers. Ferreus, atrox, immitis, implacabilis, inexorabilis. *Notablemente cruel.* Singulari præditus inhumanitate, & crudelitate. Immanitate bestias superans. Cujus præter cœteros est immanitate crudelitas. Alter Phalaris. Atreo, & Busiride crudelior. Omni diritate atque immanitate teterrimus.

Crueldad. Crudelitas, immanitas, sævitia, diritas, inhumanitas, tis. *Usaron conmigo de grandisima cueldad.* Usus sum iis crudelissimis. Cic.

Cruelmente Crudeliter, dirè, atrociter, inhumanè, immaniter, sævè.

Cruxir. Strideo, es.

Cruxia. Fari, orum. *Pasar cruxia.* Vexari, exagitari, malè habere.

Cruz. Crux, icis. Patibulum, gabalus, i. *Hacer la señal de la cruz.* Crucis signo se munire. *Haciase cruces.* Usque mirabatur, inopinata re perculsus. Rem satis mirari non poterat.

Cruzar de una parte á otra. Ultró, citròque cursare. *Cruzar los brazos.* Brachia

chia decussare. *Cruzarle la cara*. Novacula faciem ejus deformare. Decussato vulnere os ejus fœdare, deturpare.

C ANTE U.

Cuba. Cupa, vel cuppa, æ.
Cubero. Cuparum artifex.
Cubeto. Seria, æ. Vas salsamentarium.
Cublilete. Acetabulum, i. Caliculus, i. Pyxis, i. Turricula, æ.
Cubo de rueda. Modiolus, i. *De muralla*. Rotunda muri turris.
Cubrir. Tego, obtego, is. Obduco, is. Operio, cooperio, is. *Con velo*. Velo, as. Velo tegere. *Con barro*. Oblino, is. Oblimo, as. *Con planchas*. Laminis tegere.
Cubrirse el Cielo de nubes. Cœlum nubibus obduci, obscurari.
Cubierto. Tectus, coopertus, velatus.
Cubierta. Tegumen, tegumentum, integumentum, operimentum, i.
Cucas de niños. Cupediæ, arum. *Malacuca de muchacho*. Puer improbus, nequam, morosus.
Cucaracha. Multipeda, æ. Porcellio, onis.
Cuchar, ó cuchara. Cochlear, vel cochleare, is. *Cucharada*. Cochlearium, ii. Quod capit cochlear *Mete tambien su cucharada*. Imperitus apud doctos judicium interponit suum.
Cucharon. Tudicula, Cochleare majus.
Cuchilla de alabarda. Securis, is.
Cuchillo. Culter, tri. Cultellus, i. *De cortar plumas*. Scriptorius cultellus. Graphiarius gladiolus. Scalprum librarium.
Cuchillada. Vulnus cæsim inflictum. *Darla*. Gladio cædere, cæsim ferire. *Brava cuchillada le dieron*. Luculentam plagam accepit.
Cuchillero. Machæropus, i.
Cuchuchearse. Aliquos inter se mussare, mussitare.
Cuclillo. Cocyx, gis. Cuculus, i.
Cuello. Collum, i. Cervix, icis. *De camisa, ó jubón*. Collare indusii, aut thoracis. *Hasta el cuello*. Collo tenus.
Cuellegido. Collare angustum.
Cuellerguido. Erecto collo. Superbia elatus. *Andar muy cuellierguido*. Elato, & tumido collo incedere.

Cuenca del ojo. Oculi pelvis, cavum.
Cuenda. Funiculus, quo decussata fila tenentur. *Madexa sin cuenda*. Non homo, sed scopæ solutæ.
Cuenta, ó qüenta. Ratio, ratiocinium, supputatio. *Echéme mi cuenta*. Duxi meam mecum rationem. *Bien estás en la cuenta*. Rectè rationem tenes. *Haya buena cuenta, y blanca no parezca*. Ratio constet, nec nummus appareat. *Hacer cuentas*. Rationes conferre, computare, subducere. *Ajustarlas*. Ad nummum convenire. *Tomar algo en cuenta*. Aliquid in acceptum referre. *Meterlo en la cuenta*. In rationem id inferre.
Yo lo pondré á tu cuenta. Ego tibi expensum feram. *Yo no hice mas que leer las cuentas*. Ego ad rationes nihil præter lectionem adhibui.
Cuentas viejas, barajas nuevas. Vel optima nomina, non appellando, mala fiunt. *Al dar la cuenta me lo dirèis*. Ad amusim, & libellam te revoco. *Haz cuenta, que te llaman à cuentas*. Fac te ad calculos vocari. *Haceis la cuenta sin la huespeda*. Sine hospitis sententia rationem putas.
Dar, ó tomar cuenta de algo. Reddere, vel exigere rationem de aliqua re. *Ten cuenta con esto*. Id curæ, & diligentiæ tuæ committo. In hanc rem incumbe. Hoc age. *Corre por mi cuenta*. In me recipio. Mea fide suscipio. *Correrá por tu cuenta si se perdiere*. Tu periculum præstabis, si res perierit. *Hacer cuenta que está presente*. Habere rationem absentis. *No es hombre de cuenta*. Nullo loco habetur, nullo ordine, nullo numero.
Cuentas del Rosario. Sphærulæ precatoriæ, calculi piaculares.
Cuento de lanza. Contus, i.
Cuento, ó fabula. Fabella, narratio, apologus. *Donoso cuento*. Lepida narratio. Festivum commentum. *Es cosa de cuento*. Apologus, & merum commentum est. *Gusta de cuentos*. Fabellis delectatur. Fabularum auditione ducitur, capitur.
Cuento de maravedis. Decies centena teruntiorum milia. *Hacedlo, si os está á cuento*. Id velim facias, quod commodo tuo fiat, si erit cum commodo, & utilitate tua conjunctum. *No me está á cuento*. Non est è re mea. *Cada uno sabe bien*

su

su cuento. Ad suum quisque quæstum callidus est.

Cuerda. Funis, funiculus, i. *De vihuela.* Chorda, nervus, fides, ium. *Para cerrar, y abrir redes, bolsas, velos.* Epidromedes, um. Epidromi, orum. *Cuerdas del cuerpo.* Tendones, um. *Del navio.* Rudentes. *Trato de cuerda.* Tormenti genus, quo reus, rejectis in tergum manibus, fune susppensus præceps demittitur. *Dar cuerda.* Remissiùs, aut lenius agere. Rem prorogare. *Por debaxo de cuerda.* Clam, clanculum, furtim. *Echó por debaxo de cuerda quien le acusase.* Accusatores ille subornavit, submisit, qui illum accusarent.

Cuerdo. Prudens, tis. Cordatus, vir. *Á ley de cuerdo, no hará él tal cosa.* Id quidem, si sanus, est, nequaquam faciet.

Cuerdamente. Sapienter, prudenter.

Cordura. Prudentia, æ. Cor, dis. *Que quanto tienen mas cordura, hablan menos.* Quibus, quo plus est cordis, eo est & oris minus.

Cuerno. Cornu, u. *El que le toca.* Cornicen, inis. *Cosa de cuerno.* Corneus, a, um.

De dos cuernos. Bicornis, e. *El que los tiene.* Corniger, cornutus, a, um. *El que hiere con ellos.* Cornupeta, æ.

Cuernecillo. Corniculum, i.

Cuero de la carne. Cutis, is. *De animal.* Corium, tergus, oris. *Cuero curtido.* Aluta, æ. *Para vino.* Uter, tris. Utriculus, i. *Del cuero salen las correas.* Ex ipso bove lora sumuntur. *Está hecho un cuero.* Vino madet. Ebrius est. Bacchi mystes. *Estar en cueros* Nudum omni veste esse. *Cosa de cuero.* Scorteus, coraceus, a, um. *De entre cuero, y carne.* Intercus, tis.

Cuerpo. Corpus, oris. *Muerto.* Cadaver. *Sin cabeza.* Truncus. *Pequeño.* Corpusculum. *Gentil.* Elegans, venustum, *En cuerpo se quedó.* Abjecto pallio, expeditus stetit. *Tener cuerpo una cosa.* Rem densam, aut crassam esse. *Tiene poco cuerpo.* Tenuis, aut gracilis est. *El hombre tiene cuerpo, el Angel no.* Homo corporeus est, Angelus incorporeus.

Cuerpo de Guarda. Statio militaris. *Hacer cuerpo de Guarda.* Stationem agere. *Los que la hacen.* Stationarii. *Hurtar el cuerpo al golpe.* Ictum corpore effugere.

Cuerpo de libro. Tomus, i. Liber, bri.

Cuerpos de muger. Exomides, um. *Cosa de dos ó tres cuerpos.* Bicorpor, aut tricorpor, oris.

Cuervo. Corvus, i. Corax, cis. *Cuervo marino.* Mergus, i. *Cuervos te saquen los ojos.* Corvi tibi effodiant oculos.

Cuesco de fruta. Ossiculum, os, ossis.

Cuesta. Clivus, i. *Ir cuesta arriba.* Clivum ascendere, ardua subire, superare. *Muy cuesta ariba se me hace.* Arduum, ac difficile mihi videtur. *Cuesta abaxo.* Descensus, us. Declivitas. Locus declivis, vel declivus. *Tiene de su parte la cuesta, ylas piedras.* Habet in causa superiora omnia.

Cuestas. Vide *Espaldas. Tomarle á cuestas!* Tergo illum excipere, sustinere. *Traer á cuestas.* Humeris tollere, *He de traer á cuestas las desdichas de este hombre?* Ruinas fortunarum ejus mihi impendere sentiam?

Cueva. Specus, us, spelunca, antrum, spelæum. *De fieras.* Lustrum, latibulum.

Cueva de infierno. Spiraculum graveolentis Averni.

Cuevano. Cophinus, i. Corbis, is.

Cuezo. Fabrorum feretrum, sandapila.

Cugujada. Vide *Cojugada.*

Cuidado. Cura, solicitudo, diligentia.

Con cuidado. Acuratè, diligenter.

Cuidados me dan pena. Hærent animo meo curæ semper conficiæ. Discrucior animi solicitudine. Me curæ, & solicitudines vexant, lacerant, respirare non sinunt. Curæ molestissimæ me urgent, angunt, exagitant. Multis curis, ac maximis suspensus mihi est animus. Curarum stimuli hærent cordi sic infixi, ut somnum capere, aut quiescere non sinant.

Esto le da cuidado. Hoc illum angit, pungit, mœstum, ac solicitum habet. Ex hoc solicitus est.

Quiero librarte de este cuidado. Ea te cura liberatum volo. Hanc tibi solicitudinem eximam.

Echar de si los cuidados demasiados. Animum à solicitudine abducere, avertere, avocare. Curarum molestiis se abstra-

trahere, expedire. Curas abigere, abjicere.

Ya me veo libre de cuidados. Omni jam cura, & solicitudine vacuus sum. Ab omni cura solutus sum, ac liber. Omnibus me curis exsolvi, expedivi. Jam omnibus curis laxatus sum.

Todo cuidado pongo en vuestros negocios. Toto animo de te, rebusque tuis cogito. Nullum tempus prætermitto de tuis rebus cogitandi. Omni cura, & studio in res, & negotia tua incumbo. Omnes meas vigilias, & cogitationes ad res, & negotia tua refero. Omnem operam, industriam, diligentiam in rebus tuis agendis, procurandis insumo, impendo, adhibeo. Summo studio, & diligentia rebus tuis consulo. Omnes meæ vigiliæ, mihi crede, in tuarum rerum procuratione consumuntur.

Por el cuidado con que mirares por su salud, mediré lo que me estimas. Quantam diligentiam in valetudinem ejus contuleris, tanti me fieri à te judicabo.

Con cuidado estoy de eso. Id mihi curæ est, præ oculis habeo. Cave putes me ejus rei curam abjecisse.

Cuidadoso. Diligens, studiosus.

Cuidar. Curo, as. Curam alicui rei impendere, adhibere. *No cuido sino de salvarme.* Nihil laboro, nisi ut sim salvus. Omnes meas curas, & cogitationes in animæ salute procuranda locavi. In unam salutis curam incumbo. Id unum ago, id unum mente, & cogitatione verso quemadmodum salutis meæ rationem expediam.

Cuita. Vide *Miseria, congoxa.*

Cuitado. Miser, misellus, infelix.

Culantro, ó cilantro. Coriandrum, i.

Culantrillo de pozo. Terræ supercilium. Capillus Veneris. Adiantum, i.

Culata de arcabuz. Sclopi pars posterior.

Culebra. Coluber, bri. Anguis, is. Serpens, tis. *Del agua.* Natrix, cis. *Cosa de culebra.* Colubrinus, serpentinus, a, um.

Culebrear. Serpo, is.

Culebrina, tiro. Culebrina, æ.

Culpa. Culpa, æ. Noxa, æ. Erratum. *No tengo la culpa de de mi daño.* Meo itão pereo, culpa in me est, in me residet, hæret in me noxa tantæ calamitatis. Mea culpa mihi acciderunt, meo merito evenerunt. Ego mihi perniciem accersivi. In foveam incidi, quam extruxi. Meo laqueo captus sum. Mearum compedum faber fui. In mea viscera gladium converti.

Echar la culpa del uno á otro. Culpam unius in alium derivare.

No tengo culpa de esto. In hac re omnis sum expers culpæ, nullius mihi culpæ conscius sum. Extra culpam sum. Nec culpa in me, nec ego in culpa sum. A culpa longè absum. Procul abest à me culpa. Culpa vaco, careo. Liber, & vacuus sum ab omni culpa.

Culpar á otro, echarle la culpa. Culpam in aliquem conferre. Culpam illi adscribere, assignare, imponere, impingere, atribuere. Culpæ aliquem arguere, illum in culpa ponere. Causari ejus perfidiam. In te residet facti suspicio. Bellum tibi acceptum feremus.

Culpado. Sons, tis. Nocens, tis. Reus culpæ affinis, particeps sceleris. *No me culpeis en lo mismo en que vos seis culpado.* Noli in eo me accusare, in quo & ipse reus es. Hoc à me non requiras, ne tibi ego idem reponam. *Estado de culpado.* Reatus, us.

Culpable. Criminosum, culpandum. *Esto es en ti culpable, en mi no.* Hoc tibi criminosum est, mihi non item.

Cultivar el campo. Agrum colere. *El ingenio.* Omni eruditione animum excolere, expolire. *Cultivado ingenio.* Non vulgari eruditione ingenium excultum, perlitum.

Cultivo de campo. Agricultura, æ.

Culto divino. Veri Dei, rerumque sacrarum cultus, veneratio.

Culto hombre. Qui à communi loquendi usu abhorrens, quæsitissimis verbis stylum crispat, & infuscat, reconditorumque verborum usu à paucis intelligi amat, sermonisque insolentia docti, & ingeniosi nomen exambit. *Hablar culto.* Exquisitiùs sermocinari. Comptiùs eloqui. Quæsito orationis cultu plausum captare.

Cultura. Cultus, us. Ornatus, us. *En hablar.* Verborum concinnitas, orationis cultus.

Cum-

Cumbre. Culmen, nis. *De monte.* Jugum, i. Montis vertex, cacumen, supercilium.

Cumplir lo prometido. Promissis stare. Promissa servare, implere, exequi, exhibere, tueri, præstare. Fidem suam liberare. Votum reddere, persolvere. Promissis non deesse, satisfacere.

Cumplido hombre. Plenus officii, in officiis attentus, & diligens. *Cumplidamente.* Plenè, satis, abundè, cumulatè.

Cumplimiento de lo que falta. Supplementum. *De palabras.* Officiosa verba. *Hacer algo por cumplimiento.* Perfunctoriè aliquid exequi. Moris dicisque causa, non ex animo aliquid facere, præstare. *Quanto hago por vos, me pagais con cumplimientos.* Pro maximis in te meritis officiosa mihi verba reddis. *Todo es cumplimiento ese hombre.* Omnibus se venditat. Nihil aliud quàm officiosa verba reddit.

una. Cunæ, arum. Cunabula, incunabula, orum.

Cundir. Serpo, is. *Cunde el mal por muchas partes.* Serpit quotidiè malum, longè, latèque diffunditur. Latiùs opinione disseminatum creseit in dies, multasque Provincias occupavit.

Cuña para hender. Cuneus, ei. *Mete cuña.* Discordiarum sator. *Acuñar, ó apretar con cuña.* Cuneo, as. Cuneis adactis aliquid firmare.

Cuño. Siguum, i. *Cuñar moneda.* Monetam cudere. Nummum signare.

Cuñado. Cevir, i. Sororius, ii.

Cuñada. Fratris uxor. Glos, ris.

Cupula de la bobeda. Tholus. i.

Cura de Iglesias. Curio, nis. Parochus.

Cura de enfermedad. Curatio, medicina, medela. *Alargar la cura.* Curationem ducere, protrahere, producere. *Encarecer la Cura.* Vim morbi, aut difficultatem verbis augere, amplificare ad medicinæ commendationem.

Curar. Curo, as. Medeor, dedicor, aris. Medicinam facere, adhibere. Medicas admovere manus, ægrum sanare, morbos pellere. *El tiempo lo cura todo.* Mala omnia tempore decrescunt, desinunt, fieiuntur.

Curarse con alguno. Medico uti. *Con achaque de curarse, fue à los baños.* Per speciem curationis balnea petivit.

Curador de menores. Curator oris. *Salir de curador.* Excedere è curatoris potestate, è tutelari patrocinio.

Curaduria. Tutella, æ.

Curadero de lienzos. Fullo, nis. *Donde los cura.* Area æ.

Curia. Curia, æ. Sedes consilii publici.

Curia Eclesiastica. Fori Ecclesiastici sedes.

Curiales. Qui forensia negotia curant, expediunt, remittunt.

Curioso. Curiosus, a, um. *No seas curioso en cosa de Fè.* Noli divina misteria curiosiùs rimari, scrutari. Noli de fidei mysteriis, vel in fidei mysteria curiosus inquirere. Quæ captum tuum superant, noli exquirere. *Què cosa tan curiosa!* Quàm affabrè facta, & perpolita res!

Curiosidad. Curiositas, tis. Insite mortalibus abdita rimandi libido. *Curiosidades.* Res affabrè facta. Artefacta, curiosè elaborata.

Curiosamente. Curiosè. *Curiosamente labrado.* Artificiosum opus.

Cursar en escuelas. Frequentare Academiam. Scholas celebrare, frequenter adire. *Curso de Leyes.* Assiduam Jurisprudentiæ dat operam. Jurisprudentiæ candidatus est.

Cursado. Expertus, exercitatus.

Curso del tiempo. Decursus temporis. *Hace curso aqui el humor.* In hanc partem humor confluit.

Curso de Universidad. Semestre curriculum litterarium. Semestris frequentatio Academiæ in aliqua facultate. *El curso hace maestro.* Exercitatio nihil non perficit. Usus & studium mira operantur.

Curtir cueros. Coria mascerare. *Curtome para pastor.* Ad labores obduresco. *Curtido de trabajos.* In rebus difficillimis spectatus, rebus adversis exercitus, laboribus, & ærumnis assuefactus. Qui ad ærumnas animum obduravit, ad labores obduruit, occalluit.

Curtidor. Coriarius, ii.

Custodia del Santisimo Sacramento. Pyxis sacra, Hierothecha, æ.

Cuyo, cuya. Cujus, a, um.

D AN-

D ANTE A.

DAca. Cedo. *Daca una vara.* Cedo virgam. *Daca la otra.* Cedo alteram.

Dadivas. Munera, um. Munuscula, dona, orum. *Dadivas quebrantan peñas.* Muneribus vel Dii capiuntur. *Ninguna dadiva se ha de desechar.* Donum quodcumque dat aliquis, proba.

Dadivoso. Liberalis, largus, munificus, beneficus, benignus, a, um.

Dado. Talus, taxillus, i. Tessera, æ. *El mejor punto en el dado.* Venus, eris. *El peor.* Canis. *No le echaran dado falso.* In occipitio quoque oculos habet. *Lo mejor de los dados es no jugarlos.* Præstat cavere, quam adire periculum.

Dado á una cosa. Multus in aliqua re, frequens, creber, assiduus. *Dado al juego, y á la caza.* Aleæ, & venationi deditus, addictus, devotus. *Dado á vicios.* Vitiosus. *Á mugeres.* Mulierosus. *Á vino.* Vinosus.

DADO que (concesivo) Ut. *Y dado que.* Quod si. Et si. *Dado que se oponga, no la llevará.* Ut petat, non tamen dignitatem obtinebit. *Pero dado que sea asi, se acomodaremos con el tiempo.* Verum fac ita sit, cedemus tempori. *Y dado que lo huviera hecho, se le havia de perdonar.* Et si fecisset, vel quod si fecisset, ignoscendum ei fuit.

Daga. Sicca, æ. Pugio, nis.

Dalmatica. Dalmatica, æ.

Damas. [illegible] cultu, & specie non vulgari. C[illegible]mptæque fœminæ. *Dama de la Reyna.* Virgo nobilis, Reginæ comes, pedisequa. *Guardadamas.* Eunuchus, aut anus puellarum in aula custos. *Dama de alguno.* Amica, æ. *No andes como dama.* Ne gressibus incedas mollioribus.

Dameria. Fastidium delicatulum.

Damasco. Damascenum sericum.

Danza. Saltatio, chorea, tripudium.

Danza de espadas. Pyrrhica, æ. *De matachines.* Saltationes mimicæ. *Tambien entrais en la danza.* In eadem suspicione vocaris. In eodem discrimine versaris. In eadem es damnatione.

Danzar. Saltare ad numerum. Tripudio, as. Choros exercere, agitare. *Danzar en corro.* Pueros, puellasque manu consertas sertim circumducere. *Danzar sin son.* Saltare extra numerum.

Danzante. Saltator, oris. *Danzadora.* Saltatrix, cis. *El que guia la danza.* Choragus, i. *El que la tañe.* Choraules, is.

Dañar. Noceo, lædo, obsum, officio, is.

Daño. Damnum, jactura, incommodum, detrimentum, pernicies, ei.

Vos habeis causado este daño á la Republica. Hanc tu calamitatem Reip. attulisti, hanc pestem importasti, invexisti, hoc illi vulnus infixisti, imposuisti, hanc illi perniciem comparasti. Hæc damna Reip. intulisti, hæc mala, detrimenta peperisti. Hanc à te plagam gravissimam accepit. His à te incommodis Resp. affecta est.

El mismo se hace daño. Ipse sibi obest, sibi obstat, sibi injurius est. Suam ipse causam prodit. Ipse suo capiti fraudem capitalem creat. In sua viscera convertit arma.

Hay otro daño, que, &c. Illud quoque accedit incommodum, quod, &c. *Cosa que no reciba daño.* Indemnis, e. Illæsus, a, um. *Que no le hace.* Innoxius, innocuus, a, um.

Dañosa cosa. Noxius, infestus, perniciosus, pestifer, damnosus, exitialis.

Muy dañoso es á los mozos el vicio deshonesto. Nulla nocentior pestis adolescentibus, quàm veneris voluptas. Nullum venenum frequentiùs propinatur, suaviùs ebibitur, periculosiùsque in animum illabitur. Nulla pernicies major luxuria, ac libidine. Ab hac adolescentibus innumera mala oriuntur, proveniunt, existunt. Ab ea juvenes in multa mala incidunt, multis afficiuntur incommodis.

Dañada intencion. Malus animus. *Dañada fruta.* Poma putrida, vermiculosa.

Dar. Do, as. Præbeo, es. *De gracia.* Largiri, donare, liberaliter erogare.

Dar la mano al caido. Jacentem erigere. Dexteram porrigere afflicto, & jacenti. *Darle lo que ha menester.* Suggerere, suppeditare alicui, quibus est opus, ad victum necessaria subministrare. *Darle el dinero de antemano.* Præ manu pecu-

niam illi dare. *Darlo por bien hecho, ó por nulo.* Ratum, vel irritum facere, habere.

Dar palabra de casamiento. Fidem in matrimonium dare, obstringere. *Habiendose dado palabra uno á otro.* Fide data, & accepta. *Donde las dan las toman.* Dedi malum, & accepi. *Dieronnos por buenos.* Pares in certamine habiti, judicati sumus.

Dar el parabien. Gratulor tibi tanti viri affinitatem, vel de adventu.

Dar á guardar el dinero. Pecuniam alicui credere, ejus fidei committere.

Dar fianzas. Satisdo, as. *Dar satisfaccion á alguno.* Satisfacere alicui.

Dar á estajo. Opus faciendum locare. *Dar á escoger.* Dare, vel facere alicui optionem. *Quien da presto, da dos veces.* Cum fieri properat gratia, grata magis. *Dióle en rostro con su miseria.* Tenacitatem illi objecit, parsimoniam exprobravit. *Dame en rostro su poca limpieza.* Tædet, sordes & squalorem hominis aspicere. *Dióle en lo vivo.* Altè hominem pupugit.

Dar testimonio, dar fé. Testor, testificor, aris. Testimonium perhibeo.

Dar á entender. Significo, indico, as. *El nos dará en que entender.* Negotium nobis facesset, molestiam exhibebit. *Darle de codo por desprecio.* Cubito aliquem rejicere, aspernari. *Avisandole.* Cubito aliquem monere. *Dame lastima este mozo.* Hujus adolescentis me miseret. *Dióme parte de esto.* Me de hac re commonuit, certiorem fecit, reddidit. Vide *Comunicar.*

Dar cuenta al Corregidor. Rem ad Prætorem deferre, referre.

Dar su cargo. Dicere causam, crimen diluere. *Dar la razon.* Rationem subjicere. *Dióme de palos, de coces.* Fustibus me cæcidit, calcibus abegit. *Dióme una bofetada, un pescozon.* Alapam mihi impegit, colaphum mihi duxit, inflixit.

Darle por libre. Hominem absolvere, culpa liberare, solutum dimittere. *Darse priesa.* Festino, propero, accelero, as. Vide *Priesa.*

Dar de si el paño, ó la piel. Pannum, aut pellem laxari, produci, laxiorem fieri. *No dá de si.* Nihil remittit de jure suo. *Darse por agraviado.* Malè secum agi existimat. Injuriam sibi factam putat. *Diste en ello.* Rem acu tetigisti. *Luego que le vi me dió mala espina.* Ubi eum vidi, gravi suspicione sum perculsus.

Darse á buena vida. Indulgere genio, conferre se totum ad quietem. *Darse á la caza.* Venationi se dare, venatui plus justo indulgere. *Darse al estudio.* Se litteris, vel in litteras abdere. In studia litterarum incumbere. *Dióse tan buena maña, que.* Tantam adhibuit diligentiam, adeo strenuè se gessit, ut.

Darse los cercados. Dedere se, deditionem facere. *Darse por vencido.* Dare manus. Herbam porrigere. Victoriam adversario concedere. Victum se fateri. Pro victo se gerere. *Dióse por perdido.* Actum de se pronunciavit. *Dió con la carga en tierra.* Sub onere concidit. Onere oppresus est. Onere succubuit.

Dar tras uno. Hominem persequi, insectari. *No te dan, y quexaste?* Ante tubam trepidas? *No des que reir.* Ne committas, ut risum aliis commoveas. Ne te sociis, aut civibus deridendam præbeas. *No se le da nada de cosa de este mundo.* Omnia susque deque habet. Nulla re commovetur.

Dar de [illegible] Rejicere, aspernari [illegible] *Menospreciar.* [illegible] *visitas.* Salutantes excludere. [illegible] *dando en una cosa, no hay sacarle* [illegible] *ello.* Quod semel instituit, ab eo d[illegible] non potest.

Dar muestras de si. Specimen sui [illegible] bere. *Dadlo por hecho.* [illegible]um puta.

Dar gusto á uno. Gr[illegible]licui facere, obsequium præstare. [illegible] Hominem molestia afficere, molestiam illi exhibere. *No me da pena eso.* Ea de re non laboro Nihil ex eo sum solicitus. *Que se me da á mi de eso?* Quid hoc ad me?

Dares y tomares. Altercationes, contentiones. *Hubo sobre eso sus dares y tomares.* Altercationibus acta res est. *Dióse y tomóse sobre esto.* In utramque partem agitata res est. Utrinque acriter disceptatum est.

DEMOS que (modo concesivo) Finge. Fac. *Demos que no lo hiciese á mal hacer.* Finge, te non sponte nocuisse. *Demos que quiera, quién se lo ha de estorvar?*

sar? Fac velle, quis prohibebit? *Demos que se haya informado.* Quæsierit sanè. Cic. *Demos que no sea, á lo menos puede parecerlo.* Ne sit, sanè videri certè potest. Cic.

Daragontéa, yerva. Dracunculus, i.

Dardo. Spiculum, pilum, telum, i.

Data, ó fecha. Data. Datum. Datæ. *Dada en Roma.* Data, vel Datum Romæ. *De una data son ambos.* Eodem in ludo docti, ejusdem farinæ. Ovo prognatus eodem. *El negocio está de mala data.* Inclinata res est. Pejore loco res esse non potest.

Dataria. Libellorum Pontificiorum magister.

Datil. Fructus palmæ. Dactylus, i, Caryota, vel caryotis, dis. Palmula, æ.

Dativo. Dandi casus, tertius casus.

D ANTE E.

DE (*preposicion*) A, vel ab, de, ex. *Estar, ó ser de parte de alguno.* Esse, stare, facere ab aliquo. *De derecho me toca.* Ex jure meum est. *De suy[illegible]ta.* De suo vivit, aut sumptum faci[illegible]

DE (*al lugar*) *De dónde, ó de qué lugar?* Unde? *De alguna parte, ó lugar.* Aliunde. *De aqui.* Hinc. *De ahi.* Istinc. *De alli.* Illinc. *De otra parte, ó lugar.* Aliunde. *De arriba.* Supernè. *De abaxo.* Infernè. *De cerca.* Cominus, è proximo. *De lexos.* E longinquo, à longè. Eminus, peregrè.

DE (*al [illegible]*) *De quando acá?* Ex [illegible] *[illegible] ayer acá.* Ab hesterno die. *De [illegible] esta parte.* Jam inde ab octavo die. *De aqui á quando?* Quousque? *De aqui á pocos dias.* Post dies non multos. *De aqui á tres dias.* Post triduum. Ad tertium, vel post tertium diem. *De hoy á mañana.* Propediem. *De aqui adelante. De hoy mas.* Dehinc, posthac. *Á VECES denota causa, y en Latin se hace con Præ: No estoy en mi de enojo.* Mentis impos sum præ ira. *De gozo.* Præ gaudio. *De miedo.* Præ formidine. *De verguenza.* Præ pudore. *De puro cuidado no podia chancear.* Præ solicitudine jocari non poteram. *Á VECES se hace sin præ: Loco de amor, y de miedo.* Amore metuque amens. *De zelos, ó envidiá.* Æmulatione, & invidia. *Precipitado de colera.* Ira, & furore præceps. *Presumido de valiente.* Conscia virtute tumens. *Furioso de atrevido envistió conmigo.* Audacia furens impetum in me fecit. *Á VECES denota modo: De secreto asistieron.* Ex occulto intervenerunt. Clam interfuerunt. *De acuerdo se juntaron.* Ex composito convenerunt. Consultò coivere. *De proposito me salieron al encuentro.* De industria mihi ocurrerunt. *De sobresalto le cogieron.* Ex improviso exceptus est. *De priesa.* Properè. *De corrida.* Cursim. *De paso.* Obiter. *De espacio.* Lentè, sensim. *De buena gana.* Æquo animo, libenter.

Dean. Decanus, i.

Deanato. Decani dignitas.

De balde. Gratis, gratuito. *Cosa que se da de balde.* Gratuitus, a, um. *Piensas que esto se da de balde?* Putasne hoc constare gratis? *De balde me quieren mal.* Nullo meo merito me odio habent.

Debaxo. Sub, infra, subter. *Poner debaxo.* Suppono, subjicio, is. *Estar debaxo.* Subsum, es. *Debaxo de su dominio.* Sub ejus potestate, aut dominio. *Está debaxo de su proteccion.* Est in ejus fide, & clientela. *Tienenos debaxo.* Nos infra se habet, subditi illi sumus. In ejus, aut sub ejus potestate sumus. *El que está, ó viene debaxo.* Infernas, tis. Inferus, a, um.

Debate. Contentio, altercatio. *Despues de muchos debates.* Post multas altercationes. *Debatir.* Certo, decerto, as. Contendo, is.

Debil. Debilis, infirmus, imbecillus.

Debilidad. Debilitas, tis.

Debilitar. Vide *Enflaquecer.*

De bruces está echado. Pronus jacet. *De bruces bebe.* Pronus bibit.

De camino. Obiter. *Para que hagamos esto de camino.* Ut hoc obiter exequamur. Ut interim explicemus. *Harto tiempo habia para ir de camino á la granja, y volver.* Satis erat diei, ut in villam excurreret, & rediret. Cic.

Decender. Descendo, is. Vide *Descender.*

Decendientes. Posteri, orum.

Dentar á pan. Panem integrum delibare, carpere, vellicare.

Decente. Decorus, conveniens, decens.

Decentemente. Decorè, decenter.

Decencia. Decorum, i. Honestas, tis.

De cerca. Cominus, è proximo.

Dechado. Exemplar, is. Exemplum, specimen, archetypus, i.

Decidir. Decido, is. Controversiam finire, litem dirimere, distrahere.

Decision. Decisio, diremptio litis.

De cierto. Certè, certò.

Declamar. Declamo, as. In umbra dicendi artem exercere. *Declamar muchas veces.* Declamito, as.

Declamacion. Declamatio, nis. Umbratilis dicendi exercitatio.

Declarar. Declaro, as. Explico, expono, explano, aperio, exprimo, edissero, is. Interpretor, aris. Loco obscuro, ac difficili lucem attulit, adhibuit.

Declarar sus deudas. Profiteri æs alienum. *Declararse por protector de algunos.* Patrocinium aliquorum profiteri. *Declaróse por el Rey la victoria.* Inclinavit ad Regem victoria. *Declararle por Rector.* Rectorem aliquem renunciare, publicare.

Declarar como testigo. Testor, testificor, aris. Testimonium dicere. Dicere pro testimonio.

Declarar el delito, y los complices. Profiteri indicium.

Declaracion. Declaratio, expositio, explanatio, enodatio, explicatio. *Declaracion ante el Juez.* Denuntiatio, nis. *De algun testigo.* Testimonium, ii.

Declinar. Declino, as. Inflecto, is.

Declinar juriedicion. Forum ejurare.

Declinacion. Declinatio, inflexio nominis. *De enfermedad.* Morbi decessio.

De contado. Vide *Dinero. Pagólo de contado.* Continuó pœnas dedit.

Decorar. Memoriæ mandare. Vide *Memoria. Decirlo de coro.* Memoriter recitare. Ex memoria exponere. Sine scripto dicere.

Decoro. Decorum, i. *Guardar su decoro.* Decorum servare. Rationem habere dignitatis suæ. Vide *Punto.*

Decrepito. Decrepitus, senio confectus, qui ad summam senectutem pervenit.

Decretar. Decerno, statuo, constituo, is.

Decreto. Decretum, statutum, i. *Del Senado.* Senatusconsultum, i. *Del Pueblo.* Plebiscitum, i.

Decuria de estudiante. Thema in Latinum versum.

Decurion. Decurio, nis. Exactor, is.

Dedicar. Dico, as. Dedico, sacro, consecro, as. *Dedicacion.* Dedicatio, nis.

Dedicarse á un ministerio. Alicui muneri se addicere, devovere.

Dedicatoria de libro. Epistola, vel oratio dedicatoria.

Dedico á V. S. este libro. Multis de causis hunc tibi librum nuncupare debeo, multis tibi nominibus dicatum volui. Multa sunt, que me movent, ut hasce lucubrationes tuis auspiciis in lucem edam. Tui me nominis splendor allicit, ut huic operi patronum ambiam. Tua in me beneficia exigunt, ut laborum meorum fructus tibi potissimum deberi existimem.

Dedo. Digitus, i. *Pulgar.* Pollex, is. *El que está junto á él.* Index, icis. *El de medio.* Digitus medius. *El que está des[illegible] de él.* Annullarius, medicus. *El men[illegible].* Digitus minimus, auricularis. *Comiase los dedos por ello.* Cibum[illegible] dus vorabat, nec gustare modo, sed regustare videbatur. *Señalar á uno con el dedo.* Digitum in aliquem intendere. Digito aliquem signare, prodere, indicare. *No son los dedos de la mano iguales.* Nec pares digiti, nec pares ingenio, aut virtute fratres. *Alza el dedo.* Sublato in altum indice, rem con[illegible] *No le lleva un dedo.* Ne transver[illegible]em digitum, aut latum ungu[illegible]

Dedal. Digitale, is. Digitabulum, i.

De dónde? Unde? *De do quiera que, ó de donde quiera.* Undelibet. *De donde quiera que.* Undecumque.

De dos en dos. Bini, æ, a. *De tres en tres.* Terni. *De quatro en quatro.* Quaterni.

Deducir. Colligo. Vide *Inferir.*

Defalcar. Abscindo, is. Reseco, as, amputo, imminuo, decido, is.

Defecto. Defectus, us. Mendum, i.

Defectuoso. Imperfectus, mendosus.

Defender. Defendo, tueor, tutor, aris. Patrocinor, aris, Vide *Sustentar.*

Defenderse, aunque sea con peligro de

de mi vida. Vel cum vitæ meæ periculo tibi adero, & à te semper stabo. Quamvis pro te contentionem, certamenque suscipiam, vitam tuam, vel in meæ salutis discrimine defendam, tuebor, propugnabo. Acerrime pro te pugnabo, contendam, certabo, dimicabo. Saluti, ac præsidio tibi esse conabor. Salutem fortunasque tuas ab injuriis quibuscumque vindicabo, prohibebo. Magna mihi erit pro tua dignitate contentio. Me tibi acerrimum, constantissimum salutis tuæ defensorem præstabo, præbebo.

Defender la entrada á los enemigos. Pro aditus defensione hostium impetum excipere, sustinere. Illis aditum præcludere. Ab ingressu, & accessu hostes arcere, prohibere.

Defender el Alcazar. Stare pro arce. Arcem propugnare, tueri. *Por este camino procuran defenderle.* Hæc defensionis ratio, viaque tentatur.

Defensa. Defensio, nis. Patrocinium, propugnatio. *Salir á la defensa.* Causam suscipere, defensionem recipere, patrocinium tueri.

Defensor. Patronus, i. Defensor, propugnator, tutor. *De la libertad.* Libertatis vindex, assertor.

Defensora. Patrona, propugnatrix.

Definir. Definio, is. Rei naturam describere, explanare.

Definicion. Definitio, nis.

Definidor. Religiosus judex.

Deformidad. Fœditas, turpitudo.

Defraudar. Defraudo, as. Decipio, is.

De fuera. Foris. *Por defuera.* Extrinsecus. *De fuera vendrá quien de casa nos echará.* Hospes domesticos exturbat.

Degenerar. Á præclara parentum stirpe degenerare. Á pietate, & virtute majorum deficere, desciscere. Á patriis institutis cives deflectere, abhorrere.

Cómo has degenerado de tus antepasados? Ita ne verò ex tam clara familia tam illiberale facinus est ortum? Quid ita ingenium, genusque tuum pravis immutas moribus? Ideo ne majores tibi nomen, & opes tradiderunt, ut eorum virtute parta per flagitia perderes?

Degollar. Hominem jugulare, securi percutere, ferire. Cervices frangere. *Dexarse degollar.* Jugulum, aut cervices dare, præbere. Pecorum more jugulari. *Degollaronnos mucha gente.* Permulti ex nostris cæsi sunt. Magnam cladem accepimus. *Hame degollado.* Omnem mihi spem præcidit. Consilia mea prævenit, antevertit, prævertit. Consiliis meis obstitit. Conatus meos elusit.

Degolladero. Locus cædi destinatus. *Por donde deguellan.* Jugulum, vel jugulus, i.

Deguello. Jugulatio, nis.

Degradar. Sacerdotali dignitate presbyterum ritè exuere, abdicare, privare. Sacerdotem indignum, & scèleratum deponere, exaugurare, puniendumque sæculari potestati tradere, addicere, adjudicare. *Degradacion.* Degradatio, exauguratio, nis.

Dehesa. Pascua, orum.

Deidad. Divinitas. Deitas, tis.

Dejarretar. Vide *Desjarretar.*

Delante. Ante, coram. *Hablar delante del Pueblo.* Ad populum, vel apud populum verba facere. *Delante de todo el mundo.* In omnium ore, atque oculis. *Delante de los ojos le traygo.* Ob oculos mihi versatur. *Ir delante.* Vide *Ir.* *Vé delante, que ya voy.* I præ, sequar. Ter.

Delantál. Supparus, vel supparum, i.

Delantero. Prævius, qui præcedit.

Delantera. Prægressio, primus locus.

Delantera de casa. Ædium facies. *De Exercito.* Prima acies. *Llevar la delantera.* Præcedere, præcurrere, præire.

Delatarle á la Inquisicion. Ad sacrum fidei tribunal nomen ejus deferre.

Delator. Delator, is. Vide *Malsin.*

Delegar. Delego, as. Vices suas alicui demandare, facultatem delegare, vicariam potestatem dare. *Delegado.* Delegatus. *Delegacion.* Delegatio, nis.

Deletrear el niño. Litteras appellare, enuntiare, syllabatim legere.

De lexos. Eminus, peregrè. Peregrè venire. Eminus pugnare. *Vióle venir de lexos.* Procul venientem vidit.

Deleytar. Delecto, oblecto, as. Voluptatem parit, affert, voluptate afficit, voluptati mihi est. Delector, oblector, aris. Voluptate afficior. Vide *Gustar*, *y recrear.*

Deleyte. Voluptas, delectamentum, oblec-

oblectatio, delectatio, deliciæ, arum.

Es hombre dado á deleytes. Voluptati, ac libidini addictus, mancipatus est. Omnia ad corporis voluptatem refert. Omnes suas cogitationes in unam corporis voluptatem abjecit. Quavis voluptate trahitur, ducitur, allicitur. Voluptatis illecebris captus, & corruptus est. Homo voluptarius. Epicureus.

Que malos dexes tiene el deleyte! Voluptatem plerumque dolor excipit. Voluptatis aviditas in fastidium desinit. Voluptatis exitus doloris initium est.

Deleytoso lugar. Locus amœnus, voluptarius, plenus voluptatis, jucundus.

Deleznable. Lubricus, a, um.

Delfin. Delphin, inis. Delphinus, i.

Delgado. Tenuis, exilis, gracilis, subtilis, e. *Hila delgado.* Singula, vel minima ad calculos vocat. Vel tenuissimos apices expendit, explorat.

Delgadeza de cuerpo. Tenuitas, exilitas, gracilitas, tis. *De concepto.* Subtilitas, acumen, inis. *Delgadamente.* Subtiliter, acutè.

Deliberar, mirarlo bien. Delibero, as. Se ipsum in consilium adhibere. *Es menester mirarlo de espacio.* Matura deliberatione opus est. *Deliberadamente.* Consultò, de industria.

Delicado. Delicatus, mollis, tener.

Delicadeza. Mollities, teneritas.

Delicadamente. Delicatè, molliter.

Delicias. Deliciæ, arum.

Delicioso. Deliciæ, arum.

Delinquir. Vide *Pecar.*

Delinqüente. Sons, tis. Reus, noxius.

Delirar. Deliro, as. Desixio, is.

Delirio. Delirium, dementia, deliramentum, delirantium somnia.

Delito. Crimen, inis. Delictum, i. *Digno de muerte.* Capitale crimen. Capitalis res aut noxa. *Cogieronle en fragante delito.* In scelere, aut furto deprehensus fuit.

Del todo. Prorsus, penitus, omninò, funditus.

Demandar. Flagito, postulo, peto.

Demanda. Postulatio, postulatum, i. *Demanda en juicio.* Actio, dica, æ. *Ponerla.* Dicam alicui scribere, actionem, aut litem intendere. *La demanda que te ponen, ha lugar en derecho.* Actio, qua intenditur dare te oportere, efficax est.

De manera, de modo que. Adeo, ut. Ita, ut. *De manera que, asi que.* Itaque, quare.

Demarcacion. Divisio Provinciarum.

Demás. Præter, super. *Demás de eso.* Præterea, insuper. Præter hæc, adhæc. *Echar de mas.* Superfundere, superaddere. *Esto hay de mas.* Hoc superfuit. *Es por demás.* Supervacaneum est. Actum agis.

Demasia. Redundantia, æ. *En materia de costumbres.* Intemperantia, æ. Immoderatio. *Con demasia.* Intemperantiùs, immoderatiùs.

Demasiado. Nimis, supervacaneus, supervacuus, superfluus. *Demasiado os estimais.* Immodicus tui æstimator es. Nimium te suscipis, tibi arrogas. *Demasiado habeis andado en esto.* Modum in eo non servasti, non tenuisti. Urbanitatis, & pudoris fines transilisti. Immoderatius egisti. Superbius te gesisti. Nimius, & intemperans in eo visus es.

Demasiadamente. Demasiado. Nimis, nimium, supra modum. Immodicè, immoderatè, extra modum. Plus æquo, plus satis. *Demasiado de bien.* Extra modum bene.

Demediado. Dimidiatus, semiplenus.

Dementado. Emotæ mentis homo.

Demeritos. Mala merita.

Demoler un edificio. Ædes, aut arcem demoliri, diruere, delere.

Demonio. Dæmon, ni[illegible]onium, cacodæmon. Generis hu[illegible]s.

Demostrar. Demon[illegible]ndo, indico, as. *Demostracion.* Demonstratio, nis. *El caso pide que se haga una demostracion.* Severitatem res ipsa flagitat. Cic. in Catil.

Demudar el color. Vultum immutare.

Demudado el semblante. Commotus, turbatus.

Denantes, ó antes. Dudum. *Grande necedad hice denantes.* Nimis stultè dudum feci.

Dende aqui. Hinc, dehinc, *Dende ahi.* Istinc, ab isto loco. *Dende alli.* Inde, ex eo loco, aut tempore. *Dende ayer, de ayer acá.* Ab hesterno die. Vide *Desde.*

De-

Denégrido. Lividus, a, um.

Denodado. Expeditus, alacer, animosus, intrepidus.

Denostar. Vide *Afrentar.*

Denotar. Significo, as. Portendo, is.

Dentadura. Dentium series. *Maladentadura.* Dentium infirmitas, aut seabrities. Dentes buxei, scabri, rubiginosi.

Dental de arado. Dentale, is.

Dentellada. Dentium impressio.

Dentellones. Saxa in pariete exerta.

Dentera. Dentium stupor. *Dar dentera.* Stuporem dentium facere.

Dentro está. Intus est. *Metióse dentro.* Intrò se adduxit, se conjecit. *Dentro de pocos dias.* Paucis diebus. Intra paucos dies. *Dentro de poco.* Non longo intervallo. Paulo post, brevi.

Denuedo. Audacia, alacritas, tis. *Con gentil denuedo.* Strenuè, intrepidè.

Denuesto. Vide *Afrenta.*

De nuevo. Denuò, rursus. *Empadronóse de nuevo.* Denuò census est. *Hacer algo de nuevo.* Ex integro, vel de integro aliquid facere. *Volver de nuevo á la guerra.* Bellum instaurare, redintegrare, repetere. Vide *Nuevo.*

Denunciar á alguno. Nomen alicujus ad judicem deferre. *Denunciacion.* Indicium, delatio. *Denunciador.* Index, icis. *Delator.*

De otra manera. Aliter, alio modo.

De hoy á mañana. Propediem, brevi.

De hoy mas. Dehinc, posthac.

Deparar. Deparónos Dios este hombre que nos guiase. Deus nobis hunc hominem obtulit, qui præiret. Fortè in hunc hominem incidimus, qui viam ostenderet. *Dios te la depare buena.* Deus tibi dexter adsit, votaque tua secundet. Felix tibi jactus contingat. Fortunam tibi propitiam precor.

Departir razonando con otro. Altercor, aris. Verbis cum alio contendere.

De paso le vi. Præteriens illum vidi, in transitu aspexi, obiter inspexi.

Depender. Pendeo, es.

Dependencia. Dependentia, æ. Connexio, nis. *Qué dependencia tienes tú de él?* Quid ab illo speras, aut metuis? Quid cum illo rationis habes? Quid est quod illum respicias?

De pensado. Cogitatè, cogitatò,

De plano. Planè, apertè. *Confesó de plano.* Rem planè confessus est.

Deponer como testigo. Dicere pro testimonio. *Deposicion del testigo.* Testimonium, ii.

Deponerle, quitar el puesto. Hominem potestate privare. *Al Sacerdote.* Sacerdotem impium, & indignum deponere.

Depuesto. Potestate privatus. Sacerdotali dignitate exutus, abdicatus.

Deporte. Luxus, us.

Depositar. Deponere argentum, vestem, aut aliam rem apud aliquem.

Deposito. Depositum, i. *Está obligado à pagar el deposito.* Tenetur depositi.

Depositario. Depositi custos. Depositarius. *De apuestas.* Sequester, tri.

Depravar. Depravo, as. Corrumpo, is.

Deprender. Vide *Aprender.*

De punta. De puntillas. Vide *Punta.*

De quándo acá? Ex quo tempore? *De quando acá este presume tanto?* Ex quo, aut undè iste tantum sibi arrogat?

De quando en quando me doy un verde de letras humanas. Ex intervallo Latini sermonis puritatem regusto, meque ad amœniores musas refero.

DE qué (con verbos de afecto.) Quid? Quid est, quod? *De qué te turbas?* Quid turbaris? Quid est, quod commoveris? *No sé de qué está triste, por algo es.* Nescio quid tristis est, non temere est. *De qué presumes?* Quid est, quod tibi facit animos? *De qué te alteras? Á esto te obligaste.* Quid est quod excandescis? In hæc verba jurasti. *De qué ha de tenerte envidia?* Quid est quod tibi invideat?

Derecha cosa. Rectus, directus, a, um.

Derecha mano. Dextera, dextra, æ. *Derecho va á la plaza.* Rectè ad forum tendit. *El que vá á mano derecha.* Dexter. *Andar á derechas.* Rectè facere, procedere. Probè vivere, à virtute non deficere. *No hay hacerle andar á derechas.* Numquam efficies, ut rectè ingrediantur cancri.

Derechamente. Directe, directó, rectè

Derecho. Jus, juris. *Civil.* Civile, Cæsareum. *Canonico.* Canonicum, Pontificium.

cium. *Derecho á lo que no tengo.* Actio, nis. Jus ad rem. *Derecho á lo que tengo.* Jus in re. *Mio es de derecho.* Ex jure meum est. *No ceder de su derecho.* Jus suum retinere. *Yo cedo mi derecho.* De meo jure libenter decedo. Jus meum cedo, remitto. Jus meum persequi nolo. *No hagas cohecho, ni pierdas derecho.* Nec jus emere, nec cedere oportet.

Derechos de Officiales, y Ministros de Justicia. Stipendium, ii. *Del Rey, y Señores.* Vectigal, tributum.

De repente. Vide *Repente.*

Derivar. Derivo, as. Deduco, is. *Derivarse.* Deduci, derivari, nasci, oriri, manere. Originem ducere, trahere. *Derivado, derivativo.* Derivatus, ortus, deductus.

Derogar. Derogare aliquid de lege. *No deroga esto á mi credito.* Non hoc mihi fidem derogat, nec existimationem imminuit.

Derramar cosa liquida. Fundo, is, effundo, diffundo. *La hacienda.* Patrimonium profundere, bona dissipare. *Cosas menudas.* Spargo, is. Dissipo, as. Dispergo, disjicio.

Derramase el espiritu en cuidados superfluos. Curis supervacuis animus distrahitur, mens vaga distenditur.

Derramador de su hacienda, y codicioso de la agena. Alieni appetens, profusus sui. *Derramador de la harina, y arropador de la ceniza.* In minimis diligens, in magnis negligens.

Derrama, ó repartimiento. Pecuniarum exactio. Collecta, æ. *Echar una derrama.* Pecuniam populo imperare.

Derrengar. Delumbo, as. Lumbos frangere, debilitare. *Derrengado.* Delumbatus, elumbis, delumbis, e.

Derretir. Liquefacio, liquo, as. *Derretirse.* Liquesco, is. Liquefio, liquo, eris. *Derretir vaciando.* Vide *Vaciar.*

Derribar un edificio. Ædes, aut muros demoliri, evertere, disturbare, diruere. *Derribar á uno en tierra.* Hominem dejicere, deturbare, prosternere, præcipitem in terram dare.

Derrocar. Vide *Derribar.*

Derrota. Cursus maritimus. *Aqui enderezó su derrota.* Huc cursum direxit. Hunc sibi portum præstituit, destinavit.

Derrotar el exercito. Hostes fundere, hostium copias profligare. *Aqui aportaron derrotados.* Huc ventorum vi delati, appulsi sunt.

Derrotado. Perditus, profligatus.

Derrumbaderos. Prærupta montium.

Desabrabar. Evaporo, as. Vaporem disjicere, exsufflare, dissipare.

Desabotonar. Vide *Desabrochar.*

Desabrido manjar. Insulsus, insipidus. *Desabrido hombre.* Morosus, fastidiosus. *Desabrido me hallo.* Vapidè me habeo.

Desabrirse. Exacerbari, subirasci. *Desabrimiento.* Acerbitas, morositas. *Desabridamente.* Acerbè, insulsè.

Desabrigar á otro. Vestem, aut synthesim alicui detrahere, fomenta amovere. *Desabrigado hombre.* Malè tectus, malè focillatus. *Desabrigado lugar.* Locus ventis pervius.

Desabrochar. Nudare, aperire pectus, uncinis, aut globulis solutis. Diloricare vestem.

Desabrochado. Diloricata veste, expapillatus.

Desacato. Licentia, immodica libertas, impudentia, irreverentia. *Hacer un desacato.* Licentius, aut impudentius agere, se gerere.

Desacierto. Impudentia, æ. Erratum, i.

Desacomodar á otro. Alteri incommodare, ejus commodis officere, obstare. Loco movere hominem, diversorio expellere, depellere. *Desacomodarle de amo.* Ex domini familia aliquem exigere, evertere, exturbare.

Desacostumbrarse. Desuefio, desuesco. Se à consuetudine abducere, abstrahere.

Desacostumbrada cosa. Res insolita, insueta, inusitata.

Desacompañado. Incomitatus, solus.

Desacreditar á uno. Alicui detrahere. Fidem illi derogare, famam ejus imminuere, labefactare. Vide *Infamar.*

Desacreditarse. Fidem, aut existimationem amittere.

Desafiar. Provoco, lacesso, posco, is.

Desafio. Provocatio. Duellum. *Entre dos.* Singulare certamen. *Miren quien me de-*

desafio. Dares Entellum provocat. *Matòle en un desafio.* Ex provocatione hostem occidit, singulari certamine confodit.

Desafiador. Provocator.

Desafiado. Lacessitus, provocatus.

Desafuero. Injuria, scelus, iniquitas.

Desaforado. Iniquus, sceleratus, ferox, violentus. *Desaforadamente.*Férociter, impotenter.

Desagradar. Displiceo, non placeo.

Desagrado. Displicentia, æ.

Desagradable. Ingratus, inamœnus, injucundus, displicens.

Desagradecido. Ingratus homo. Immemor beneficii. *Desagradecimiento.* Ingratus animus, beneficii oblivio.

Desagraviar al ofendido. Hominem ab injuria asserere, vindicare. Injurias ejus ulcisci.

Desagraviar aplacando. Querulo homini satisfacere. Injurias beneficiis compensare, delere.

Desagravio. Injuriæ compensatio.

Desagua el rio en el mar. Fluvius mari illabitur, in mare influit, exoneratur.

Desaguadero. Colluviarium, ii.

Desaguisado. Vide *Agravio.*

Desahogar à los afligidos. Afflictos levare, consolari. *Desahogarse.* Animum remittere, curis & molestiis se laxare. A negotiis se expedire, respirare, recreari.

Desahogado hombre. Liberiùs loquens, dicax, in jocos effusus. *Verso desahogado.* Carmen facetum, festivum, salsum, urbanum.

Desahogo. Laxamentum, i. Animi remissio, relaxatio, recreatio. *Desahogo demasiado.* Immodica libertas, Licentia, æ. Procacitas. *Desahogo de casa.* Laxitas, amplitudo.

Desahuciar à alguno. Salutem, vel de salute alicujus desperare. *Desahuciado.* Cujus desperata salus est, & vita deplorata.

Desainarse. In actu venareo extingui, deficere, exanimari. *Desainadò.* Nimia venere exhaustus, extinctus.

Desalado, sin alas. Alis imminutus. *Desalados acudieron.* Præproperè accurrunt. Effussè eò contenderunt.

Desalar el pescado. Salsamenta macerare. Salsedinem aqua abstergere.

Desalentarse. Animo frangi. Vide *Desanimar, y desmayar.* *Desalentado.* Languidus, æger animo. Langnenti animo.

Desaliento. Animi languor, remissio.

Desaliñar. Composita turbare.

Desaliñado. Inconcinnus, incomptus, incultus, inconditus, horridus, squalidus. *Desaliño.* Inconcinnitas, inelegantia, squalor.

Desalmado. Impius, nefarius, facinorosus, immanis, inhumanus.

Desalexar. Hospitio aliquem pellere. Hostem loco depellere. Cogere ut castra mutet, deserat, relinquat.

Desalumbrado. Obcœcatus, imprudens.

Desalumbramiento. Imprudentia, æ. Inscitia, æ. Mentis cœcitas.

Desamor. Aversatio, aversus animus.

Desamparar. Desero, relinquo, destituo, is. In periculo, aut calamitate amicis, aut patriæ desse. *El que desampara.* Desertor, oris.

Desamparado. Desertus, destitutus, nudus amicorum præsidio.

Desamparo. Destitutio, derelictio. Solitudo ab amicis, ab omni ope.

Desandar lo andado. Per eandem redire viam. Eandem viam repetere, redire, eundem tractum fugiendo remetiri.

Desangrarse. Corpus sanguine exhauriri. Sanguinem mitti ad animi deliquium.

Desangrado. Exsanguis, exhaustus sanguine.

Desanimar à uno. Exanimare aliquem, animum ejus frangere, debilitare. *Desanimado.* Exanimatus, fractus animo, perculsus, debilitatus, abjectus.

Desanimarse. Vide *Desmayar.*

Desañudar. Enodo, as. Nodum solvere.

Desapacible. Displicens, ingratus, asper, implacidus, inamœnus.

Desaparecer. Evanesco, is. *Desapareció luego.* Illicò evanuit, è conspectu se proripuit, ex oculis evolavit.

Desaparroquiar à uno. Clientibus hominem exuere, privare. Clientes illi adimere, ab illo abalienare. *Desaparroquiado.*

A clientibus inops, destitutus.

Desapasionarse. Iram, aut studium exuere, vel odium, & amorem.

Desapasionado. Ab ira, & studio liber. Utrique parti æquus, & medius. Nulli infensus, aut obnoxius. Partium studio intactus.

Desapasionadamente. Sine ira, & studio.

Desapercebido. Intemperatus, incautus, improvidus. *Cogiles desapercebidos.* Incautos excepi, improvidos occupavi. Nihil tale suspicantes, nec opinantes oppressi.

Desapiadado. Vide *Impio, y cruel.*

Desapoderado. Impotens, tis. Animi, aut iræ impotens. *Desapoderadamente.* Impotenter, ferociter.

Desaprender. Vide *Olvidar.*

Desapropiarse de su hacienda. Propriis se bonis abdicare. Possessiones suas abalienare. Cedere bonis.

Desaprovechado. Inutilis. *En los estudios.* Qui in litteris parum progressus est, parum, aut nihil promovit.

Desarmar. Armis hominem exuere, spoliare. *Desarmado.* Inermis, armis exutus.

Desarropado. Pannosus. Centonibus malè tectus. Vide *Andrajoso.*

Desarraygar. Extirpo, as. Evello, is, eradico, as. Radicitus eruere.

Desarrugar. Erugo, as. Cutem, aut plicas extendere, distendere, rugas tollere.

Desaseado. Vide *Desaliñado.*

Desasirse. Solvi, disjungi connexa. *De las cosas del mundo.* Rerum humanarum curam abjicere. Pompis hujus sæculi renuntiare, vale dicere, nuntium remittere.

Desasido. Solutus, ac liber.

Desasnarse. Erudiri. Stulta, & inepta dediscere, dedoceri.

Desasosegarse. Inquietari, in solicitudinem adduci, solicitudine affici. *Desasosegado.* Inquietus, inquies, tis.

Desasosiego. Inquies, tis. Solicitudo, inquietudo, inquietatio.

Desastrado. Infelix, fatalis, e.

Desastradamente, Infeliciter.

Desastre. Infortunium, infelicitas. Infelix casus, fatale malum.

Desatacar. Astrigmenta solvere.

Desatar. Solvo, dissolvo, is. *Cosa que se puede desatar.* Dissolubilis, e. *Que no se puede.* Indissolubilis.

Desatento á sus obligaciones. Immemor officii, aut beneficii. Qui officio suo deest.

Desatencion. Inofficiosum factum.

Desatinar. Vide *Delirar, y errar.*

Desatinarse. Furere. *Hacer desatinar á uno.* Furorem alicui suscitare. Adigere illum ad insaniam.

Desatinado. Vecors, dis. Insanus.

Desatino. Error, dementia, insania, æ.

Desavenirse. Dissentire, discordare. In sua quemque studia discedere. *Desavinieronse las dos cabezas de la Republica.* Commissa sunt inter se duo Reipublicæ capita. Orta est inter eos simultas.

Desayre en el talle, y acciones. Inelegantia, invenustas. Languor in agendo. Inconditi corporis motus, gestus inepti, inurbani. *Hacer un desayre á otro.* Frustra aliquem habere, expectationem ejus decipere, frustrare, ludificare, ludificari.

Desayrado. Invenustus, inelegans, languidus, trepidus, motu corporis vetus, & agrestis. *Quedó desayrado.* Infelicetissimè illi res cessit. Frigidissimè discessit.

Desayradamente. Frigidè, inconcinnitèr, languidè, ineptè.

Desayudar. Dejuvo, as. Obsto, as.

Desayuno. Jentaculum, i.

Desayunarse. Jento, as. Jentaculum sumere. Cibum ante prandium capere. *Aun no me he desayunado.* Nihil dum cibi gustavi.

Desazonar á uno. Exacerbare aliquem.

Desazonarse. Vide *Desabrirse.*

Desazon. Vide *Desabrimiento.*

Desbalijar á uno. Sarcinas ejus dissolvere, discutere, hippoperam scrutari.

Desbaratar los enemigos. Hostes fundere, hostium copias profligare. *Desbaratarlo todo.* Cuncta disturbare, disjicere, evertere, confundere, dissipare. *Desbaratado has todas mis trazas.* Conturbasti mihi rationes omnes. Consilia mea interturbasti.

Desbaratado. Perditus, profligatus, dis-

dissipatus. Consiliis praeceps, ac devius.

Desbarbado. Imberbis, ephebus, i. Impubes, is. Impuber, eris. Impubis, e.

Desbarrar. Toto cœlo aberrare.

Desbastar. Dolo, as. Dedolo, as. *La juventud.* Juventutem erudire. Adolescentes doctrina excolere, expolire.

Desbautizarse. Furere alicujus impudentia, aut stultitia. *Haceme desbautizar.* Adigit me ad insaniam.

Desbocado. Maledicus in omnes, obtrector, conviciator. Linguæ petulantia præceps, in omnes procacissimus. *Caballo desbocado.* Duri equus oris, fræno contumax, refractarius.

Desbocarse contra otro. In alium debacchari.

Desbocillar el vaso. Vasis labrum curtare, decurtare, imminuere.

Desbravar. Deferveo, es. Mitesco, is.

Desbuchar. Evomo, effundo, is. *Desbuchó en mi su cólera.* Iram, aut furorem me effudit. In me quæcumque voluit, evomuit. Vide *Desfogar.*

Descabalar. Vide *Disminuir.* *Descabalado.* Sine compare, sine complemento.

Descabezar. Caput amputare. Vide *Degollar.* *Descabezar el sueño.* Obdormisco, is.

Descaecer, ó descaer. Deficio, is. Languesco, is. *Mucho ha descaecido su reputacion.* Existimatio ejus affecta est. Fides ejus concidit, labefactata est.

Descaido. Languidus, debilitatus.

Descaimiento. Languor, oris.

Descalabrar. Caput lapide, aut virga leviter percutere, contundere. *Descalabradura.* Contusio capitis, tumor ex contusione.

Descalzarse. Calceos deponere. Calceamentis exuere. *Descalzar á otro.* Calceos alicui detrahere. *No mereceis descalzarme.* Indignus es, qui mihi calceos detrahas, aut maculam porrigas. *Descalzabanse de risa.* Risu corruebant.

Descaminada cosa. Devius, absurdus, ineptus, à ratione alienus, abhorrens. *Ir descaminado.* Aberro, as. À ratione egredi, à veritate discedere, de via deflectere.

Descamino. Diverticulum, i. *Denunciar algun descamino.* Deferre aliquem de mercibus contra edictum exportatis, aut importatis. *Coger algun descamino.* Merces alicui adimere, detrahere, contra edictum allatas.

Descansar. Quiesco, requiesco. Cessare ab opere, labore supersedeo. *Contigo descanso.* In tuis oculis, in tuo ore, vultuque conquiesco. *Los que están descansados.* Otiati, feriati.

Descanso. Quies, tis. Requies, ei. *De escalera.* Gradus in scalis amplior.

Descansadamente. Quietè, placidè.

Descantillar. Decurto, as. Delibo, as.

Descaperuzado. Aperto capite.

Descarado. Impudens, perfrictæ frontis homo. *Descaramiento.* Impudentia, os durum, perfricta frons. *Descaradamente.* Procaciter, impudenter.

Descargar. Exonero, as. Onus deponere. Onere, aut fasce aliquem levare. *Descargar el golpe.* Ictum ferre, infligere vulnus. Plagam imponere, infligere.

Descargarse. Vide *Disculparse.*

Descargo en cuentas. Expensum, i. *En pleytos.* Criminis confutatio. *Dar su descargo.* Dicere causam, rationem reddere, crimen diluere. *Para descargo de mi conciencia digo, &c.* Salutis, & conscientiæ meæ causa testor, &c.

Descarnar. Carnem ossibus detrahere. Ossa nudare. *Descarnado del mundo.* A mundi illecebris abstractus, alienus, aversus.

Descarriarse. Deerrare, aberro, as.

Descarriado. Palans, errabundus.

Descarrilado. Devius, a, um. *Ir descarrilado.* De recta via deflectere.

Descartar, ó descartarse en el juego. Folia inutilia rejicere. *Descartado.* Rejectus, repudiatus.

Descarte. Rejectio, repudium, ii.

Descasar. Matrimonium dirimere, irritum declarare. *Descasarse.* Matrimonio disjungi. Conjuges mutuo distrahi, separari.

Descascar cosa con cascara. Nuces frangere, enucleare. Nucleum è putamine extrahere. *Ambicion descascada.* Exerta ambitio.

Descender. Descendo, is. Vide *Linage.*

Descendencia. Genus, progenies, ei.

Posteritas. *Descendientes.* Posteri, minores.

Desceñir. Discingo, is. Zonam solvere.

Desceñido. Discinctus. Zona solutus.

Descepar. Vites extirpare, evellere.

Descercar. Dissepio, is. Sepem, aut septum disjicere, disturbare. Vide *Cerco.*

Descerrajar. Obserta effringere, refigere, revellere. *Descerrajador.* Efractor, oris.

Descifrar. Notam explicare.

Descinchar. Cingulum solvere.

Desclavar. Refigo, revello, is.

Descoco. Immodica libertas. *Hablar con descoco.* Liberiùs loqui.

Descoger. Explico, as. Evolvo, is.

Descolgar algo. Per funem aliquid demittere. *Descolgar los tapices, ó quadros.* Aulæa, vel imagines de templo tollere. Parietes peristromatis nudare. *Descolgarse.* Per funem se demittere, delabi.

Descollar entre otros. Inter alios præstare, excellere, eminere.

Descolorido. Decolor, pallidus.

Descomedido. Liberior, audacior. Immodestus, inurbanus, immoderatus.

Descomedirse. Audaciùs, & liberiùs agere cum alio. Procaciùs se gerere. *Descomedimiento.* Audacia, licentia, impudentia

Descomodidad. Incommodum, i.

Descompadrar. Societatem dirimere, amicitiam dissolvere, mutuó abalienari. *Desde entonces descompadraron.* Ex eo orta est inter illos simultas. Ex eo tempore inter se commissi, & mutuò abalienati.

Descomponer. Composita vertere, turbare, dissolvere, dissipare. *Mas facil es descomponer lo hecho, que componer lo deshecho.* Facilius est apta dissolvere, quàm dissipata connectere. *Todo se ha descompuesto.* Versa, & commutata sunt omnia. *Descomponerse con otro.* Vide *Descomedirse.*

Descompuesta cosa. Incompositus, turbatus, dissipatus, incomptus, incultus.

Descompostura. Immodestia, audacia.

Descomulgar. Excommunicare aliquem, anathematizare, sacrorum communione privare, sacris alicui interdicere. *Con Paulina.* Anathematis fulmina in contumaces Ecclesiæ jaculari. Diras alicui imprecari, diris illum devovere.

Descomulgado. Excommunicatus, anathematizatus, sacris interdictus.

Descomunion. Excommunicatio, nis. Sacrorum interdictio. Anathema, tis.

Desconcertar. Vide *Descomponer. Desconcertamonos en el precio.* Non convenit inter nos, vel non convenimus de pretio.

Desconcertarse los huesos. Ossa luxari. *El relox.* Horologii machinam solvi, dissolvi. *Anda el relox desconcertado.* Delirat horologium, non sibi constat.

Desconcertadas cosas. Res turbatæ, dissipatæ, dissolutæ. *Hombre desconcertado.* Dissolutus, luxu solutus, qui nihil rectè, nihil cum ratione, nihil in tempore agit. Homo præceps, ac devius.

Desconcierto. Vide *Desorden. Desconcierto de vientre.* Ventris fluxus.

Desconocer á uno. Non dignoscere hominem, non agnoscere. *Desconozco el porte del hombre.* Faustum hominis demiror.

Desconocido. Incognitus, ignotus. *Al bien que se le hace.* Ingratus.

Desconfiar. Diffido, is. Spe decidere. Spem abjicere, arena cedere.

Desconfiado. Diffisus. *Desconfiadamente.* Diffidenter, desperanter.

Desconfianza. Diffidentia, æ.

Desconsolar á uno. Tristitiam alicui nuntiare, portendere, gaudium interturbare. Solatium illi adimere, eripere.

Desconsolado. Tristis, mœstus, afflictus.

Desconsuelo. Mœror, luctus, us.

Descontar en cuentas. Aliquid de rationibus deducere, subducere.

Descuento. Subductio, detractio. *Vaya en descuento de mis pecados.* Pro eo, quantum laboris, injuriarumque sustineo, peccatorum pœnas remittat Deus.

Descontentar. Displiceo, es. *Descontento.* Tædium, fastidium, aspernatio. *Mostrar descontento.* Fastidire, respuere, aspernari aliquid. *Descontento hombre.* Subtristis, suboffensus. *Todos salieron descontentos.* Mœsti omnes discessere, & suboffensi.

Des-

Desconvenir. Vide *Diferenciarse.*

Descorchar las colmenas. Alvearia perfringere, dissipare, deturbare.

Descordadas voces. Voces dissonæ.

Descornar. Cornua detrahere.

Descortés. Inurbanus, rusticus, superbus. *Descortesia.* Inurbanitas, rusticitas, superbia, æ. *Descortesmente.* Rusticè, inurbanè, superbè, inofficiosè.

Descortezar. Corticem detrahere, corticem nudare: Decortico, as. *Descortezado.* Decorticatus, cortice nudatus.

Descoser. Dissuo, is.

Descostillar. Costas evellere, frangere.

Descostrar. Pustulam detrahere, vel crustum artocreæ adimere.

Descoyuntar los miembros. Membra luxare.

Descrecer. Decresco, is.

Descredito. Dedecus oris. Affecta fides, imminuta auctoritas, infamiæ nota. *Seria descredito de tu gravedad y constancia dexar lo comenzado.* Non est jam gravitatis, & constantiæ tuæ inceptum deserere.

Descreido. Infidelis, blasphemus.

Describir, ó pintar retoricamente. Describere ingenium, & mores alicujus.

Descripcion. Descriptio, nis. Vide *Pintura.*

Descubrir. Detego, retego, is. *Descubrirse.* Caput aperire. *El culpado á otro.* Alicui se indicare, de se aliquid prodere.

Descubrir secreto. Arcanum aperire, vulgare, prodere, in lucem proferre, patefacere, enuntiare. *Descubrióme su pecho.* Consilia sua, animi sensa, animi latebras, atque recessus intimos mihi patefecit, aperuit.

Descubrir nuevas tierras. Regiones incognitas invenire, aperire, reperire.

Descubrirse algo. Patesco, patefio, is. *Descubierta cosa.* Apertus, detectus.

Descubridor. Vide *Sindico*, y *Soplon.*

Descuido. Incuria, æ. Negligentia, indiligentia. *Por descuido se me cayó.* Per incuriam mihi affluxit. *Con quanto descuido!* Quàm incuriosè! Quàm negligenter! *Descuido afectado.* Negligentia simulata, incuria affectata. *Dexólo caer al descuido.* Per incuriam sibi excidere simulavit. Per simulatam incuriam afluere passus est. Quasi incogitans effudit. Quasi non id ageret, excussit, abjecit. *Hacer una cosa al descuido con cuidado.* Negligentiam in re aliqua diligentissimè mentiri.

Descuidar. Curam abjicere, remittere, dimittere. *Descuidarse en algo.* Negotium negligere, negligentius agere. Causæ indormire. Parum de re cogitare, laborare. Rem parum curare. *Descuidad de eso por mi cuenta.* Noli ex hoc solicitus esse, securum te esse jubeo, in me recipio.

Descuidado. Negligens, incuriosus, improvidus, imprudens impendentis mali. *Cogióme descuidado.* Me incautum excepit. Nec opinantem, nec cogitantem, nec suspicantem oppressit.

DESDE. A, vel ab. Ex. Usque à. *Oistelo? Todo desde el principio.* Audistine? Usque à principio omnia. *Desde la fundacion de Roma, hasta Augusto Cesar.* Ab urbe condita in Cæsarem Augustum. *Desde niño fue virtuoso.* Á puero, à pueritia, ab ineunte ætate virtuti studuit. *Desde niños nos criamos juntos.* Á pueris unà educati sumus. *Desde quándo?* Ex quo tempore? *Desde 27. de Abril.* Ex ante diem quintum Calendas Majas.

Desde ahora. Jam nunc. *Desque aqui, ó de aqui.* Hinc. *Desde alli.* Exindè.

Desde entonces. Jam tum. Ex eo tempore, ab eo tempore. *Desde entonces comenzó á perder el credito.* Jam tum fides illum deficere cœpit. Ab eo tempore fides ejus affecta est.

Desde que. Jam tum, cum. Ex quo. *Desde que estudió gramatica, dió muestras de grande ingenio.* Jam tum, cum grammaticæ studuit, ingenii ejus lumen effulsit. *Desde que dexó el cargo, nadie le visita.* Ex quo magistratu abiit, nemo ad eum venit officii causa.

Desdecir. Deficere à seipso. *Desdice el color.* Evanescit color. *No desdice eso de sus costumbres.* Id ab ejus moribus non abhorret, neque vitæ superiori obstat.

Desdecirse. Palinodiam canere, recantare. Seipsum revocare. Orationem retexere. Objecta crimina retractare.

Desden. Contemptus, us. Despectio, fasti-

fastidium, aspernatio, contemptio.

Desdeñar á uno. Fastidire aliquem, aspernari, despicere, contemnere. *Desdeñase de tenerle por marido.* Maritum illum dedignatur.

Desdeñoso. Fastidiosus, morosus.

Desdentado. Edentulus, a, um.

Desdicha. Infelicitas, infortunium. Adversa, afflicta fortuna. Res adversa. Fatale malum. Calamitas, ærumna, miseria, casus adversus. *Todas mis desdichas me han venido por ti.* A te mihi omnia adversa, & infelicia ceciderunt. Nihil in vita calamitatis vidi, quod non à te conflatum sit, & in me dictum. Quidquid unquam ærumnarum pertuli, tibi acceptum refero.

Desdichado. Infelix, calamitosus, miser, ærumnosus. Malè fortunatus. Qui fortunâ utitur adversa. Quarta luna natus.

Desdichadamente. Infeliciter, miserè, fatali causa, acerbo casu.

Desdoblar la hoja. Folium explicare.

Desdorar. Aurum dissolvo, reglutino.

Desdorar su fama, y opinion. Dedecorare aliquem. Vide *Deshonrar.* *No ha hecho cosa que desdore su nobleza.* Nihil quod familiam dedecoret, admisit. Nihil majoribus alienum commissit.

Desdoro. Dedecus, oris.

Desear. Cupio, opto, exopto, as. Appeto, expeto, is. Concupisco, is. *Desear lo que hace falta.* Desidero, as. Requiro, is.

Mucho deseo verte. Mirum me tenet tui videndi desiderium. Efferor studio tui videndi. Ardeo, flagro conspectus tui desiderio. Mirificè conspectum tuum desidero. Nihil magis in votis habeo, quàm ut te videam. Oculi mei desiderium tui ferre non possunt. In magno sum tui videndi desiderio. Mirificè me afficit tui videndi desiderium.

Deseoos todo bien. Cupio tibi secunda omnia. Tibi optime cupio. Omnia tua causa volo.

Todos desean la honra. Trahimur omnes studio laudis, gloriæ cupiditate ducimur, incendimur, efferimur, inflammamur. Insita mortalibus est inexhausta gloriæ aviditas, Ardor quidam gloriæ omnium animos occupavit. Omnes laudem, & gloriam expetunt, ardenter sitiunt. Omnes laudi summopere student. Laudis amore flagrant omnes.

Deseo. Cupiditas, aviditas, studium. *De lo que hace falta.* Desiderium, ii. *Deseo desordenado.* Libido, cupido, nis. *De honra, ó de mandar.* Ambitio, nis. Honorum cupiditas, dominandi libido. *Con grandisimo deseo.* Cupidissimè, avidissimè, studiosissimè.

Dexase llevar de sus deseos. Cupiditatibus servit, paret, obsequitur. Eò facilè trahitur, quò illum libido rapit. Sibi nec moderari, nec temperare in cupiditate valet. Homo est cupiditatibus miserè obnoxius. Cœco quodam impetu ad omnes cupiditates explendas rapitur. Se in cupiditatibus continere nequit.

Dificultosa cosa es refrenar los malos deseos. Arduum est, ac difficile cupiditatibus imperare, moderari, modum adhibere. Magnum negotium est cupiditates coercere, comprimere, frangere, libidines effrænatas cohibere, ad rationis normam adigere.

Á medida vino del deseo. Res ex sententia cessit, successit, optatis respondit. *Date á deseos, y olerás á poleo.* Nimia familiaritas contemptum parit. Assiduitas fastidium, absentia desiderium affert.

Deseado. Optatus, expectatus, expetitus. *Muy deseada es tu venida.* Optatissimus, expectatissimus est adventus tuus.

Deseoso. Cupidus, avidus, appetens.

Deseable cosa, digna de ser deseada. Optabilis, desiderabilis, expetendus.

Desechar. Rejicio, is. Repudio, renuntio, as. *Con desprecio.* Fastidire, respuere, aspernari. *Desechado.* Rejectus, fastiditus.

El desechar. Rejectio, nis. *El desecho.* Ejectamentum, rejectanea, orum. *Del ganado.* Oves, aut boves rejiculæ.

Desedificar. Vide *Escandalizar.*

Desedificacion. Offensio, nis.

Deselar. Egelido, as. Gelu solvere.

Desembarazar. Expedio, is. Se negotiis expedire, vel ab occupationibus.

Desembarazado. Expeditus, promptus.

Desembarazo. Facilitas, tis. *Con desem-*

embarazo. Expeditè, strenuè, facilè.

Desembarcar. De navi descendere, desilire in littus, è navi prosilire. *Desembarcar soldados*. Milites è navi educere, educere, in terram exponere.

Desembarcacion. Excensus, us. Excensio.

Desembargar. Rem, aut opus impeditum liberare, remittere.

Desembarrar. Lutum relinere.

Desembaynar. Evagino, as. Ensem distringo, educo, is, vagina eripio.

Desembobarse. Resipisco, is. Errorem suum agnoscere. Sapere aliquando.

Desemboca el rio en el mar. Fluvius mari illabitur, in occeanum influit, in mare se exonerat, evolvitur.

Desembolsar el dinero. Pecuniam è marsupio solvere.

Desembozarse. Faciem obvolutam detegere, aperire.

Desemejanza. Dissimilitudo, inis. *Desemejante*. Dissimilis, e.

Desempacharse. Pudorem exuere, abjicere, deponere. Depudet.

Desempañar al niño. Pannis infantem evolvere, exuere.

Desempedrar. Lapides evellere, extrahere, eruere. Elapido, as.

Desempeñar. Dolium relinere.

Desempeñar algo. Pignus redimere.

Desempeñar la palabra. Fidem liberare, præstare. *Desempeñar su credito*. Expectationi satisfacere.

Desempeñarse. Ex ære alieno emergere. Creditoribus satisfacere.

Desempeño. Pignoris redemptio. Debiti solutio. Satisfactio, nis.

Desemperezar. Pigritiam excutere. Socordiam & ignaviam abjicere.

Desencadenado. Catena solutus.

Desencajado. Luxatus, loco motus.

Desencajadura. Luxatio.

Desencantar. Carminibus magicis ligatum solvere, liberare.

Desencasar, ó desencajar algun hueso. Membra luxare, solvere, detorquere.

Desencastillarse. Arce, aut loco munito hominem expellere, depellere.

Desenclavar. Vide *Desclavar*.

Desencoger. Extendo, is. Diduco, is.

Desencogerse. Timorem, ac torporem abjicere. Animum laxare. Exhilarari.

Desenconarse la llaga. Ulceris dolorem minui, leniri, mitigari.

Desencolar. Deglutino, as.

Desenfadarse. Molestiis se expedire. Curas abigere. Fastidium excutere, pellere. Animum relaxare. Per amœna loca animi causa ambulare spatiari.

Desenfadado en hablar. Verborum licentia. *Con quanto desenfado!* Quàm licenter! Qua verborum insolentia!

Desenfardar la mercaduria. Sarcinas dissolvere, merces expedire.

Desenfrenar. Frænum equo adimere. *Desenfrenado*. Effrænatus, ferox, indomitus. *Desenfrenadamente*. Effrænatè, ferociter. *Desenfrenamiento*. Effrænatio impotentis animi, ferocitas, impotentia, æ.

Desengañar á uno. Errorem alicui eximere, eripere, depellere, fraudem aperire, dolum detegere. Hominem errore liberare, ab errore deducere, evellere, revocare. Refellere aliquem, prudentiorem reddere. *Desengañenme si erré*. Si errore ductus sum, libenter refelli me patiar.

Desengañarse. Errorem suum deprehendere, deponere, abjicere. *Desengañate, que ninguno puede, &c.* Sic habeto, sic velim existimes, sic apud te statuas velim, neminem posse, &c. *Nada me desengaña*. Nihil me à vivendi licentia continet, nihil à luxu, & deliciis abducit, nihil à libidine revocat, nihil à vitiis deterret. *Ya está desengañado*. Jam errorem suum deprehendit. Jam cautior, & prudentior factus est. *Hombre desengañado*. Homo sapiens, propriis, aut alienis periculis cautus, eruditus.

Desengaño. Erroris, aut vanitatis cognitio, error cognitus, sapientia. *Gran desengaño de la vanidad del mundo*. Ingens vanitatis mundi documentum. Præclarum mundanæ vanitatis specimen.

Desengaños. Monita, documenta, consilia salutaria. *Mas con qué desengaño habla en esta materia!* At, quàm sapienter hæc disputat! Qua sapientia mundi fallaciam detegit, vanitatem coarguit, pompam traducit. *Esto nos puede servir de desengaño*. Hæc nobis documento esse possunt.

De-

Desengrudar. Conglutinatum solvere.

Desenlazar. Solvere nexus, nodos.

Desenmarañar. Extrico, as.

Desenojar. Vide *Aplacar. Desenojóse.* Deferbuit ira ejus, detumuit.

Desenquadernar. Compactum librum dissolvere. Quaterniones distrahere.

Desenredar. Extrico, as. Expedio, is.

Desenseñar. Dedoceo, es.

Desensillar. Ephippium detrahere.

Desentablar. Tabulas extrahere, refigere, evellere, revellere.

Desenterrar. Effodio, eruo, is. Cadaver exhumare, refodere. *Desentierra los muertos con su lengua.* Nec mortuis parcit maledicus obtrectator. Mortuis conviciatur.

Desentonar la voz. Dissono, as. Extra numerum canere. *Voz desentonada.* Vox dissona, absona, discrepans.

Desentrampar la hacienda. Bona creditoribus obnoxia redimere, solvendo liberare.

Desentrañar. Eviscero, as. Exentero, as. *Desentrañase por él.* Ne quid illi desit, sibi vel necessaria subtrahit.

Desenvolver. Evolvo, is. Explico, as.

Desenvolverse Expedire se, strenuè, & expeditè agere, rem gerere.

Desenvoltura. Petulantia, licentia, procacitas. *Donosa fue vuestra desenvoltura.* Bellè, naviter impudens fuisti.

Desenvuelto. Expeditus. *Libre, atrevido.* Petulans, procax, liberior, impudentior.

Deservicio. Inofficiosum factum. *Hacer algo en deservicio del Rey, ó de la Republica.* In Regem, aut Rempublicam aliquid facere, perpetrare, moliri. *Andais en deservicio del Rey.* Regis partes oppugnas, quas tueri debes. *Qué he hecho yo en deservicio de Vmd.?* Quid feci, quo minus mea in te officia constarent? Ecquando tibi defui, aut rationibus tuis obstiti?

Desesperar de su salvacion. Salutem, vel de salute desperare. Salutis spem abjicere. *Dexólo desesperado.* Abjecit hastas. *Hombre desesperado.* Desperatus, ab omni spe destitutus. Cui ad restim res rediit. *Dexar el estudio, desesperando de salir con él.* Abjicere voluntatem discendi simul cum spe perdiscendi. *Tenialo por cosa desesperada.* Id mihi erat pro desperato.

Desesperacion. Desperatio, diffidentia. *Aconsejado de la desesperacion, se arrojó en el rio.* Ex desperatione consilium nactus, in flumen se projecit.

Desesterar. Storeis parietes, & pavimenta nudare.

Desestimar. Vide *Despreciar.*

Desfallecer. Deficio, fatisco, is.

Desfavorecer. Dejuvo, as. Alicui deesse, obstare, adversari, refragari.

Desfavorecido de la fortuna. Fortunæ muneribus destitutus, exclusus. Adversa fortuna usus. Fortunæ inops. Tacit.

Desfigurar. Deformo, as. Vide *Afear.*

Desfigurado. Deformatus, sui dissimilis. Specie à se ipso abhorrens.

Desflemar. Bilem evomere. Humores noxios vomitu ejicere, expellere.

Desflorar una doncella. Virginem vitiare, vitiare, corrumpere. Pudicitiam illi eripere, vim & stuprum inferre.

Desfogar. Ignem exhalare. *Desfogar el dolor, y sentimiento.* In questus, & lacrymas erumpere. *Desfogó en mí la colera.* Stomachum in me erupit, cum alteri iratus esset. In me detonuit, cum irarum nubem aliunde collegisset.

Desfrutar los arboles. Fructus arboribus legere, colligere, auferre.

Desgajar. Scapum à botro divellere. Ramum ex arbore detruncare.

Desgalgarse una gran piedra. Saxum ingens avulsum, aut præcisum ex montis cacumine in præceps devolvi.

Desgalgaderos. Prærupta montium.

Desgana. Fastidium, tædium, satietas.

Desganado. Languidus, fastidiosus. *Estar desganado.* Satietate captum esse. Languere, torpere, languido animo esse.

Desgarrar. Discindere, lacerare.

Desgarrado. Homo ferox.

Desgarro. Ferocia, æ. Ferocitas. *Del vestido.* Scissio, scissura vestis.

Desgayre. Hacer algo al desgayre. Contemptim aliquid facere.

Desgobierno. Mala administratio. Imperitia in republica gerenda.

Desgracia. Infortunium, infelix casus

fa-

fatale malum. *Por mi hubo de venir la desgracia.* In me impetum fortuna convertit. *Por eso cayó en desgracia.* Propterea gratiam amisit. Ea de causa populo displicuit, multorum animos offendit. Eo nomine odium incurrit, & male apud omnes audire cœpit. *Si le sucediere alguna desgracia.* Si quid ei acciderit.

Desgraciarse con algunos. Apud aliquos offendere, existimationem amittere. *Desgracióse aquel mozo de tantas esperanzas.* Flos ille adolescentium ante diem decerptus est. Infelici casu è vivorum numero exturbatus, acerbo funere elatus, fato non suo defunctus est. Tragicæ vitæ fabulam peregit.

Desgranar. Uvæ acinos exsolvere, aut spicarum grana excludere, exterere.

Desgreñarse. Capillos solvere, turbare.

Desgreñada. Incompta mulier, passis crinibus, soluta, aut turbata coma.

Deshacer edificio. Destruo, diruo, is. Deleo, disturbo, demolior, iris.

Deshacer lo hecho. Apta dissolvere, acta rescindere, telam retexere. Irritum aliquid facere, factum pro infecto habere.

Deshacer poco á poco la amistad. Amicitiam sensim dissuere, disolvere.

Deshacer la compañia. Societatem dirimere, dirumpere. *Los conciertos.* Fœdera solvere, disolvere. *Deshacer la venta.* Venditionem rescindere. *El pan comido, la compañia deshecha.* Amicus, dum olla fervet.

Deshacer el embuste. Calumniam obterere, contundere, convincere.

Deshacerse de sus alhajas. Res suas abalienare, divendere. *Está muy deshecho de las cosas del mundo.* A mundi illecebris alienus est, longè abest.

Deshacerse en lagrimas. In lacrymas solvi. *De pena, y dolor.* Dolore tabescere, contabescere: luctu, aut mœrore confici, consumi.

Deshecho. Destructus, deletus, dirutus, dissipatus, disjectus.

Desheredar. Exhæredo, as. Filium abdicare, exhæredem facere, testamento præterire, hæreditate privare.

Desheredado. Exhæres, dis, abdicatus.

Desherrar. Ferreas soleas detrahere. Ferreà munimenta refigere, revellere.

Deshezar. Defæco, as. Á fæce purgare.

Deshilar un trapo. Pannum filatim carpere, panni fila distrahere. *Á la desfilada se fueron.* Alius post alium abierunt.

Deshincharse. Detumesco, is.

Deshojar. Folia, vel frondes vellere, carpere, detrahere, decutere.

Deshojado. Foliis nudatus, exutus.

Deshollejar. Folliculum deglubere, siliquem excutere, adimere.

Desholliñar. Fuliginem abstergere.

Deshondonar. Vasis fundum abrumpere.

Deshondonado. Pertusus, sine fundo.

Deshonesto hombre. Libidinosus, impudicus, impurus, ganeo. *Cosa.* Res turpis, inhonesta, obscœna, flagitiosa.

Deshonestidad. Turpitudo, impudicitia, obscœnitas, libido, flagitium. *Deshonestamente.* Turpiter, impudicè, obscœnè.

Deshonra. Dedecus, oris. Ignominia.

Deshonrar á uno. Dignitatem hominis violare, famam imminuere, sugillare. Vide *Afrentar.*

Deshormar. Formam calceo eruere.

Desjarretar. Nervos præcidere. *Queda desjarretado.* Jacet prostratus.

Desierto. Solitudo, eremus, i. *Irse á un desierto.* Abdere se in solitudinem.

Predicar en desierto. Cœlo, ac terræ loqui. Abhorrentia ab auditorum animis suadere.

Designio. Consilium, mens, animus.

Desigual. Inæqualis, iniquus, impar. *Desigual partido.* Iniqua conditio. *Desigualdad.* Inæqualitas, iniquitas. *Desigualmente.* Inæqualiter.

Desinteres. Ab avaritiæ sordibus animus alienus, intactus, abhorrens.

Desinteresado. Qui nullo quæstu ducitur, integer, incorruptus. *Tan desinteresadamente procede en su oficio.* Adeò castè, integreque officio suo fungitur.

Desistir. Desisto, is. *De su pretension.* Petitione desistere. Incepto, vel ab incepto abire, desistere. Petitionem abjicere. Consilium belli faciendi abjecit.

Desladrillar. Lateres evellere.

Deslavar. Lavando macerare.

S *Des-*

Deslavado. Perfrictæ frontis homo.
Desleal. Infidus, infidelis, perfidus.
Deslealtad. Infidelitas, perfidia.
Desleir. Diluó, is. Liquefacio, is. Colliquefacio, resolvo, is.
Deslenguado. Petulantis linguæ homo, maledicus, conviciator.
Desliar. Sarcinas disolvere.
Deslindar. Definio, is. Determino, as.
Deslizar. Labor, dilabor, eris.
Desliz. Lapsus, Prolapsio, nis.
Deslizadero. Locus lubricus.
Deslomar. Delumbo, as. Lumbos frangere.
Deslumado. Delumbis, elumbis, e.
Deslucir á uno. Deprimere aliquem, laudes ejus obterere, dignitatis florem infringere, gloriam ejus imminuere, tenebras illi offundere.
Deslucido en sus acciones. In agendo languidus, segnis, iners, ineptus.
Deslucimiento. Languor, inertia, æ.
Deslumbrar. Oculos perstringere.
Deslumbrarse. Caligo, as. Cæcutio, is. Allucinor, aris. *Deslumbrado.* Caligans, cæcutiens, obcæcatus.
Deslumbramiento. Caligatio, mentis cæcitas, allucinatio, offusa caligo.
Deslustrar. Obscuro, as. Decoloro, as. Deterius aliquid facere. *Deslustrarse.* Obsolescere, marcescere, obscurari. *Deslustrado.* Obsoletus, detritus, decolor, oris.
Desmadejado. Segnis, negligens, languidus, dissolutus.
Desmadejamiento. Segnities, languor.
Desmán. Erratum, i. Lapsus, us.
Desmandarse en algo. Morem, aut modum non servare, non tenere. Extra modum prodire. Modestiæ fines transilire, *Desmandóse en palabras.* Linguæ intemperantia lapsus est.
Desmantelar la Ciudad. Mænia urbis diruere, demoliri, evertere.
Desmayar. Deficio, is. Animo cadere, concidere, deficere. *Desmayó el enemigo.* Jacet prostratus hostis, & se perculsum, atque abjectum esse sentit. *No desmayes.* Ne contrahas, ac demittas animum. *Á quien no desmayará tan dificultosa empresa?* Quim non frangat, ac debilitet tanti operis difficultas? Quem non deterreat?

Desmayarse. Linqui animo, deliquium animi pati. *De miedo.* Metu exanimari.
Desmayado. Defectus animo. *De miedo.* Exanimatus, exanimis, e.
Desmayo. Animi deliquium. *De miedo.* Exanimatio. *De floxedad.* Languor, is.
Desmacelado. Marcidus, languidus.
Desmedrado. Macer, pusillus, gracilis.
Desmelenarse una á otra. Mulieres in capillos invicem involare. *Desmelenado.* Incomptus, capillis sine lege errabundis.
Desmembrar. Membratim corpus incidere. Cohærentia, & inter se connexa abrumpere, dividere, avellere.
Desmemoriado. Obliviosus.
Desmentir á uno. Mendacium alicui objicere, exprobrare. Mendacium in aliquem retorquere. *Desmentir una cosa.* Vide *Disimular.* *Desmentirse uno á otro.* Mendacium invicem retorquere. *Esto desmiente uno á otro.* Hæc inter se pugnant, invicem sibi obstant.
Desmenuzar. Aliquid comminuo, contero, is. Frio, as. Cibum dentibus conficio.
Desmerecer. Indignum esse. *Desmerecelo acaso quien lo pide, ó aquel para quien se pide?* Utrum is, qui petit, an is, cui petitur indignus est? Cic.
Desmesura. Immodestia, procacitas.
Desmesurado. Vide *Descomedido.*
Desmigajar el pan. Panem in micas friare, digitis cominuere.
Desminuir. Vide *Disminuir.*
Desmochar. Mutilo, as. Detrunco, as. Truncam arborem reddere, cornua truncare.
Desmontar. Sylvam cædere. Frutices, ac virgulta succidere. *Los de á cavallo.* Equo descendere, desilire.
Desmoronarse un paredon. Parietinas vetustate diffluere, deficere.
Desmotar el paño. Panni flocos forficulis secare, amputare, præcidere.
Desnarigar. Nares alicui præcidere. Hominem denasare. *Desnarigado.* Denasatus, naso diminutus, truncis naribus fœdatus.
Desnatar la léche. Lactis summum decerpere. Pingue lactis delibare.
Desnaturalizarse. Patriam abdicare, eju-

ejurare. Ejurata patria, in aliam civitatem ascisci, adscribi, jus civitatis alibi obtinere.

Desnudar. Nudo, denudo, as. Veste aliquem exuere, spoliare. *Desnudarse*. Vestem deponere, vestimenta abjicere.

Desnudo. Nudus, omni veste vacuus.

Desnudez. Nuditas, tis.

Desobedecer. Obedientiam abjicere, jussa negligere, contemnere. Præceptis non parere, non obedire mandatis.

Desobediencia. Mandati neglectio, obedientiæ contemptus, imperii detractio. Contumacia, æ. *Desobediente*. Inobsequens, contumax, cis.

Desobligar. Vide *Ofender*. *Con eso le desobligaste*. Hoc pacto hominem á te abalienasti. Hoc facto gratiam ejus amisisti, perdidisti. *No por esto está desobligado*. Non ideo officio solutus est. *No se da por desobligado*. Non putat se non teneri.

Desocupar la casa, los asientos. Domum, subsellia vacua facere, relinquere. *Desocuparse*. Se ab occupationibus, aut negotiis expedire. *Ya estoy desocupado*. Jam sum expeditus. Vacuus jam sum, & liber à negotiis. Jam aliquid otii nactus sum. Nullæ me jam occupationes urgent, nulla negotia distinent, nullis negotiis implicatus sum. Ab omni ocupatione me expedivi. Jam mihi per negotia respirare, & ferias agere licet. *Mas desocupado estas tú, que yo*. Plus tibi otii est, quam mihi.

Desojarse por saber los intentos de alguno. Acri, & attento animo intueri, observare, investigare, quo pacto consilia alicujus deprehendas, quemadmodum ad intimos ejus sensus pervenias.

Desojánse en servirle, y darle gusto. Dies, noctesque in obsequium ejus intendunt, invigilant. Nihil laborant, nihil curant, nisi quemadmodum illi placeant, quibusque officiis illum sibi devinciant.

Desolacion. Excidium, vastatio, nis.

Desollar. Pellem alicui detrahere. Excoriare pecus. *Si sabe el viejo la burla, me ha de desollar á azotes*. Si senex senserit, sibi data esse verba, virgis dorsum despoliabit meum. *Desolladura*. Oblisæ cutis plaga.

Desordenar. Ordinem perturbare.

Desordenado. Inordinatus, indigestus, incompositus, præposterus, perversus. *Acometió á los enemigos desordenados*. Palantes hostes adortus est.

Desordenadamente. Inordinatè, præpostere, perversè, confusè, præter ordinem, immoderatè, immodicè.

Desorden de cosas. Rerum perturbatio, confusio, præposterus ordo.

Desorejar. Auriculas amputare.

Desovar los peces. Ova parere.

Despachar negocios. Negotia expedire, absolvere. Rem peragere, conficere. *Despachar el mensagero*. Nuncium remittere, dimittere. *Despachemos*. Agedum, quid moraris.

Despachos de Audiencia. Acta, orum. *Gentil despacho traes*. Præclarè verò mandata egisti, curasti, gessisti, confecisti. *Para qué te encargas del despacho, si lo has de hacer asi?* Quid recipis mandatum, si neglecturus es? Quid onus officii suscipis, quod sustinere nequis?

Despachurrar. Exculco, as.

Despacio. Sensim, placidè, paulatim.

Despalmar la nave. Vide *Brear*.

Despalmar el caballo. Scalpro ungulas equi præcidere, excidere, secare.

Desparecer. Vide *Desaparecer*.

Desparramar. Dissipo, as. Dispergo, is.

Despartir. Pugnantibus se interponere. Pugnam dirimere, inhibere.

Despartidor. Pacificator, oris.

Despavilar. Lucernam emungere. *Despavilaronme el dinero*. Argento emunctus sum. *Despavilado ingenio*. Emunctæ naris homo. Experrecti vir ingenii. *Despaviladeras*. Instrumentum ad emungendam lucernam, forficulæ, arum.

Despavorido. Pavefactus, consternatus. *Quedó despavorido*. Perterritus obstupuit. Vehementer expavit.

Despearse. Pedibus debilitari, qui longum pedibus iter confecit. *Despeado vengo*. Ita fessus sum de via, ita defatigatus, ut vix pedibus stare, aut insistere valeam.

Despecho. Furor ex desperatione. *Á despecho mio lo hizo*. Me invito, ac reclamante fecit.

Despechado. Ex desperatione in furorem

rem erumpens, in rabiem actus.

Despechugarse. Expapillari. Pectus aperire, nudare. *Despechugado.* Expapillatus, nudato, aut aperto pectore.

Despedazar. Aliquid discerpo, lacero, dilacero, as. Laniare, dilaniare.

Despedir. Dimitto, is. *Despedir al que te pide.* Abnego, as. Petitionem rejicere. *Despedir al soldado.* Exauctorare militem, sacramento illum absolvere, missionem illi, aut commeatum dare. Legionem cum ignominia missam fecit.

Despedirse. Vale dicere alicui. Cum bona alicujus gratia abire, discedere. *Despedimosle con lagrimas.* Lacrymis, & votis abeuntem prosecuti sumus.

Despedida. Discessus, us. Digressus, us. *A la despedida le abrazó.* In digressu illum amplexus fuit.

Despegar. Cohærentia distrahere, dissolvere. Deglutino, reglutino, as. *Hombre despegado.* Asper, solitudinis amicus, ab hominum congressu alienus, aversus, abhorrens.

Despego. Asperitas, aversatio.

Despejar la plaza. Expedire forum. Turbam removere, summovere. *Hombre despejado.* Expeditus, alacer, cris.

Despejo. Alacritas, vigor animi.

Despenar á uno. Molestiam alicui eripere. Molestia, metu, solicitudine hominem levare, liberare.

Despeñar. Præcipito, as. Præcipitem aliquem agere, dare, dejicere, impellere. *Despeñarse.* Ruere præcipitem, in præceps decidere, deferri, devolvi. *Despeñase el rio.* Amnis ex alta rupe præcipitat. *Ponerse á peligro de despeñarse.* Comittere se in locum præcipitem. *Por poco se despeñára, ó no se despeñó.* Tantum non præcipitatus est. Parum abfuit, quin præceps deferretur.

Despeñadero. Præcipitium, locus præceps.

Despeño. Præcipitatio, ruina, æ. *De agua que cae de alto.* Cataracta, æ.

Despensa. Penus, us, vel oris. Cella penaria, vel penuaria. *Despensa de vino.* Lora, æ. Vinum secundarium.

Despensero. Dispensator, promus condus. *El que compra.* Obsenator, is.

Despepitado. Præceps in agendis. *De lengua.* Petulantis linguæ homo.

Despreciar la hacienda. Bona sua prodigere, patrimonium profundere, fortunas dissipare, dilapidare, disperdere.

Desperdiciar. Prodigus, decoctor.

Desperdicio. Profusio, dissipatio.

Despernar. Crura convellere, frangere.

Despertar á uno. Expergiscor, somnum excutere, somno solvi, è somno, vel de somno excitari. *Despertar á otro.* É somno aliquem excitare, suscitare. Expergefacio, is.

Despertador. Excitator, oris.

Despierto, vivo. Experrectus, vigilans, tis. Experrecti vir ingenii. *Estás despierto?* Vigilasne? Experrectusne es?

Despicarse. Jocum joco eludere. Joci acumen retundere, retorquere.

Despilfarrado. Vide *Andrajoso.*

Despintarse una cosa. Vide *Desaparecer.*

Despintósele lo que deseaba. Spe frustratus est. Sors illi læva fuit. Prodigine cerva.

Desplacer. Vide *Desagradar.*

Desplegar. Velum, aut frondes explicare. *No desplegó la boca.* Siluit, obmutuit.

Desplomarse la pared. Parietem inclinari, vitium facere, rimas agere, in ruinam propendere, ruinam minari.

Desplumar. Plumas evellere.

Despoblarse un lugar. Incolis, aut civibus orbari. *Despoblóse toda la Ciudad para ir á verlo.* Prodigium ut videret, tota se civitas effudit.

Despobladas están muchas Ciudades. Multæ urbes vastatæ, desertæ sunt, civibus orbæ sunt. In multis urbibus cives desiderantur. Magna est in multis urbibus solitudo.

Despojar. Spolio, vel expolio, as. Nudo, as. Expilo, as. Spoliis hostem exuere, spolia illi detrahere, adimere.

Despojador. Spoliator, expilator.

Despojos. Spolia, orum. *De Rey, ó Capitan vencido.* Opima spolia.

Despolvorearse. Pulverem sibi excutere. Vide *Espolvorearse.*

Desposarse. Sponsalia contrahere, alterum se alteri spondere, in conjugium pacisci. Adolescens puellam sibi despondet.

Des-

Desposar la hija. Filiam alicui despondere.

Desposado. Sponsus. *Desposada.* Sponsa. *Desposorio.* Sponsalia, um.

Desposeer á uno: Possessione aliquem depellere, exuere, privare.

Despotico dominio. Regia dominatio. *Mandar despoticamente.* Regiè imperare, imperiosè jubere.

Despreciar. Contemno, negligo, sperno, despicio, is. Despicatui aliquem ducere. *Despreciar con algun gesto.* Fastidire aliquem. Aliquid respuere, aspernari.

Despreciado. Contemptus, spretus, despectus, neglectus, despicatissimus.

Desprecio. Contemptus, us. Despicientia, æ. Contemptio, despicatus, us. *Tratóle siempre con grandissimo desprecio.* Illum pro despectissimo semper habuit.

Desprender. Nexu solvere, liberare.

Desprevenido. Imparatus, a, um. *Cogióme desprevenido.* Imparatum me excepit, incautum occupavit.

Desproposito. Ineptiæ, arum. *Tal vez el desproposito es muy á proposito.* Desipere aliquando egregiè sapere est.

Desproveido. Vide *Desprevenido.*

DESPUES. (*preposicion*) Post, secundum.

Despues de muchos debates. Post multas altercationes. *Despues de largo tiempo.* Post longum tempus, longo intervallo, longo post tempore. *Para verte despues de tanto tiempo.* Ut te tanto intervallo viderem. Cic. *Poco despues comenzamos á sentirlo.* Paulo post, non multò post, post aliquantò sentire cœpimus. *Despues de ti, de ninguna cosa gusto mas, que de la soledad.* Secundum te nihil mihi amicius solitudine. *Despues de Dios á ti te debo la vida.* Secundum Deum vitam tibi acceptam referro.

DESPUES. (*adverbio de orden*) Deinde, tum, postea. *Informéme de él primero, despues mostréle la carta.* Primum ex eo quæsivi, deinde litteras ei ostendi. *Despues confesó llanamente.* Tum rem simpliciter aperuit. Postea rem planè confessus est.

Despues que. Postquam, posteaquam. *Un dia despues que salió.* Postridie, vel postero die, quàm egressus est. *Tres dias despues que murió.* Post tres dies, vel post diem tertium, quàm mortuus fuit. Tertio, postquam mortuus, die. *A veces se dexa* Post: *Siete dias despues que nació le bautizaron.* Septimo, quàm natus est, die, salutari aqua perfusus est.

Despulsado. Intermortuus, pœne exanimatus. *Quedó despulsado con la nueva.* Provinciarum nunciata defectione, tantum non exanimatus es. Perculsus insperatæ cladis nuncio, propè intermortuus jacuit.

Despuntar. Cuspidem, aut mucronem frangere, infringere, obtundere. *Despuntó de agudo.* Suo se pupugit acumine.

Desquartizarle, hacerle quartos. Cadaver damnati hominis in quatuor partes dividere, incidere, secare.

Desquiciar la puerta, sacarla de quicio. Cardine fores evertere, evellere, extrahere, dimovere.

Desquitarse. Damnum compensare. *En el juego.* Amissa in ludo recuperare, recipere. *Desquitos, ó desquitados estamos.* Neuter alteri, vel neuter neutri debet. Paria facimus.

Desquite. Damni compensatio. Lusoriæ jacturæ reparatio.

Desquijar. Maxillas convellere.

Desreglado. Intemperans, edax, comessator. Cibi, & potus immodicus.

Destajo. Dar, ó tomar la obra á destajos. Opus faciendum locare, vel redimere. *Concierto á destajo.* Operis locatio, redemptio.

Destajeros. Operis redemptores.

Destapar. Operculum detrahere. *La canilla de la cuba.* Epistomium extrahere, extorquere. *Lo que está con tapon.* Obturamentum extrahere, extrudere. Obturamentum aperire. *Lo que está con pez, ó betun.* Relino, is.

Destazar. Corpus in frusta concidere.

Destello. Stilla, æ. Vide *Gota.*

Destemplasse uno. Exacerbari, stomachari. *La vihuela.* Fides, aut cordas remitti, dissonare. *Destemplado.* Immoderatus, intemperatus, intemperans. *En la Musica.* Dissonus.

Destemplanza. Intemperantia, æ. *Del clima ó ayre.* Intemperies cœli.

Destempladamente. Intemperanter, immodicè, intemperatè.

Des-

Desterrar á uno. Exilio hominem mulctare, in exilium mittere, exigere, ejicere. Nobilem virum relegare, proscribere, amandare, deportare. Omni Gallia Romanis, vel Romanos interdixit. Aqua & igni mihi interdictum est, vel aqua & ignis mihi interdictus est.

Desterrado. Exul, extorris. Proscriptus, relegatus, qui exulat, qui in exilio est, exterminatus, in insulam deportatus. *Salir desterrado.* Exilii mulctam subire. Exilii causa solum vertere, patria cedere. In exilium ire, proficisci. *Estar, ó andar desterrado.* Exulo, as. In exilio esse, in exilio vagum errare. *Desterrador de los buenos.* Bonorum exterminator.

Desterradero. Locus inamœnus, insalubris, qui pro exilio habetur.

Destierro. Exilium, relegatio. *Alzarle el destierro.* Ab exilio aliquem revocare, reducere. Exulem restituere.

Destetar. Infantem ab uberibus, à mamma, à lacte removere, disjungere, depellere. *Con esto me destetaron.* Hoc cum ipso lacte suxi.

Destexer. Retexo, is. *Todo se va en texer, y destexer.* Quod extruit, destruit. Penelopes tela.

Destilar. Vide *Distilar.*

Destinar. Destino, as. Vide *Señalar.*

Destino. Consilium, scopus, i.

Destituido. Destitutus. Vide *Fallo.*

Destocarse la muger. Capitis velum, sive ornatum sibi detrahere. *Destocado.* Incompta mulier.

Destorcer. Tortum funem dissolvere, retorquere, retexere.

Destral, ó segur. Securis, is.

Destravar. Connexa solvere.

Destreza. Industria, peritia, æ. Dexteritas. *Con destreza.* Peritè, affabrè.

Destripar los peces. Exenterare pisces. *Los terrones.* Occo, as. Glebas confringere, comminuere. *Destripa terrones.* Durus arator.

Destrocar. Commutationem rescindere. Suum cuiquè mutuò reddere.

Destroncarse. Abrumpi, effringi.

Destrozar. Destruo, perdo, is. *El exercito.* Aciem hostium profligare. Vide *Desbaratar.*

Destrozado. Disturbatus, dissipatus, destructus.

Destrozo. Disturbatio, dissipatio. *De las mieses.* Calamitas, tis. *De exercito.* Cædes, clades, strages, is. *Hacer gran destrozo.* Cladem inferre. Magnam stragem dare, edere, facere.

Destruir. Destruo, excindo, averto, is. Vasto, as. Deleo, es, diruo, excido, is. *Con las guerras se han destruido muchas Ciudades.* Diuturnis bellis multæ Urbes corruerunt, funditus interierunt, solo æquatæ sunt, eversæ, deletæ, funditus excissæ jacent.

No me acabeis de destruir. Ne me perditum perdas, ne præcipitem impellas. Ne fortunarum reliquias mihi adimas, eripias.

Destruicion. Excidium, pernicies, pestis, calamitas, interitus, us. Vastatio, depopulatio, disturbatio.

Destruidor. Eversor, vastator, oris.

Desvalido. Inops ab amicis, nullo potentium præsidio munitus.

Desvan. Cavus summi tecti.

Desvanecer á uno. Adulatione hominem infatuare, verborum lenociniis mentem illi eripere. *Desvanecerse.* Inani lætitia efferri, exultare, gestire. *Desvaneceseme la cabeza.* Vertiginem patior, Vertigine afficior, corripior. *Desvaneciose todo como humo.* Ingens ille ardor elanguit, evanuit in fumum.

Desvanecido. Flatus, ventosus, vanus.

Desvanecimiento. Elatio animi. *De cabeza.* Vertigo, inis.

Desvariar. Deliro, as, desipio, is.

Desvario. Deliramentum, delirium.

Desvelarse por algo. In hoc dies, noctesque vigilat. In eam curam incumbit. In id omni studio incumbit. Huic rei unice laborat. Huc remis, velisque festinat.

Desvelado. Pervigil, is. Insomnis. *Toda esta noche he estado desvelado.* Totam noctem pervigilavi. Noctem totam insomnem duxi.

Desvelo. Pervigilatio, pervigilium, *De cuidado, y diligencia.* Vigilantia, æ.

Desventura. Vide *Desdicha.*

Desventurado. Vide *Desdichado.*

Desvergüenza. Impudentia, petulantia,

a, procacitas, tis *Desvergüenzas.* Prætextata verba, obscœna. *Grande es la desvergüenza de este.* Ad omnia scelera, & flagitia os perfricuit. Omnia pudoris repagula perfregit. In perfricta illius fronte ne vestigium quidem pudoris inest. Ubique os impudentissimum, & importunissimum ostentat.

Desvergonzado. Impudens, inverecundus, procax, petulans, protervus. *Cómo sois tan desvergonzado?* Quæ tua isthæc impudentia tanta est?

Desvergonzarse con alguno. In aliquem debacchari, procaciùs cum illo agere, petulantiùs in illum jocari.

Desvergonzadamente. Impudenter, procaciter, protervè, petulanter.

Desvariar. Amoveo, es. Vide *Apartar.*

Desviarse. Discedo, decedo, is. *Del camino.* De via deflectere.

Desvio, ó desamor. Aversatio, nis.

Desvirar. Soleas scalpro circuncidere.

Desvirtuarse una cosa. Marcesco, languesco, macresco, is.

Desvirtuada cosa. Exuccus, exanguis, languidus, efœtus. *No está tan desvirtuada la naturaleza, que no produzca cosa relevante.* Non est adeo lassa, & fœta natura, ut nihil jam laudabile pariat. *Plin.*

Desunir. Disjungo, is. Vide *Apartar.*

Desunion. Disjunctio. Vide *Discordia.*

Desunir, ó desuncir. Equos, aut boves disjungi, vinculis exolvere.

Desusarse. Desuesco, is. In desuetudinem abire, absolescere. *Desusada cosa.* Desueta res, nova, inusitata.

Desustanciar una cosa. Succum exprimere, corpus extenuare. *Desustanciarse.* Macrescere, extenuari.

Detener. Detineo, teneo, retineo. Moram alicui afferre. Moror, remoror, aris. Tardo, retardo, as. *Detente.* Gradum continе, siste. Manum cohibe, iram sustine, animo impera. *Pero ninguna cosa destas me detuvo para dexar de castigarle.* Sed nihil horum me tenuit, quin hominem punirem. Nihil horum mihi obstitit, ne ulciscerer. Nihil me impedivit, quo minus injurias persequerer.

Detenerse en algun lugar. Alicubi commorari, morari, immorari, subsistere. *Detenerse por algun respeto.* Cunctor, aris. Cunctantiùs agere. Moras nectere, interponere. *Detencion.* Mora, cunctatio. *Detencion violenta.* Retentio, retardatio.

Detenido. Tardus, lentus, cunctator.

Deteriorado. Detritus, deterior, us.

Determinar. Decerno, statuo, constituo. *Como Juez.* Sancio, censeo, decerno, is. Decretum de aliqua re facere.

Determinado. Vide *Resuelto.*

Determinado estoy á irme. Certum mihi est abire. Constitutum, deliberatum mihi est, in animo est abire. Consilium abeundi suscepi. *Aun no estoy determinado.* Nondum consilium cepi. Nihildum decrevi. Adhuc animus fluctuat. Nondum adducor, ut faciam.

Determinacion. Deliberatio, consilium. *De Juez.* Decretum, sanctio, nis.

Detestable. Detestabilis, execrandus.

De todas partes. Undique.

De todo punto. Del todo. Omninò, prorsus, penitus, funditus.

Detrás. Retro, post, ponè. *Detrás de la oreja.* Secundum aurem. *Por detrás.* Á tergo. Vide *Tras.*

De través. É transverso, obliquè.

Detrimento. Detrimentum, damnum, i.

Devanar. Glomero, as. Stamen, aut filum in globi formam convolvere.

Devanadera. Rhombus, i. Rota glomeratoria.

Devaneos. Deliramenta, orum.

Deuda. Debitum, i, æs alienum.

Con la enfermedad quedé cargado de deudas. Magnum æs alienum mihi morbus attulit. Morbi causa grave æs alienum feci, contraxi, suscepi, in magno ære alieno sum, ære alieno adstrictus, oppressus sum. *Ya pagué mis deudas.* Æs alienum solvi, dissolvi. Nomina explicui, expedivi, dissolvi. Ære alieno liberatus sum. Emersi ex ære alieno. Nihil mihi æris alieni relictum est. Creditoribus satisfeci. *Algunas deudillas me han quedado.* Aliquantulum æris alieni mihi reliquum est, relictum est, solvendum restat. *Salí á pagar las deudas de mis amigos.* Æs alienum amicorum suscepi, in me recepi. Pro amicis spopondi. Amicorum creditoribus ultró me obnoxium feci.

Deu-

Deudo. Propinquus, affinis, is.

Deudor. Debitor, oris.

Deber. Debeo, es. *Hizo su deber, pero debe lo que hizo.* Officio satisfecit, sed non iis, per quos fecit. Quod debuit præstitit, sed & quod præstitit debet. Partes probè egerat, si iis, per quos egit, satisfecisset. *Los que deben, siempre andan en trampas.* Obærati fraudibus agunt. Sæpè coguntur mentiri, dolis ludunt, ac deludunt.

Debole mas que á mis padres. Plura mihi præstitit, quam parentes. *Debolo quanto tengo.* Quidquid habeo, illi acceptum refero.

DEBE de &c. Fortasse. *Debe de hablar de chanza.* Fortasse jocatur. *No debió de dar el recado el muchacho.* Fortasse puer mandata non exposuit.

DEBE de, pues &c. Oportet, qui &c. *Debes de haber sido muy gastador en tu mocedad, pues te ha quedado tan poca haciènda.* Prodigum te fuisse oportet in adolescentia, qui tot opibus egeas. *No debes de ser pára ello pues te dieron calabazas.* Ineptum te esse oportet, qui repulsam tuleris.

De veras. Seriò, ac verò. *Hablar de veras.* Agere seriò, ac verè. *Prometistelo de veras?* Promisisti ex animi sententia? *Ojalá habláras de veras* Utinam verbum istud diceres ex animo. *De veras?* Itane verò? Verène? *De veras que está enojado?* Itaneverò iratus est? *De veras, que eso pasa?* Itane verò res geritur? *De veras cierto?* Ita herclè verò?

Devocion. Pietas, religio. *Mueveme esto á devocion.* Subit animum hujus loci veneratio, & religio.

Devoto. Pius, religiosus. Pietate insignis, pietatis cultor eximius, religione commendatus. *Es hombre muy devoto.* Vir est apprimè pius, qui suas cogitationes, & consilia ad unum Deum refert. Totum se Deo, ac religionis operibus addixit, devovit, sacravit, dicavit, mancipavit. *Imagen devota.* Imago, vel effigies pietatis cultu celebris, celebrata, frequentata, quæ singulari pietate colitur.

Devotamente. Piè, religiosè.

Dexar lo que está haciendo. Desino, cesso, desisto. *Dexalo.* Desine, cessa, desiste. *No lo dexaré, hasta acabarlo.* Non desinam, donec perficiam. Nisi perfecta re, non desistam. *Dexarlo de repente.* Inchoatum abrumpere. *Dexarlo, no hacerlo.* Omitto, is. Supersedeo, es. *No dexó por esto de porfiar.* Non ideo contentione supersedit.

Dexar, ó desamparar. Desero, relinquo, derelinquo, is. *Antes dexaré la vida, que dexarle.* Animam relinquam potiùs, quàm illum deseram. *Dexóme por heredero.* Hæredem me testamento reliquit. *Habiale de dexar en los cuernos del toro?* In tanto discrimine illi deessem? hominem desererem? *Porque dexando á parte que &c.* Nam præterquam quod &c.

Dexar á uno, hacer suelta de el. Missum aliquem facere. *Dexame por este año.* Missum me fac hoc anno. *Dexemos esto.* Missa hæc faciamus.

Dexarlo por algun tiempo. Intermittere negotia, consuetudinem, litterarum studium. *Pesame de haber dexado de escrivirtos.* Pœnitet me scribendi intermissionem ad te fecisse. Pœnitet me intermissæ consuetudinis, &c.

Dexarlo para otro tiempo. Differre, rejicere aliquid in aliud tempus. *Yo te lo dexo en tus manos.* Ego tibi istud remitto.

Dexar el mundo. Rebus hujus seculi nuntium remittere. *Dexar los oficios públicos.* Civilibus officiis renuntiare. *Dexar el cargo.* Magistratum deponere, magistratu abdicare, abire magistratu. *O tomele, ó dexele.* Aut agat, aut desistat. *De vergüenza dexa deacetarlo.* Pudore tenetur, quo minus accipiat.

Dexar la mala vida. A vitiis se avocare, abstinere. Recipere se ad frugem bonam. Vitia fugere. Vide *Convertirse.*

Dexar á uno fuera. Excludere aliquem. *Por falta de tiempo lo dexamos.* Angustiis temporis excludimur. *Dexo que por tu culpa me echaron en la carcel.* Omitto, prætereo, quod tuo scelere in carcerem conjectus sum. *Dexo esto que es escabroso.* Hujus loci salebras prætereo. *Dexó de tratar ese punto.* Eum locum reliquit integrum. Quæstionem istam prætermisit. *Dexa esto, que no te está bien.* Mitte ista, quæ te non decent.

Dexar algo de las manos. Deponere ali-

[...]quid de manibus. *Dexar el cuidado, el exercito, el gobierno.* Deponere curam, exercitum, provinciam, imperium. *Dexar las amistades, ó enemistades.* Amicitias, simultates, aut inimicitias deponere. *Dexar la carga, el escrupulo, la tema.* Onus, religionem, contumaciam deponere.

Dexar, permitir. Sino, is. Patior, permitto. *Dexamelo acabar.* Sine, extrema persequar. *Dexalos que se vayan.* Sine eos abire. Sine abeant, vel ut abeant. *No me dexó entrar.* Non permissit, me introire. Aditu me prohibuit. Mihi per illum introire non licuit. *Dexar crecer la barba.* Barbam submittere.

No dexé cosa por leer. Nihil prætermisi, quin legerem. *No dexará cosa por registrar, ó que no registre.* Nihil prætermittet, quin inspiciat.

Á VECES no dexar, es termino diminutivo, v. gr. *No dexó de sentirlo.* Id est, *Algo lo sintió.* Nonnihil doluit. Aliquatenus illum pupugit. *No dexó de alegrarse.* Aliquantulum recreatus est. *No dexa de darle cuidado.* Nonnihil solicitudinis illi accessit. *No dexa de tener culpa.* Non omninó culpa vacat. Aliquatenus in culpa est. *No dexé de enfadarme al oirlo.* Non sine stomacho hæc audivi.

Dexacion de bienes. Cessio bonorum. *Hacerlo.* Cedere bonis.

Dexado. Languidus, segnis, negligens.

Dexamiento. Languor animi, segnities.

Dexo. Vide *Fin.* *No pruebes lo que tiene malos dexos.* Quæ nigrantes habent caudas, ne gustaveris.

Deceno. Decimus.

Decena, ó decenario. Denarius numerus, decem.

Deciembre, ó diciembre. December, bris.

Decir. Dico, is. Ajo, is. Loquor, eris. *Contando algo.* Memoro, commemoro, as. *Decir, ó hablar en publico.* Prædico, as.

Todos dicen bien de él. Perhonorificè de illo loquuntur omnes. Nemo illum nisi honorificè appellat. Vide *Alabar.*

Muchos dicen mal de mi sin causa. Multi me immeritò accusant, vituperant, carpunt, insectantur: nullo meo merito me in circulis rodunt, ac villicant, in me linguam acuunt. Multi falsos de me rumores dissipant, jactant. Turpia, & indigna de me loquuntur, in me conferunt. Mihi immerenti obtrectant gravissimè. Vide *Murmurar.*

Todos dicen esto. Versatur hoc in ore omnium. De hac re creber est, & constans omnium sermo. Hæc in vulgus fama manavit. Ita omnes dictitant, ita prædicant. Vulgo ita fertur, vulgo dicitur. Omnes id apertè dicunt, jactant, confirmant. Nullus est, qui audeat inficiari.

Por algo lo dicen. Non temeré est, quod vulgus dictitat. Non temerè fama nasci solet. Cic.

Decir en suma el caso. Rem summatim exponere, strictim dicere, paucis perstringere. *Para decir en suma sus virtudes.* Ut laudes ejus in pauca conferam. *Es hombre que dice, y hace.* Fidelis est, & constans in promissis. Ad rem verba confert.

Deciroshe lo que siento. Meum apud te animum testatum relinquam. Dicam ex animo, quod sentio. *No digo cosa que no lo pueda decir delante de Dios, y todo el mundo.* Nihil loquor quod non audeam prædicare. *Esto dice á cada paso.* Hoc passim jactat, frequenter usurpat, crebró dicit, identidem commemorat.

Decir lo que le preguntan debaxo de juramento. Juramento aliquid confirmare. Testimonium religiosè, sanctèque dicere. *No puedo decir eso con buena conciencia.* Quæ jubes, dicere non possum, impedit religio. *Dixisteis contra mi en el informe.* Aculeum testimonii tui in me convertisti, exeruisti.

Dixele de una hasta ciento. Omnia in illum maledicta contuli, congessi. *Y diciendo, y haciendo desembaynó la espada.* Et cum dicto gladium distinxit. *Bien dice eso con esotro.* Mirificè hoc cum illo convenit, cohæret. *Ello se lo dice.* Res ipsa loquitur.

Digan lo que dixeren, yo lo tengo de hacer. Quidquid de me, meoque facto judicent homines, efficiam tamen quod proposui. Quidquid vulgus obganniat, moræ mihi non erit, quin perficiam. Ut volet, quisque accipiat, propositum tamen exequar, rumorum securus. *Eso se dexé decir?*

cir? Hoc dicere sustinuit? Id ausus est effutire? *Dexabase decir algunas cosas, por donde le entendiesemos.* Sermonis ansas dabat, quibus reconditos ejus sensus teneremus. *Como dicen que hacia Socrates.* Ut de Socrate accepimus. Cic.

Di, dime, dilo. Dic, cedo. *Dime uno, que haya hecho lo que tú hiciste.* Unum cedo auctorem tui facti. Cic. *Qué ha sucedido? dilo.* Quid factum est? cedo.

Diccion. Dictio, vocabulum, verbum.

Decible cosa. Quod dici potest. *No es decible lo que se huelgan.* Dici non potest, quantopere gaudeant.

Decidor. Dicax, cis. *Era muy decidor, y chocarrero.* Erat dicacitatis plurimæ, & scurrilis. *Hombres decideros son poco graves.* Multum de gravitate decerpunt joci. Hominibus facetis, & dicacibus difficile est servare dignitatem suam.

Decimo. Decimus, a, um.

Dezmar, y dezmero. Vide *Diezmo.*

Deciseis, decisiete &c. Vide *Diez.*

D ANTE I.

Dia. Dies, ei. *De fiesta.* Dies festus, Divo alicui sacer, dicatus, consecratus. *Dia de entre semana, ó de trabajo.* Profestus dies. *Dia de audiencia.* Comitalis dies.

Dia señalado. Dicta dies, constituta. *El menor del año.* Bruma, æ. *El de ayer.* Dies hesternus. *El de hoy.* Hodiernus. *El de mañana.* Crastinus. *Mañana, y esotro dia.* Cras, & perendie.

Dia de nacimiento. Natalis, is. *De bautizmo.* Dies lustricus. *De mortuorio.* Emortualis dies. *De los difuntos.* Feralia, orum. *Dia de bisiesto.* Intercalaris dies. *Ya es de dia.* Jam dies illuxit. *Al buen dia meterle en casa.* Soli affulgenti aperienda fenestra.

Echemos á mal este dia. Comburamus hunc diem. *Aun no se ha acabado el dia.* Nescis, quid serus vesper vehat. *Yo le daré un mal dia si le topo.* Si offendero, ego illi faciam hunc inauspicatum diem. *Esperar de dia en dia.* Diem ex die expectare. *Un dia antes que, &c.* Pridie quàm. *Un dia despues que, &c.* Postridie quàm.

Dias de holgar, ó de vacaciones. Feriæ, arum. *En que no hay audiencia.* Justitium, ii. *Dias aziagos.* Inauspicati, atri dies. *No son todos los dias unos.* Ipsa dies quandoque parens, quandoque noverca. *Dias ha que te escribí:* Pridem litteras ad te dedi. *Dias ha que trato de dexar el cargo.* Pridem est cum cogito magistratum deponere. *No ha muchos dias.* Haud ita pridem. *Tres dias enteros ha que andamos en eso.* Tres dies sunt ipsi, cum hunc lapidem molimur. *Mas dias hay que longanizas.* Nondum omnium dierum Sol occidit. *De aqui á pocos dias.* Propediem. Post dies non multos. *No en mis dias.* Numquam dum vixero, hoc fiet. Non patiar hoc fieri, dum vivam. *Mal dia llevas.* Turbido, ac ventoso die te vitæ committis. *Ya es hombre de dias.* Ætate provectus est. *De dia, ó entre dia.* Interdiu, per diem. *De dia, y de noche trabaja en esto.* Die, noctuque, vel dies noctesque in id incumbit. *El trabajo del dia.* Diurnus labor. *El de cada dia.* Quotidianus.

Diario. Diarium, ephemeris, idis.

Diablo. Diabolus, i. Cacodæmon. *Dar á uno al diablo.* Male alicui precari, diris illum devovere. *Está dado al diablo contigo.* Totum se à te abalienavit. Iratissimus, & inimicissimus tibi est. *Dexarlo con el diablo.* Abjiciendum procul.

Diacitron. Citreus cortex sacchaso conditus.

Diacono. Diaconus, Diacon, nis.

Diadema, corona Real. Diadema, tis. Regii capitis insigne.

Diafano, transparente. Diaphanus, pellucidus, perspicuus.

Dialectica. Dialectica, isagoge, es.

Dialogo. Dialogus, i. *En verso.* Drama, tis.

Diamante. Adamas, antis. *Cosa de diamante.* Adamantinus, a, um.

Diametro. Diameter, vel diametrus, i. Linea figuram, qua longissima est, secans.

Diaquilon, unguento. Diachylon, onis.

Dibujar algo. Imaginem adumbrare, delineare. Prima operis lineamenta docere. *Dibujo.* Adumbratio, inconographia, æ. *Con que se dibuja.* Graphium, ii. Stylus, i. *Quien te mete en dibujos?* Quid tu ista curas, quæ ad te non pertinent?

Quid

Quid simultates non necessarias suscipis?

Disciplina con que azotan. Flagellum, verber, eris. *La que toman muchos.* Verberatio, flagellatio. Vide *Disciplina.*

Disciplinarse. Vide *Azotarse.*

Dicha. Felicitas, tis. Fortuna prospera, secunda. *Tiene gran dicha.* Fortuna secunda utitur. Omnia illi peropportunè cadunt, ex sententia cedunt. *Quien tiene dicha en todo?* Quis prospera semper, æqualique fortuna utitur? Cui secundus vitæ cursus sine ulla offensione contigit? *Á mucha dicha tengo ir en vuestra compañia.* Felicem me, te socio, tanto viro. *No todos tienen esta dicha.* Non cuivis contigit adire Corinthum. Non omnibus datum est impunè dicere, quæ lubeat. *Nunca tengas dicha.* Nihil tibi ex sententia succedat.

Dichoso. Felix, faustus, fortunatus.

Dichosamente. Vide *Prosperamente.*

Dicho. Dictum, i. *De testigo.* Testimonium. *Dicho gracioso.* Dictum elegans, lepidum, salsum, festivum. *Picante.* Facetiæ acerbæ, aculeatæ. Dicterium asperius. *De picaros.* Scurrile dictum, illiberalis jocus. *Sentencioso, y breve.* Apophthegma, tis. *Dicho agudo.* Acutè dictum. *Lindo dicho.* Facetè, scitè, opportunè dictum. *Tiene lindos dichos.* Argutè, & facetè multa dicit. Scitè cavillatur, opportunè jocatur. *Por un dicho perderá un amigo.* Dum dicto sibi plaudit, amicum exturbat. Per jocum amici jacturam facit. *Dicho, y hecho.* Dictum, factum. *Del dicho al hecho hay gran trecho.* Loqui facilè, præstare difficilè.

Dictamen. Mentis sensus, judicium. Rationis norma, dictamen. Naturæ præscriptum. *Dictamenes.* Animi sensa. *Regiase por los dictamenes de su maestro.* Magistri sui sensa studiosè exprimebat, ab ejus præscriptis non discedebat. *Están muy engañados todos los que son de ese dictamen, que piensan, &c.* Errant vehementer, quotquot in ea sunt hæresi, ut existiment, &c. *Rigese por sus dictamenes.* Arbitratu suo ducitur. *Tiene malos dictamenes.* Malus illi afflat genius. Non quod ratio præscribit, sed quod libido sugerit, ratum habet. Libido illi pro ratione est. *El que los tiene buenos.* Qui recta cogitat, rectum intuetur, qui cum ratione agit, qui ratione duce utitur, qui à rationis præscripto non discedit.

Dictar una carta. Epistolam dictare. *Repetir lo que dictó el maestro.* Dictata magistri reddere, referre. *Esto dicta la razon.* Hoc ratio præscribit.

Dictador. Dictator, oris.

Diente. Dens, tis. *Los delanteros.* Dentes priores, incissores, tomici, gelasini. *Los de mas adentro.* Genuini dentes, intimi. *Dientes que sobresalen.* Exteri dentes. *El que asi los tiene.* Broncus, i. *Nacerle á uno los dientes.* Dentes emittere. *Aqui me nacieron los dientes.* Hæc me genuit, atque aluit tellus. *Mas cerca están mis dientes, que mis parientes.* Mihi magis, quàm aliis consulere debeo. *Mostrarle los dientes.* Vultu hominem deterrere, conatibus ejus resistere. *No me entra de los dientes adentro.* Aversor hominem. Abhorret animus ab eo. *Valiente por el diente.* Dente, & ventre potens. *Limpiarse los dientes.* Dentes exterere, scalpere. Lentisculo mundare. *Á pan duro diente agudo.* Remedio amaro bilem amaram diluere. *Dar diente con diente.* Vide *Tiritar.*

Diestra. Dextera, dextra, æ. *Á diestro, y á siniestro.* Dextera, lævaque. Nullo respectu, jure, vel injuria.

Diestro en algun arte. Peritus, experiens, experientissimus. Armorum, & equitandi peritissimus. *Diestro en tirar.* Certo ictu destinata figere solitus. *Llevar el caballo del diestro.* Funalem equum ducere.

Diestramente. Peritè, ex arte.

Dieta. Victus parsimonia, cibi modus à medico præscriptus. *Guardar dieta.* Cibo uti moderatè. Modum in victu tenere, à præscripta victus ratione non discedere. *Dieta, jornada.* Iter unius diei. *Dieta en Alemania.* Comitia, orum.

Diez. Decem. *Diez veces.* Decies. *Diez mil.* Decem millia. *Diez mil veces.* Decies millies. *Diez y seis, ó deciseis.* Sexdecim, vel sedecim. *Diez y siete.* Septemdecim. *Diez y ocho.* Octodecim, vel decem & octo, vel duo de viginti. *Diez y nueve.* Novemdecim, vel decem & novem, vel unde viginti.

Diezmo. Decima, a. *Diezmos.* Decumæ

mæ vel deelmæ, arum.

Diezmar, ó desmar. Decimo, as. Decimam quamque partem dare, offer[illegible]detrahere. Decimas dare, solvere. [illegible]*a de que pagan diezmos.* Decumanus ager. *Diezmero, ó dezmero.* Decimarum collector, receptor. Decumanus, i.

Diezmar los culpados. Decimum quemque ad pœnam sortiri, sorte legere.

Diferencia. Discrimen, differentia. *De pareceres.* Sententiarum diversitas, varietas, dissidium, discrepantia. *Tienen diferencia entre sí.* Inter se dissident, discordant, altercantur. *Sin diferencia.* Promiscuè, indistinctè, indiscriminatim, nullo discrimine. *Ó con poca diferencia.* Aut non secus. *Mucha diferencia hay entre vuestra opinion, y la mia.* Magnum quiddam interest inter tuam, meamque sententiam. Magnum est utriusque discrimen, non leve dissidium. Tua sententia à mea longè distat, valde discrepat.

Diferenciar. Vide *Distinguir.*

Diferenciarse de otro. Ab alio differre, distare, discrepare, abhorrere.

Diferente cosa. Alius, diversus, dissimilis, differens. *Diferentes obligaciones son las de un Capitan particular, que las de un General.* Aliæ sunt partes Ducis, aliæ Imperatoris. Aliæ sunt partes Ducis, atque Imperatoris. *Estas desemejanzas proceden de diferentes causas.* Hæ dissimilitudines ex causis differentibus existunt.

Diferentemente. Aliter, secus. *Muy diferentemente.* Longè aliter, multò secus.

Diferentemente llevas los trabajos de lo que aconsejas á otros. Aliter casus tuos fers, atque ut aliis auctor fuisti. *Diferentemente porfiamos por cortesia, que por tema.* Aliter urbanitatis, aliter pervicaciæ causa contendimus. *Diferentemente lo cuentas que denantes.* Paulo secus narras, quàm dudum, vel ad dudum.

Diferir. Vide *Dilatar, y diferenciarse.*

Dificil cosa. Difficilis, ardua res.

Dificultad. Difficultas, tis. *Por mi no habrá dificultad.* Nulla à me difficultas erit. *Ponerla.* Difficultatem afferre. Rem in dubium vocare. *Hallarla.* In difficultatem incurrere, incidere, delabi.

Mucha dificultad tiene este negocio. Plurimum res habet difficultatis, plurimum negotii, ac laboris. Laboriosa res est, ac difficilis. Res est operis non exigui, sed magni negotii, ac laboris. Ejusmodi res est, quæ non facilè expediri possit, non exiguo labore confici. Rem molimur magni operis, ac negotii. Arduam, & periculosam provinciam suscipimus.

La dificultad es freno de cobardes, y espuela de valientes. Timidos, & ignavos deterret difficultas, fortes, & animosos accendit. *Pones dificultad donde no la hay.* Nodum in scirpo quæris. *Luego aqui viene à batir toda la dificultad.* Ergo huc universa causa deducitur. Hic est totius difficultatis cardo. *Espero salir bien de esta dificultad.* Spero fore, ut ex his tricis, verborumque captionibus me subtiliter expediam. Confido fore, ut ex his quæstionis laqueis facili negotio evadam.

En gran dificultad nos vemos. In magnam difficultatem incurrimus, devenimus, delapsi sumus. In Gordianum nodum incidimus. Rei expediendæ perdifficilis ratio est. In magna difficultate sumus, versamur. In scopulos impegimus. Inter sacrum, & saxum constituti sumus, inter malleum, ut ajunt, & incudem. Per extentum funem imus. Hæremus quasi in salebra. Tenemur undique.

No hallo salida á esta dificultad. Hic mihi aqua hæret, nullum patet effugium. Hunc nodum solvere non valeo. Alexandri gladio opus est, ut precidatur.

Dificultar algo. Rem sibi difficilem videri, in dubium vocare.

Dificultosa cosa. Difficilis, e. *Dificultoso se me hace.* Arduum mihi, ac difficile videtur. Res est, ut censeo, multi operis, ac laboris. *Lo que es muy dificultoso se ha de tener por imposible.* Quæ perdifficilia sunt, perinde habenda sunt, ac si fieri non possint. Cic.

Dificultosamente. Difficilè, difficulter, ægrè, laboriosè, vix.

Difinir. Definio, is. Vide *Definir.*

Difinicion. Definitio, onis.

Difundir. Diffundo, is. Spargo, is.

Difunto. Mortuus, qui excessit è vita. Qui vita functus est. Defunctus, i.

Difusamente. Fusè, diffusè, prolixè.

Di-

Difuso. Verbosus, prolixus, longior.

Digerir. Digero, is. Concoquo, is. *No puede digerir esta pesadumbre.* Hanc molestiam concoquere non potest.

Digestion. Concoctio, digestio, nis. *Negocio de mala digestion.* Res controversiis implicata, non parvi laboris, ac negotii.

Digestos. Digesta juris volumina.

Digno. Dignus, a, um. *Digno es de toda alabanza.* Dignus est omni laude. Dignus, quem omnes laudent, summis laudibus efferant. Dignus est, qui maxime laudetur, laudibus cumuletur. Omni laude cumulandus est.

Dignidad. Dignitas, honor. Vide *Puesto.*

Dignarse. Dignor, aris.

Digresion. Diverticulum. Excursio, excursus, us. Vide *Proposito.*

Dilatar. Differo, rs. Rejicere aliquid in aliud tempus. Solutionem prorogare, procrastinare. *De dia en dia.* Diem ex die differre, moras nectere. *Los terminos del Imperio.* Fines imperii propagare, producere, dilatare. Vide *Alargar.*

Dilatarse en algo. Vide *Explayarse.*

Dilacion. Dilatio, mora, æ. *Del tiempo.* Temporis prorogatio, propagatio. Procrastinatio, comperendinatio, nis.

Dilatadamente. Longè, latèque. Fusè.

Diligente. Diligens, strenuus, impiger. *En lo que le encargan.* Officiosus, sedulus.

Diligencia. Diligentia, æ. Sedulitas. Vigilantia, industria, solertia, æ. *Pondré en esto toda la diligencia.* Quàm potero diligentissimè hanc rem geram, curabo. Quàm potero accuratissimè id administrabo. Omnes in eam rem nervos contendam. Quanta potero diligentia conabor, quoad potero enitar, quanta potero accuratione efficiam, ut res ad exitum perducatur. Vide *Cuidado.*

Hace muchas diligencias por volver á la amistad, pero en vano hasta ahora. Valdè quidem contendit de reditu in gratiam, sed adhuc nihil proficit. *La diligencia es madre de la buena ventura.* Diligentia, & studium felicitatem procreant. Conatus, & industria fortunatos faciunt. Industriæ fortuna accedit.

Diligenciar. Paro, curo, as. Quæro, is.

Diligentemente. Diligenter, studiosè, strenuè, accuratè, naviter, impigrè.

Diluvio. Eluvio terrarum. Mira proluvies. Cataclysmus, diluvium, inundatio.

Diminucion. Imminutio, diminutio, nis.

Diminutivo. Diminuens, tis.

Dimisoria. Litteræ dimissoriæ.

Dinero. Nummus, i. Nomisma, vel numisma, tis. Pecunia, æ. *Mucho dinero.* Nummorum affluentia, copia. *Porqué no haces algo con ese dinero?* Quin pecuniam occupas, & exerces? Quid illam vacuam, & otiosam habes? *El dinero bien huele, salga donde saliere.* Lucri bonus odor ex re qualibet. *Dinero de contado.* Pecunia numerata. Argentum præsentarium. *Oh lo que puede el dinero!* Magna ubique est argenti, & auri potentia! Et genus, & formam regina pecunia donat. *Por dinero bayla el perro.* Pecuniæ obediunt omnia. *Tiene mucho dinero.* Magnam vim habet auri, atque argenti. Grandem pecuniæ summam coegit. Pecuniæ innumerabilis congessit acervos. Pecuniosus homo est, benè nummatus.

Dinerillo. Pecuniola, æ. *Corre poco dinero.* In magna nummorum difficultate versamur. Mira est nummorum penuria, incredibiles angustiæ.

Dios. Deus, Divinum numen. Naturæ parens. Mundi creator, & rector.

Dios hizo este mundo, y todas las cosas. Rerum omnium conditor, & creator est Deus, mundi opifex, artifex, parens, & auctor. Ipse cuncta ex nihilo creavit, excitavit, condidit, finxit, formavit. *El es Señor de todas ellas.* Ipse rebus omnibus præest, imperat, dominatur. Omnia sunt in ejus potestate, & arbitrio. Ab ejus voluntate, nutu & imperio pendent universa. *Y las gobierna.* Omnia regit omnipotens, temperat, moderatur, administrat. Omnia divino consilio, ac providentia geruntur. Unus est Deus humanarum, divinarumque rerum moderator, & rector, qui sine labore cuncta regit, & gubernat providentiæ suæ clavo.

No

No hay hombre tan bárbaro, que no tenga alguna noticia de Dios. Nullus tam immanis, & barbarus reperitur, cujus mentem non imbuerit aliqua Divini numinis opinio, qui nullam vim cœlestem existimet. Dei cognitionem in omnium, etiam barbarorum, animis impressit ipsa natura. Ipsa in hominum mentibus insculpsit, ut esse Deum crederent. Causam rerum omnium effectricem, à qua, velut fonte, omnia dimanant, nemo adeo ferus est, agrestis, & barbarus, quin esse sentiat, & ipsa natura prælucente non agnoscat, veneretur, adoret.

Ante todas cosas debemos honrar, y venerar á Dios. In primis Deum Optimum Maximum sanctè, religiosè, castè, & piè venerari, & colere debemus. Summa pietate, cultu, & veneratione divinum numen prosequi, adorare, revereri, & observare par est.

Mira que te mira Dios. Cogita intuentem te ubique Deum, & tuis vel tacitis cogitationibus oculatissimè intentum. Attende, Numen intimos animi tui recessus, & latebras introspicere. Memineris, in conspectu Dei, curiæque cœlestis luce te versari, nec fieri posse ut Deum fallas, aut eludas.

Á Dios, y á ventura. Deo, & fortunæ me commito. Deus & fortuna mihi adsint. *Si te sucediere, lo que Dios no quiera.* Si quid tibi acciderit, quod absit, quod Deus avertat, quod Divi prohibeant. *Llamar, ó invocar á Dios.* Deum appellare, invocare, Dei opem implorare, auxilium exposcere, exorare. *Á Dios rogando, y con el mazo dando.* Deus facientes adjuvat.

Dios me libre de él. Deus à me illum quàm longissimè amandet. *Dios se lo pague.* Deus illi pro meritis retribuat, mercedem à Deo accipiat. *Si Dios me saca de esta.* Si nunc contingat servari. *No me haga Dios bien, si tal hiciere.* Iratum mihi numen precor, si fecero. Aversum mihi numen imprecor, si repetam.

Dios te guarde. Salvus sis precor, & incolumis. Salvare te jubeo. Salve. *Siendo Dios servido. Queriendo Dios. Si Dios es servido. Si Dios quiere.* Deo annuente, Deo auspice. Si Deus volet, si Dii volent. Deo volente. Divino aspirante numine. *Con el favor de Dios detuve los enemigos.* Divino auxilo tectus, munitus, fultus, innixus hostium impetum sustinui, retardavi, compressi. *Á Dios, y veamonos.* Vale, sed tu brevi redeas.

Diosa. Dea, æ. Diva, æ.

Diputado. Delegatus, destinatus.

Diputados. Legati, orum.

Diques. Moles aquis oppositæ.

Dirigir. Vide *Encaminar.*

Discantar sobre algo. Subtiliùs de re aliqua disserere. Rem augere, amplificare, expolire, exornare.

Discante. Chelis exigua.

Discernir. Discerno, is. Dispicio, is.

Discreto. Prudens, circumspectus. *En hablar.* Dissertus, lepidus, opportuni sermonis, tempestivus eloquio, qui loco, & tempore loquitur, scitè, & coommodè dicit.

Discrecion. Prudentia, intelligentia, æ. *En hablar.* Sermonis opportunitas. *Aun no ha llegado á edad de discrecion.* Nondum puero rationis lumen affulsit.

Discretamente. Prudenter, scitè, commodè, opportunè. Loco, & tempore.

Discipulo. Discipulus, i. Alumnus disciplinæ. Auditor magistri.

Disciplina militar. Disciplina militaris. *Bien disciplinado.* Probè exercitatus. Vide *Disciplina.*

Discolo. Pravus, improbus, morosus, difficilis.

Discordar. Dissentio, dissideo, discrepare, discedere ab aliquo vel inter se.

Discorde. Discors, dis. Discrepans, tis.

Discordancia. Discrepantia, æ.

Discordia. Discordia, æ. Dissensio, dissidium, ii. Animorum disjunctio. *Sembrar discordias entre ellos.* Aliquos inter se committere, odium, & inimicitiam inter illos conflare, excitare. Alterum alteri criminari, eos in contentionem adducere, vocare.

Viven en perpetua discordia. Sententiis perpetuo dissident, discrepant, discordant, dissentiunt. Magnum est inter eos opinionum dissidium. Diversi abeunt in studia sua quisque. Perpetua illos tenet sententiarum dissensio. Perpetua discordia laborant.

Dis-

Discrepar. Discrepo, as. *No discrepa uno de otro un punto.* Nihil discrepant, nihil differunt. Vide *Diferenciarse.*

Disculpa. Excusatio, causa, æ. *Que disculpa daba de su resolucion tan loca?* Quam causam dementissimi sui consilii afferebat? *Tu santa vida es tu mayor disculpa.* Integritas tua te purgat.

Disculparse. Purgare se. Objectum sibi crimen diluere. Se ab opposita calumnia vindicare, defendere. Calumniam à se depellere. *Disculpar à otro.* Defendere aliquem, extra culpam ponere. *Disculpar los yerros de otro.* Errata ejus elevare, errores deprecari.

Discurrir. Ratiocinor, aris. Secum aliquid cogitare, excogitare, meditari, commentari, mentis acie investigare. *Discurrir mucho en una materia.* Diu multumque de re aliqua cogitare. *Discurre un buen consejo, que darme.* Suscipe cogitationem, quidnam mihi agendum putes. *Discurrir en la ocasion.* Capere consilium in arena.

Discurrir por varias partes. Discurro, is. Vagor, aris. Diversa loca peragrare.

Discurso. Ratiocinatio, cogitatio, meditatio, commentatio, nis. *Alcanzar algo por discurso.* Cogitatione aliquid assequi. Excogito, as. Invenio, is.

Disension. Vide *Discordia. Componer las disensiones.* Lites, & contentiones dirimere. Controversias distrahere.

Disenteria. Dysenteria, æ. *El* ... *la padece.* Dysentericus.

Disfamar. Vide *Infamar.*

Disfavor. Despectus, us. Repulsa, æ. *Decir, ó hacer algun disfavor.* Aliquid in contemptum hominis dicere, facere.

Disforme. Enormis, e. Immanis, e.

Disfraz. Persona, æ. Larva, æ. Simulatio, nis. *Con este disfraz.* Hac larva, hac specie. *Dexar el disfraz.* Personam deponere. Simulationem exuere.

Disfraza... Personatus, in sui dissimilitudin... positus.

Disfra... Alienam personam induere, fingere, simulare. *Disfrazar sus intentos.* Consilia sua aliena specie occultare.

Disgustar á uno. Aliquem exacerbare, offendere. Vide *Enfadar. No disgusta de la lisonja.* Non abhorret à verborum lenociniis. Non aversatur, non respuit adulationem. Non displicent illi assentatiunculæ. Non ingrata illi accidunt verborum blandimenta.

Disgusto. Offensio, aversatio. *Mostrarle.* Offensionem præ se ferre. Vultu aliquid aversari, aspernari. Os ab aliquo avertere. *Hubo no sé qué disgusto.* Nescio quid offensionis accidit. *El disgusto para en discordia.* Offensio in dissidium abit.

Dissimular. Dissimulo, as. Dolorem premere. *Disimular el contento.* Gaudere in sinu. *No podia dissimular el contento.* Gaudium continere non poterat.

Dissimular en algunas cosas, y no llevarlo todo por sus cabales. Quibusdam in rebus connivere oportet, ne omnia contendamus. *Por qué dissimulais á veces tan grandes maldades?* Cur in maximis sceleribus interdum connivetis?

Disimulacion, ó disimulo. Dissimulatio, conniventia, æ. *Disimuladamente.* Dissimulanter, obliquè, obscurè.

Disimulador. Dissimulator. *Hombre disimulado.* Tectus, versutus, versipellis.

Disipar. Vide *Desperdiciar.*

Dislate. Ineptiæ, arum.

Disminuir. Imminuo, is. Diminuo, is.

Disparar. Explodo, displodo, is.

Disparate. Deliramentum, i. Ineptiæ, arum. *Es disparate quanto dices.* Aliena omnia sunt, quæ affers, à re proposita. Ad ineptias abis, quæ ad rem non pertinent. Quid lecytho, cum strophio? Quid cum amaracino sui? Quid hæc ad nos? *Tal disparate te ha pasado por el pensamiento?* Miror, quomodo tam ineptum quidquam potuerit tibi venire in mentem.

Dispensar con alguno. Legibus aliquem solvere. *En algun voto.* Voti Religione aliquem solvere.

Dispensacion. Juris comunis relaxatio, dispensatio, nis. *En que hubo engaño ó yerro.* Subreptitia, vel obreptitia. *Dispensacion de voto.* Voti relaxatio.

Disponer. Dispono, is. Vide *Ordenar.*

Disponer de su hacienda. Res suas dispensare, disponere. *Si Dios no dispone otra cosa.* Nisi fata obstant. Nisi Deo aliud placet. *Disponerse para algo.* Vide *Aparejarse.*

Dis-

Disposicion de cosas. Ordo, series, dispositio, methodus, collocatio. *De salud.* Valetudo, inis. *Del animo.* Affectio, nis. *De gentil disposicion.* Præstanti corporis habitu.

Dispuesto, aparejado. Paratus, promptus. *No está esto bien dispuesto.* Non hæc aptè disposita, aut collocata sunt.

Disputa. Disputatio, quæstio, dissertatio, disquisitio, disceptatio, concertatio. *Muy reñida.* Contentiosa, & plena dissensionis. *Meter algo en disputa.* Rem in medium vocare, in controversiam, aut contentionem adducere. *Muy metido en disputa en un corro de gente.* In adstantium corona dissertabundus. *Dexemos esta disputa tan reñida.* Ab hac contentione disputationis animos nostros, curamque laxemus. *Bien larga, y reñida fue la disputa.* Nimium diu nos tenuit controversiæ contentio.

Disputar. De re aliqua disputare, disceptare, argumentari, controversari. Rem in contentione ponere. Quæstionem in utramque partem agitare, discutere. *Disputar de cosas inutiles.* De lana, ut ajunt, caprina, aut asini umbra digladiari.

Disolucion. Nequitia, lascivia, petulantia æ. *Mucho va de recreacion á disolucion.* Solvas animum, an remittas, multum interest.

Disoluto. Homo nequam, lascivus, petulans, dissolutus.

Disonar. Dissono, discrepo, as.

Disonante. Dissonus, absurdus. *Disonancia.* Discrepantia, æ. Inconcinnitas, tis. *No te hace esto disonancia?* Non tibi hoc absurdum, & abs re videtur? Non tibi hoc indecorum, & turpe putas? Non à gravitate, & modestia alienum censes?

Distar. Disto, as. Dissitum esse.

Distancia. Distantia, æ. Intervallum, i.

Larga distancia. Longinquitas, tis.

Poca distancia hay de un lugar á otro. Duo illa oppida non longo intervallo distant, non longè dissita sunt. Exiguum spatium inter utrumque jacet, non longè absunt.

Distante. Distans, dissitus, longinquus.

Distilar. Distillo, destillo, as.

Distilacion. Distillatio, fluxus, us.

Distinguir. Distinguo, is. Alterum ab altero secernere, separare, discernere, sejungere. *La clausula.* Interpungo, is. Punctis periodum distinguere.

Distincion. Distinctio, discrimen. *De la clausula.* Interpunctio. Interpunctum. *Sin distincion.* Indistinctè, promiscuè, indiscriminatim, nullo discrimine. *No hizo distincion entre lo grande; y lo pequeño.* Omnia infima summis paria fecit. Summa, & infima promiscuè habuit, eodem jure censeri voluit.

Distintamente. Distinctè, dispositè, discriminatim. *Hablar distintamente.* Articulatim, aut articulatè loqui, explicare.

Distraher. Evoco, as, adduco, is. *El trato demasiado con los proximos distrae al Religioso.* Consuetudo cum hominibus frequentior religiosum abducit ab officio, à rerum divinarum contemplatione revocat, & sæcularibus curis implicat.

Distraerse, ó divertirse en la oracion. Animus à divinis facilè ad humana deficit, ad terrena devolvitur. Dum mens in cœlum tendit, terram sæpe pro patria cogitat, terram subindè respicit, per inania se effundit, ac vagatur, in varias partes trahitur, levitate sua rapitur, & errat; quærit se, nec invenit, dum te[illegible]nis afficitur, ac deluditur.

Distraccion. Mentis aberratio, evagatio. *Distraido en vicios.* Corruptis moribus adolescens. Vide *Perdido.*

[illegible]tribuir. Distribuo, divido, is. Partior, iris, dispertior. *Distribuir de en diez en diez.* Decurio, as. *De ciento en ciento.* Centurio, as.

Distribucion. Distributio, divisio, nis.

Distribuidor. Distributor, oris.

Distrito. Tractus, us. Territorium, ii.

Disturvio. Turba, æ. Tumultus, us.

Disuadir. Dissuadeo, dehortor, aris. Vide *Mudar de parecer.*

Ditamo yerva. Dictam[illegible] vel dictamnus, i. Dictamum, vel [illegible]num, i.

Diverso. Diversus, di[illegible]is, longè alius. *Totalmente diverso.* Omnino diversus, contrarius. Patri per omnia dissimilis. *Hubo diversos pareceres.* Variatum est sententiis. In sententiis dicendis alius aliò abiit.

Diversidad. Diversitas, varietas, dissimilitudo, inis. *Diversamente.* Diversè, dissimiliter.

Divertir à uno. Á curis, & negotiis aliquem avocare, avertere, abducere. *Divertir la platica.* Sermonem alió trahere, transferre.

Divertirse de proposito à otra cosa. Digredi à re proposita. Ab eo quod proposuerat, parumper discedere, ad alia divertere, excurrere, aberrare. *Divertirse à caso.* Mente, & animo vagari, divagari. Aliud agere, alias res agere. *Hago del divertido.* Simulo, me alias res agere.

Diviertome en esto. Á molestis occupationibus ad has nugas abeo. Per hæc oblectamenta animum laxare juvat, & liberè respirare. Hanc aberrationem à molestiis habeo. Expedio me ab iis, quibus distineor, negotiis, & dum aliis remissiùs intendo, mihi ab hominibus vacare videor. Curis vacuum per hæc amœna vagari & spatiari juvat.

Divertimiento de proposito. Digressio à re proposita, diverticulum, excursio. *Divertimiento acaso.* Mentis evagatio. *Por desahogo.* Relaxatio animi. Vide *Entretenimiento.*

Dividir. Divido, is. Partior, dispertior, iris. *Dividese en tres partes.* Trifariam dividitur. Tribus partibus constat. In tres partes distrahitur, distribuitur. Tres partes continet, complectitur. Tribus partibus absolvitur.

Division. Divisio, partitio, nis. *De lo que se corta.* Sectio, nis. *De aguas corrientes.* Aquarum divortium.

Divisible. Dividuus, a, um.

Diviaso. Pannus, i.

Divina cosa. Divinus, Cœlestis, e.

Divinidad. Divinitas, tis. Divina natura. Divinum numen.

Divinamente. Divinè, divinitus.

Divisa. Insigne, is. Emblemma, tis.

Divisar. D[…]cerno, dispicio, is.

*Divor[…]*vortium, ii. Discessio à conjuge p[…]ssidium. *Hacerle.* Divortium facere. Á conjuge per dissidium discedere. Tuas tibi res habeto.

Divulgar. Divulgo, as. Prædico, as. In lucem, aut in vulgus aliquid proferre, in lucem prodere. *Divulgarse algo.* Rumore, aut fama aliquid in vulgus spargi, emanare, publicari. Manare in publicum rei alicujus famam, permanare, percrebrèscere in civitate, vagari, celebrari, pervagari.

Dixes de niños. Crepundia, orum. Sigilla, orum. Bulla æ.

Diciembre, mes. December, bris.

D ANTE O.

Doblar, ó doblegar. Flecto, inflecto, is. *Doblar la punta el Piloto.* Navem aliquò flectere. *Doblar la postura, dar doblado.* Pretium duplicare, in duplum augere, adjicere. *Doblado mas costó.* Duplo plus constitit.

Doblar la hoja. Folium plicare, complicare. *Doblemos aquí la hoja.* Sed hæc hactenus, quæ mox suo loco repetam. *No dará á doblar su brazo.* Ejus animi robur nulla vi frangitur.

Doblar por algun muerto. Funesto alternante pulsu, cymbala quatere, feralemque memoriam, & emortualem diem edicere, enuntiare. *Dobles de campana.* Creber campanæ pulsus. *Cosa que se dobla.* Flexibilis, plicatilis.

Doblada cosa. Duplus, a, um. *De dos dobleces.* Duplex, icis. *Hombre doblado.* Versutus, vafer, versipellis. *Doblado.* Bis totidem. *Doblez, ó pliegue.* Plicatura, æ. *Doblez, astucia.* Versutia, vafrities. *Tratar con doblez.* Astu, aut fraudibus agere.

Dobladura. Inflexio, nis. *La de la pierna.* Poples, itis. *En las bestias.* Suffrago, inis.

Doblon. Nummus aureus duplus. *De á quatro.* Quadruplus. *De á ocho.* Octuplus.

Doce, ó docena. Duodecim.

Doce veces. Duodecies. *Doceno.* Duodecimus. *Entrar en docena.* In grege numerari. Vide *Adocenarse.*

Docientos. Vide *Ducientos.*

Docil. Docilis, habilis ad docendum.

Docilidad. Docilitas, tis.

Docto. Doctus, eruditus, litteris perpolitus, doctrina excultus liberali, & exquisita. Optimarum artium scientia clarissimus. Homo antiquitatis peritissimus. Non vulgari eruditione præditus. Politioris

ris litteraturæ cultu insignis. Liberalium disciplinarum cultor egregius, eruditione exquisita. In omni disciplinarum genere, liberalique doctrina summa cum laude versatus. Omni scientiarum cultu perpolitus.

Doctrina. Doctrina, æ. Dogma, tis. Disciplina, æ. *Christiana*. Fidei rudimenta.

Doctor. Doctor, oris. Laurea & magisterii apice insignitus, decoratus, ornatus.

Documento. Documentum, i.

Dogal. Funis cannabinus.

Dogma. Dogma, dogmatis. Vide *Doctrina*.

Dolerse. Doleo, condoleo, es. *Dueleme de tu trabajo*. Doleo tuam vicem. *Dueleme la cabeza*. Caput mihi dolet. Capitis dolore afficior. *Ningunos remedios duelen tanto, como los que sanan las heridas*. Nulla remedia, quæ vulneribus adhibentur, tám faciunt dolorem, quàm quæ sunt salutaria. *Ya ves quan poco me duele el gastar*. Vides, quàm non ægrè sumptum faciam.

Dolencia. Corporis affectio prava.

Doliente. Æger, gra, ægrum. Ægrotus, a, um.

Dolor. Dolor, oris. *Causar dolor*. Dolorem facere, afferre. Dolore afficere. Dolorem excitare, suscitare. *Movido mas del dolor, que de mala voluntad, le dixo una mala palabra*. Dolenter magis, quàm inimicè, illum verbo læsit.

Dolor de cabeza. Capitis dolor. Cephalæa, æ. *De costado*. Lateris compunctio. Pleuritis, idis. *De tripas*. Colicus dolor. Ileos, vel ileus, ei. Volvulus, i. Vide *Torzon*. *Dolor de ijada*. Ilium dolor, cruciatus. *De riñones, ó piedra*. Renum morbus. Nephritis, idis. *Tiene dolor de riñones*. Laborat è renibus.

Padezco grandes dolores. Dolores, cruciatusque multos fero, perfero, patior, sustineo. Doloribus disrumpor. Angor, premor, opprimor, torqueor, crucior, conficior dolorum magnitudine. Morsus, stimuli, aculei dolorum me undique premunt, lacerant, lancinant, fatigant, atque ita pungunt, ut respirare non sinant.

Grande es el dolor de mi corazon. Discrucior animi dolore. Hæret animo infixus dolor acerbissimus. Mœror me quotidie macerat, & conficit. Animi dolore tabesco. Ardeo, crucior, maceror, consumor animi dolore gravissimo.

Con vuestras cartas se me quitó el dolor, y pena que tenia. Tuis litteris recreatus sum, & ab omni molestia liberatus. Illæ mihi dolorem eripuerunt, ademerunt, mœrorem lenierunt, absterserunt, exhauserunt. Vide *Despenar*.

Dolorido. Dolore affectus, dolens.

Doloroso. Dolorificus, acerbus.

Dolo. Dolus, i. Vide *Engaño*.

Domar, ó domeñar. Domo, as. Edomo, perdomo. *No hay domeñarle*. Indomabilis est. Frangas citiùs, quam corrigas, quæ in pravum induruerunt.

Domador. Domitor, debellator, oris.

Domestico. Domesticus, a, um.

Domesticar. Vide *Amansar*.

Dominar. Dominor, aris. Gerere se pro Rege. *Dominante*. Dominans, tis.

Dominio. Dominium, ii. Imperium, potestas. Jus de re disponendi. *Tiene dominio sobre ti*. Natura illum tibi, quasi regem, constituit. Nescio quo fato tibi dominatur. Ad ejus obsequium natus esse videris.

Domingo. Dominica dies. *Domingillo de toros*. Pila, æ.

Don. Donum, i. Munus, eris.

Donacion. Donatio, nis.

Donativo al Rey. Honorarium, ii. Cic.

[illegible]ado. Religiosus famulus.

Donayre en decir. Facetiæ, arum. Sermonis festivitas. Lepus, oris. Sales, ium.

Donayre, ó ayre. Venustas, tis. Elegantia, æ.

Donde. Ubi, vel quò, vel Unde. *Nota que* Donde, *segun es el verbo, unas veces es* Ubi, *otras* Quò, *y otras* Unde. *Qué te importa á ti saber donde voy, ó de donde vengo?* Quid ad te [illegible] vadam, aut unde veniam? *No es [illegible] que haya muchos perros, donde [illegible]ucho que guardar, y muchos de quien guardarlo*. Nihil mali est, ibi canes esse multos, ubi multa servanda sunt, permultique observandi. Cic.

Donde quiera. Ubivis. Ubilibet, ubique.

que. *Donde quiera que.* Ubiubi. Ubicumque. *Donde quiera que vayas hay trabajos.* Quoquo te vertas, omnia plena malis. Cic.

Doncél. Ephebus in aula Regis. Puer Regis Minister. Vide *Page.*

Doncella. Virgo. *De poca edad.* Puella, virguncula. *Casadera.* Nubilis, viripotens, matura viro. *Doncella talluda.* Exoleta virgo, superadulta, ætate provecta. *Doncella de alguna señora.* Famula puella, pedisequa.

Donoso. Bellus, lepidus, facetus, festivus, salsus. *Donosura.* Lepiditas, festivitas, tis. *Donosa fue vuestra desenvoltura.* Benè & naviter impudens fuisti. *Donosamente.* Bellè, festivè, lepidè, facetè.

Dorar. Auro tegere, inauro, as. *Dorar los yerros, ó faltas.* Speciosis nominibus errata, aut vitia appellare, dissimulare. Speciosa nomina erratis imponere.

Dorada cosa. Auratus, inauratus.

Dorador. Aurarius, inaurator, oris.

Dorada, pez. Aurata, æ. Orata, æ.

Doradilla, yerva. Asplenum, i. Scolopendrium, ii.

Dormir. Dormio, is. Obdormio, somnum capere, inire. *Dormirse.* Obdormiscere, somno se dare, somno capi. *Dormíme.* Somnus cepit me. Sommo captus fui.

Dormir profundamente. Arctè somno corripi, altum dormire, somno obrutum, & sepultum esse, temulento sopore profligatum. *Acaba de dormir la zorra.* Edormi crapulam, & exhala. *Dormir á sueño suelto.* In utramque aurem dormire. Somnos securè ducere. *Dormiré sobre ello.* Amplius deliberandum censeo. *No te duermas en cosa que te va tanto.* Expergiscere, somnus absit ab oculis. Noli tantis rebus indormire. *Ya no duermo la siesta.* Jam meridiationibus mihi interdixi. Meridiatione non utor, nec do operam somno meridiano. Vide *Siesta.*

Dormir, ó acostarse con alguno. Cum aliquo cubare, cubitare. *Dormir á parte.* Secubo, as. *Mal dormí esta noche.* Noctem hanc insomnem duxi. Hac nocte non quievi.

Dormitar. Dormito, as. Obdormisco, is.

Dormilon. Somniculosus, somnolentus.

Dormitorio. Dormitorium, ii. Plin.

Dornaje. Aqualiculus, labrum ligneum.

Dos. Duo, æ, duo. *Par en uno son los dos.* Mores utriusque benè conveniunt. *Dos dias.* Biduum. *Dos años.* Biennium. *Dos tantos mas.* Bis tantundem. Duplo majus.

Dos veces. Bis. *Dos veces casado.* Bigamus. *Dos veces teñido.* Dibaphus. *Dos veces mas costó.* Duplo pluris constitit. *Dos veces mas barato.* Duplo minoris. *De dos en dos.* Bini, æ, a. *De dos colores.* Bicolor, oris. *De dos cuernos.* Bicornis, e. *De dos caras.* Bifrons. *De dos formas.* Biformis. *De dos lenguas.* Bilinguis. *De dos nombres.* Binomius, vel binomen, inis. *De dos pies.* Bipes. *De dos pies de largo.* Bipedalis, bipedaneus. *De dos años.* Bimus, biennis. *De dos meses.* Bimestris. *De dos palmos.* Bipalmis. *De dos codos.* Bicubitalis. *De dos cortes.* Bipennis. *De dos libras.* Bilibris. *De dos maneras.* Bifariam. *Dos contra uno echanle del mundo.* Nec Hercules contra duos.

Dosél. Peristroma, tis. Regale cadurcum. Aulæa suspensa, desuper extenta. Fastigium, ii.

Dote. Dos, tis.

Dotar á la hija, ó muger. Dotem filiæ, vel uxori dicere, conficere. Dote illam ornare, locupletare.

Dotar capellania. Vide *Fundar.*

Dotado de grandes prendas. Vide *Prendas.*

Dozavo. Duodecima pars.

D ANTE R.

Dragma, ó adarme. Drachma, æ.

Dragon. Draco, nis. *Sangre de dragon, color.* Cinnibaris, is.

Dragontea, yerva. Dracunculus, i.

Drogas. Medicamenta, orum. *Vender drogas.* Fumos vendere. Verba dare. Vide *Engañar.* *Droguero.* Fallax, dolosus, mendax, cis.

Dromedario. Camellus, i. Dromedarius, ii.

D ANTE U.

Ducado de plata. Ducatus argenteus.
Ducado de vellon. Ducatus minor.
Ducado de oro. Aureus nummus. *Ducado, tierra del Duque.* Ducatus, us. Ducis dominium, oppida ditionis ejus.

Ducientos. Ducenti, æ, a. *Ducientos mil.* Ducenta millia. *Ducientas veces.* Ducenties. *Ducientas mil veces.* Ducenties millies.

Duda. Dubium, ii. Dubitatio, ambiguitas, hæsitatio. *Sin duda.* Sine dubio. Haud dubiè, nimirum, procul dubio, sine controversia. *Pues es materia de duda el motivo que tuviste para hacer tan grande vellaqueria?* Num quærenda causa est, quæ te ad tantum facinus adduxerit, adegerit, impulerit?

Dudar. Dubito, as. Ambigo, is. Hærere in aliqua re. Hæsitare. *No dudaré de decir al Juez mi parecer.* Non dubitabo, Judicem officii commonere. *Dudas que se escusará con sus achaques?* Dubitas, quin valetudinem sit excusaturus? *Quien duda que te estuviera bien?* Quis dubitat, quin è re tua futurum fuerit? *Dudo que quiera pasar por ello.* Vereor, ne non probet. Dubito an probaturus sit. *No dudo que acetará el partido.* Non vereor, ne non accipiat conditionem. Non dubito, quin illam accepturus sit.

No hay que dudar, ó poner duda en esto. Nullum de hac re dubium est. De hoc dubitare non licet, dubitari non potest. Hæc res non est in dubium vocanda, non est in dubio ponenda, in dubium verti, aut venire non potest. De hoc non est ambigendum, nihil est quod dubitemus, nulla ratio apparet dubitandi, nullus relinquitur ambigendi locus. Res est minimè dubia. Res explorata est, perspicua, manifesta.

Dudoso. Dubius, incertus, anceps.

Muy dudoso me hallo. In magnam dubitationem adductus sum. Magna solicitudine afficior, magna inopia consilii. Fluctuat animus in incerto. In ancipiti cura versor, in magna dubitatione. Non dispicio quid potissimum eligam. Hæret animus in ambiguo, laborat in consilio. Pendeo animi. Quid consilii capiam ignoro. Ambigua cogitatione, ancipiti cura distrahor. Hæreo, quasi in medio deprehensus. Magnus me dubitationis æstus absorbet.

Sacame de esta duda. Hanc mihi, quam injecisti, dubitationem exime. Hunc mihi nodum expedi. Hoc me dubio expedi, hac hæsitatione libera. Hanc mihi perplexi animi solicitudinem eripe. *No saliera de la duda, si tú no me sacáras.* Hærerem, nisi tu me expedisses. Cic.

En duda, si es malo, ó bueno, no lo hagas. In dubio honestum, an turpe sit, ne quid agas. Quod tibi, an liceat, in religionem venit, cave facias. Dum tibi dubium subripit, an fas sit, perinde abstineas velim, ac si nefas esset. *En las dudas acudir al Maestro.* In dubiis Magistrum consule.

Dudosamente. Dubiè, ambiguè.

Duelo, Desafio. Duellum, i. Singulare certamen. *Duelo, compasion.* Misericordia, miseratio. *No tengas duelo de él.* Nihil te illius misereat. *Dale sin duelo.* Cæde illum validè absque commiseratione. Nulli te ejulatus, aut lacrymæ teneant, quo minus verberes. *Gastar sin duelo lo que es menester.* Non gravatè, nec parcè sumptum necessarium facere. *Los duelos con pan son menos.* Leviùs ærumnæ gravant, si adjicias panem. *Donde no está su dueño, no está su duelo.* Segniùs bellum geritur, absente duce. Facile oves pereunt, si pastor absit. Præsentia Regis milites accendit ad prælium. Præsente Imperatore, milites ad pugnam incalescunt. *Mirad vuestros duelos, dexad los agenos.* In tuum sinum inspice.

Duendas palomas. Cicures columbæ.

Duendes. Lemures, larvæ. *Moneda de duende.* Commentitius nummus. Pecunia futilis. Fugax, inanis.

Dueño. Dominus, i. Herus, i. *Dueño eres de mi libertad, y mi vida.* Jus in libertatem meam, & vitam habes. *Hicieronle dueño de todo.* Jus, arbitriumque omnium rerum illi permissum est. Sueton.

Dueña. Anus puellarum custos. *Dueña de honor.* Matrona nobilis ex Reginæ comitatu.

Duerno. Labrum ligneum. Aqualiculus,

Dul-

Dulce. Dulcis, suavis, e. *Dulces.* Bellaria, orum. Cupediæ. Mellita edulia. Poma sacchаro condita. *No os ireis en dulce.* Non abibis impunis. Non tibi sic abibit.

Dulzaina. Fistula organica.

Dulzura. Dulcedo nis.

Duplicar. Duplico, conduplico, as.

Duque. Dux, cis. *Duquesa.* Ducissa, æ.

Dura cosa. Durus, a, um. *Duro de juicio.* Judicii sui tenax. Cervicosus. Capito, nis. *Duro de bolsa.* Avarus, pecuniæ tenax. *Duro de condicion* Asper, iracundus, intractabilis, immitis. *Durillo, algo duro.* Duriusculus. *Topó duro con duro.* Fortis in fortem impegit. Vis vi repulsa est. *Quien come las maduras, que coma las duras.* Qui lucri partem capit, & damni capiat. Secundum naturam est, commoda cujusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda. *Durillo se me hace.* Duriusculum mihi videtur. *Dura cosa es que &c.* Durum est, & non ferendum, &c.

Duramente. Duritèr, durè.

Dureza. Duritia, æ. Durities, ei. *Con alguna dureza.* Duriusculè. *Dureza de condicion.* Naturæ asperitas. *De juicio.* Pervicacia, pertinacia, æ.

Durar. Duro, as. Permaneo, persisto, is. *Duró aquella batalla cerca de una hora.* Tenuit ea pugna horæ circiter spatium. *Duró hasta aquel tiempo.* Stetit ad illud tempus, mansit, permansit, perseveravit, perstitit. *Durante el peligro de la batalla.* Inter discrimen pugnæ, in ipso pugnæ discrimine. *Duraba toda via la guerra.* Trahebatur adhuc bellum.

Dura, ó duracion del tiempo. Spatium temporis. Mora, æ. *Cosa de mucha dura.* Durabilis, diuturnus. *De poca dura.* Caducus, fragilis, momentaneus. *No es possesion de dura, en la que entramos á punta de lanza.* Non est diuturna possessio, in quam gladio inducimur. *Todas las cosas de esta vida son de poca dura.* Omnia humana brevia, caduca, fugacia, & cito peritura. Nihil infra lunam firmum est, et diuturnum, nihil quod non conficiat, et consumat vetustas.

Duradera cosa. Stabilis, diuturnus.

Durazno. Malum Persicum, duracinum.

Durazno, arbol. Malus Persica, duracina.

E ANTE A. B. C.

Ea, acaba ya. Eja, age, agedum, age sis, age jam, agite eja.

Ebano. Ebenus, vel ebenum, i.

Echar, tirar. Jacio, is. *Por diversas partes.* Disjicio, dispergo, is. *Echar á fuera.* Ejicio, excludo, is. *Echa de aqui primero este registro.* Puerum hunc priùs alio amanda. Hunc Argum aliquò priùs amolire.

Echarle por fuerza. Ejicere, exigere, exturbare, expellere domo aliquem, urbe, regno. Extrudere ex agro, de possessione depellere, pellere.

Echar de si. Abjicio, is. Repello, is.

Echar lexos, ó á mal. Projicio, is.

Echar á uno por puertas. Fortunis illum evertere, bonis spoliare. *Desean echarme del mundo.* Me è virorum numero eximere & exturbare cupiunt, contendunt.

Echar debaxo. Subjicio, suppono, is.

Echar en otra cosa. Injicio, is.

Echar vino, ó aceyte. Vinum, aut oleum infundere. *Sal en la carne.* Salem carni aspergere, vel carnem sale.

Echar menos lo que falta. Aliquid desiderare, requirere. *En tus grandes virtudes echan menos la paciencia.* In tuis summis laudibus iracundiam excipiunt, patientiam desiderant, requirunt.

Echarlo á buena, ó á mala parte. In bonam, vel malam partem aliquid accipere. *Temo no lo eche á otra cosa.* Vereor ne aliorsum accipiat, vel in aliam partem. *Echólo á chanza.* Joco rem vertit, pro joco accepit.

Ehar á perder. Perdo, corrumpo, is. *Mas que lo eche á perder.* Profundat, perdat, nihil ad me. *Te echaste á perder con eso.* Tu te tibi obstas. Tuam ipse causam prodis.

Echar de ver. Animadverto, is. *Bien se echa de ver.* Facilè perspicitur.

Echar la cuenta. Rationem subducere. putare, supputare. Ad calculos venire.

Echar mano de uno para algo. Optimum

num quemque eligere, deligere. *Echarle mano.* Manum alicui injicere, vel in aliquem. Capere hominem, apprehendere, tenere. *Echó mano á la espada.* Capulum manu tenuit, ensem stricturus.

Echar chispas. Scintillas agere. *De enojo.* Ardet iracundia, excandescit.

Echar rogadores. Amicos, aut viros nobiles alicui, vel ad aliquem allegare, precatores adhibere.

Echarse á los pies de alguno. Abjicere se ad pedes alicujus, supplicem se abjicere, prosternere. Ad genua ejus procumbere, provolvi. Ad ejus pedes accidit, procidit, procubuit.

Echar á fondo. Naves demergere, deprimere, submergere, obruere.

Echar el pecho al agua. Dare se in discrimen, periculo se committere.

Echar el resto. Vires, & nervos omnes intendere, contendere in re aliqua. *Aquí eché el resto de mi ciencia.* Quidquid in me est artis, ac judicii in hunc librum contuli.

Echar por mal camino. Laboriosam, ac difficilem viam aggredi, ingredi, suscipere. Lubricæ, & periculosæ viæ se committere. *Echar la soga tras el caldero.* Reliquias projicere.

Echar pullas. Lepidis dictis, aut facetiis prætereuntes prosequi, lacessere.

Echar á correr tras uno. Cursu aliquem petere, persequi. *Echóle con el diablo.* Diris devotum amandavit.

Echar fama. Rumores spargere, dissipare. *Suertes.* Sortior, subsortior, iris.

Echar el sello á algo. Operi fastigium addere, coronidem imponere. *Con esto echo el sello de sus hazañas.* Hoc facto maximus ejus laudibus cumulus accessit.

Echarse. Decumbo, is. Corpus deponere, in lectum, aut terram dimittere.

Con la carga. Oneri succumbere. *Estar echado.* Cubo, as. Jaceo, es. *Boca abaxo, ó boca arriba.* Pronum, aut supinum jacere, cubare.

Echarse las mieses. Luxuriantes segetes procumbere, fertilitatis pondere inclinari. *Echan ya los arboles.* Germinant arbores, turgent in gemmas. *Echan hojas, y flores.* Frondes, ac flores emittunt. Frondent, florent.

Echado en tierra. Prostratus, jacens.

Echado al rincon. Abjectus, & spretus.

Echado de los contrarios, para &c. Submissus ab adversariis, ut &c.

Echadizo, espion. Emissarius, ii.

Echacantos. Vide *Loco.*

Eclipse. Eclipsis, is. Solis, aut Lunæ defectio, deliquium. *Eclipsase la Luna, quando entre ella, y el Sol está la tierra.* Luna terræ interpositu laborat, deficit, obscuratur. *Y el Sol, quando la Luna está en medio de él, y de la tierra.* Interjectuque Lunæ Solis lumen languet, & hebescit.

Eco. Echo, us. Reciproca vocis imago. Soni, aut vocis repercussio.

E ANTE D.

Edad. Ætas, tis. *La que no tiene fin.* Ævum, i. *Poca, ó tierna edad.* Ætatula, æ. Tenera, mollis ætas. *Edad florida.* Florens ætas, integra. Flos adolescentiæ, & juventutis.

Linda flor gastais en la flor de la edad. In munditiis, mollitiis, ac delitiis ætatulam agitis.

Edad mayor. Ætas ingravescens, grandior. *Es mayor en edad que yo.* Major natu me est, longius ætate processit. *Ya es entrado en edad.* Ætate provectus est. *Es ya de edad robusta.* Corroborata jam ætate est, & confirmata. *Ya somos de edad, que nos obliga á sufrirlo todo con valor.* Jam id ætatis sumus, ut omnia fortiter ferre debeamus. *No se corre un hombre de tu edad de ser chancero?* Id ætatis nugari te non pudet? *Hago lo que otros de mi edad.* Utor ætatis vitio. *Cada edad tiene su porte.* Aliam ætatem alia decent. *Quando yo era de esa edad no hacia eso.* Ego istuc ætatis ab his semper abhorrui. *Quanto mas entro en edad, conozco mas la vanidad del mundo.* Quo plus mihi ætatis accedit, eo mundi vanitas magis innotescit. *Tener mas edad que otro.* Ætate illi, vel illum anteire, præcurrere, præstare, præire, præcedere.

Edad bien empleada. Honestè acta ætas, laudabiliter exacta, *Edad cansada.* Affecta ætas, in senium vergens, extre-

rama, decrepita. *Al cabo de su edad quiere casarse.* Exacta ætate nupturit. Ætate confectus nuptias cogitat. *De una edad son ambos.* Pares sunt ætate, æquævi, coævi. Uxor viri æqualis.

Edicto. Edictum, i. *Hacerle.* Edictum componere, conscribere.

Edificar. Ædifico, as. Construo, extruo, is. Fabrico, as. Fabricor, aris. Erigere, condere, excitare molem, arcem, substructiones insanas, & superbas. *Edificar de mamposteria.* Rudi, & cæmentitio lapide murum extruere. Structuris testaceis parietem ducere, ædificium excitare.

Edificio. Ædificium, fabrica, substructio, ædificatio, constructio.

Edificar con el exemplo. Virtutis exemplum præbere, exhibere. Pietatis, & modestiæ exemplo presentes instruere, aliis prælucere, præire.

Educacion. Educatio, institutio. Vide *Enseñanza.*

E ANTE F, & G.

Efecto. Effectus, us. *Dexar efectos para algo.* Res & instrumenta relinquere ad efficiendum aliquid. *Quisiera que tuviera esto efecto.* Rem ad exitum perfici cupio. *En efecto se concluyó lo que todos deseaban.* Efectum est tandem aliquando, quod in omnium votis erat. *No tuvo efecto por mas que hicimos.* Conatus nostri in vanum abierunt. Incassum laboravimus. Oleum, & operam perdidimus.

Efectuar algo. Re ipsa aliquid efficere, conficere, præstare.

Eficáz hombre. Efficax, efficiens, numquam cessans. *Remedio eficáz.* Præsentaneum remedium, efficax. *La virtud es eficáz.* Actuosa est virtus, numquam cessat.

Eficacia. Efficacitas, efficientia, æ. Energia, efficacia, æ. *Eficazmente* Efficienter, efficaciter, Cic.

Eficiente causa. Efficiens causa. Cic.

Efimera. Unius diei febris.

Egloga. Ecloga, æ. Pastorum sermo.

Egregia cosa. Egregius, eximius, præstans, selectus, a, um.

E ANTE L.

El, ella, ello. Ille, illa, illud. *El mismo.* Ipse, idem. *El es.* Ipse est. *El lo dixo.* Ipse dixit. *El qual, el que.* Qui. *El tal.* Is. *Diste en ello.* Rem acu tetigisti. *No es para ello.* Non est aptus, ineptus est ad hoc muuus.

Eleboro, yerva. Elleborum, vel Helleborum, veratrum.

Elecho, mala yerva. Filix, cis.

Elefante. Elephas, antis. Elephantus, i. Barrus, i. *Elefancia.* Lepra, æ.

Elegante. Elegans, antis. Cultus, ornatus, luculentus, concinnus, venustus.

Elegancia. Elegantia, cultus, us. Ornatus, us. Concinnitas, tis. *Elegantemente.* Concinnè, ornatè, eleganter, luculenter. Cic.

Elegia. Elegia, æ. Elegiacum carmen.

Elegir. Eligo, deligo, seligo, is. *Por suertes.* Sortiri judices, sorte legere. Sortitò, sortibus, sortitione eligere. *En lugar de otro.* Subsortiri aliquem, in alterius locum sortibus sufficere, subrogare. *Elegir á uno por hijo, por patron.* Filium, aut Patronum adoptare.

Elegir Senadores. Senatores allegare. *Agorero.* Hominem inaugurare. *Pontifice, ú Obispo.* Pontificem creare, ad Pontificiam dignitatem assumere, extollere. *Elegir Gobernadores.* Magistratus Provinciæ designare, Rectores Civitatibus præficere, præponere.

Eleccion. Electio, nis. *De oficios publicos.* Magistratuum creatio. *Por suertes.* Sortitio. *Por votos.* Suffragatio. *Hacer eleccion de oficios publicos.* Habere comitia.

Elementos. Elementa, orum. Rerum principia, ex quibus omnia constant.

Elenco, piedra preciosa. Elenchus, i.

Elevarse. Vide *Arrobarse.*

Eloqüente. Eloquens, tis. Facundus, disertus, ornatè, & copiosè loquens.

Es muy eloqüente. Elegantissimus est suadendi artifex. Orationis suavitate, & dicendi copia hominum animos mirificè afficit, jucundissimè tenet. Argumentorum vi, & sententiarum pondere, in quam ipse velit partem, concitat, & inclinat universos.

Eloqüencia. Eloquentia, æ. Dicendi co-

pia. *Grandissima.* Singularis, ac pæne divina, incredibilis dicendi facultas. Aureum orationis flumen. Divinum quoddam, & mirificum dicendi genus. Mira orationis vis & ubertas.

Toda eloqüencia es corta para decir tus alabanzas. Nullius tantum est flumen ingenii, nulla dicendi tanta vis, tantaque copia, que non dicam exornare, sed enarrare res tuas gestas possit. Nullius est tam divinum, atque incredibile genus orationis, quo quis possit, vel tuas percensere, atque enumerare laudes. Cic.

Eloqüentissimamente. Dissertissimè, eloquentissimè, incredibili dicendi copia, ornatuque orationis.

E ANTE M.

Emancipar. Emancipo, as, è patris potestate aliquem eximere, paterno jure liberare, sui juris efficere.

Embad[illegible] Conspurco, coinquino, as.

Embal[illegible]tos. Cadavera unguentis con[illegible] præservare.

Embanastar la fruta. Poma in canistrum, vel corbulam condere, inferre.

Embarazar. Impedio, is. Obsto, as. Moram alicui facere, afferre. Impedimento alicui esse. *Hallome tan embarazado, que &c.* Ita multis distineo[illegible] ut &c. Vide *Ocu[illegible]*

Emba[illegible]o. Impedimentum, mora, æ. *Un embarazo me viene cada dia tras otro.* Aliud ex alio me quotidiè impedit, mihi obstat, morem mihi injicit. *Cosa de mu[illegible] embarazo.* Negotiosa res.

[illegible]barcarse. Navem, vel in navem a[illegible]dere, concendere. *Embarcar gen[illegible]* [illegible]avibus milites imponere. Milites in navem compellere, cogere, inducere.

Embarcacion. Navis, classis. *Entrada en la nave.* In navem conscensio.

Embargar la hacienda. Bona alicujus auctoritate judicis occupare. Rem controversam apud sequestrem deponere. Rem sequestrare. *Embargar la obra.* Impedire ædificationem, inhibere. Moram operi afferre, injicere, interponere. *Embargar el carruage.* Vehicula, & jumenta judicis auctoritate comprehendere.

Embargo de hacienda. Sequestratio. *De obra.* Ædificationis mora, inhibitio. *De carruage.* Vehiculorum comprehensio. *Sin embargo.* Nihilominus.

Embarnecer. Amplum, & robustum fieri.

Embarnizar. Sandice aliquid linere.

Embarrar. Luto aliquid linere, contegere. Delutare aliquid. *Embarrarse.* Luto inquinari, fœdari.

Embarrador. Tector, oris. *Hacer á dos manos como embarrador.* Duos parietes de eadem dealbare fidelia.

Embate del agua. Undarum impetus. Ripæ crepido.

Embaucar. Præstigiis aliquem decipere, circumvenire, eludere.

Embaucamiento. Præstigiæ, arum.

Embaucador, ó embaynador. Præstigiator, circulator, nebulo fumivendulus.

Embaular. In cameratum scrinium pretiosa quæque condere, inferre. *Comiendo.* Ventrem dapibus replere, infarcire.

Embaxada. Legatio, nis. *Dar la embaxada.* Mandata perferre, referre.

Embaxador. Orator, legatus, i. *De paz.* Caduceator, oris. *Hacer oficio de Embaxador, ser Embaxador.* Legationem agere, gerere, obire. Legationis munus exequi. Legati munus obire. *Embiar á uno por Embaxador.* Aliquem Regi, vel ad Regem legare, legatum mittere. *Fue por Embaxador á Francia.* Legatus Galliam abiit. *Vino por Embaxador á Roma.* Legatus Romam venit, advenit.

Embazar. Hærere quasi in salebra.

Embeleco. Fraus multiplex. Mendaciorum nexus, series. *Embelecador.* Mendaciorum architectus. Nebulo, nis.

Embelesarse. Obstupesco, is. *Embelesamiento.* Stupor, oris. *Qué estuvieses tan embelesado?* Tantus te tenuit stupor?

Embestir. Vide *Acometer.*

Embestimiento. Aggresio, tentamentum.

Embetunar. Bitumine linere, linire.

Embevecerse en algo. Hærere in alicujus rei contemplatione, stupidum teneri.

Embevecido en algo. Totus in aliqua re defixus, stupidè hærens.

Embever. Imbibo, is. Bibit aquas terra sitiens, humorem atrahit, sugit. *Algo cosido.* Vestis contrahitur, subtrahitur, ut angustior fiat.

Emblanquecer uno. Albesco, is. *Otra cosa.*

usa. Vide *Blanquear*.

Emblema. Emblemma, tis.

Embocar. Globulum per os annuli ferre, immittere, trajicere.

Embolsar el dinero. Pecuniam in saccum condere, immittere, injicere. Nummos marsupio excipere, recipere.

Emborrachar á uno. Hominem ebrium reddere, inebriare. *Emborracharse*. Vino se obruere, ingurgitare.

Emborrar. Infarcio, is. Tormento aliquid explere, tormentum inculcare.

Emboscarse. In sylvam se abdere. Sylvis se occultare. *Emboscada*. Hostes in insidiis positi. Hostium insidiosa cohors. *Estar emboscados*. In insidiis esse.

Embotar los filos, ó el ingenio. Aciem, aut mentem obtundere, retundere, hebetare. *Embotarse*. Hebesco, is. Obtundi, hebetari.

Embotijarse. Puerorum buccas præ iracundia tumescere.

Embovar á uno. Infatuare aliquem, stultum reddere. *Los lisonjeros embovan á los Principes*. Ab assentatoribus Principes infatuantur. *Embovarse*. Vide *Pasmarse*.

Embozarse. Pallio caput involvere, obvolvere. *Embozado*. Obvoluto, vel involuto capite.

Embravecer á uno. Efferare aliquem, ferum reddere, ad iram concitare. *Embravecerse*. Furere, sævire, efferari, vehementer irasci. *Embravecido*. Ira percitus, iriis accensus. Furens.

Embrazar el escudo. Sinistram clypeo inserere. Clypeum aptare sinistræ.

Embriagarse. Vide *Emborracharse*.

Embrion. Fœtus informis in utero, vel partus imperfectus.

Embrutecerse. Obbrutesco, is.

Embudo. Infundibulum, i.

Embuste. Artificiosum mendacium. Techna, calumnia, impostura.

Embustero. Mendaciorum architectus, fraudulentus, sycophanta. Totus ex fraude, & mendacio compositus. *No te corres de que te tengan por embustero?* Non te pudet imposturæ nomine malè audire?

Embutir. Farcio, infarcio, refarcio,

Emelga. Lira, æ. *Emelgar*. Liro, as. Vide *Sulco*.

Emendar. Corrigo, is. Emendo, as. *Ya se ha enmendado*. Frugi factus est. Jam se ab impudicitia revocavit. Jam ex nequitiæ sordibus emersit.

Emendar las erratas. Librum mendis purgare. Vitiosè scripta corrigere. Corrupta, & depravata loca castigare, restituere.

Ahi te envio mi libro, para que le emiendes. Ad te mea scripta veniunt, ut erratorum pœnas, & ungue, & obeliscis luant. *No hay que emendar tu libro*. Sanè polita scripta tua sunt, ad unguem castigata, tam scitè elaborata, ut illis lima mea deterere nihil possit.

Emienda. Emendatio, correctio, castigatio. *Propongo la emienda*. Profiteor me non amplius commissurum.

Emendador. Corrector, castigator.

Emina, medida. Modii duo.

Eminente en algo. Præstans, eximius, excellens ingenio, aut eloquentia. Qui in arte aliqua cæteris præstat, antecellit, qui inter alios eminet, primas tenet. Qui principatum tenet, primum locum obtinet, princeps in theologia. Nulli in ea laude cedit, nulli inferior est, nemini secundus.

Eminencia. Præstantia, excellentia, eminentia, æ. *Eminentemente*. Præclarè, eximiè, egregiè, excellenter

Emisferio. Hemispherium, ii.

Empacharse. Pudore subrustico affici, præpediri, teneri. *Qué te empachas de hablarme?* Me ne alloqui erubescis?

Empacho. Subrusticus pudor.

Empadronar. Censeo, es. In censum referre, adscribere. *Empadronamiento*. Census, us. *Empadronado pobre*. Capite census.

Empalagarse. Cibum palato hærere ex satietate, aut præ dulcedine. *Empalagame esto*. Non facit hoc ad palatum meum, satietatem mihi affert, satietate me afficit. Satietas me afficit hujus rei, satietate teneor, satietate affectus sum. Non est hoc mei stomachi, fastidio mihi est.

Empalar. Palum homini per sedem in viscera adigere, immittere.

Empalizada. Vide *Estacada*.

Empanar. Pane carnem obducere, incrustare.

Empanada. Artocreas, tis.

Empañar al niño. Pannis infantem involvere. *Empañarse el espejo.* Vapore speculum obducitur, halitu obscuratur.

Empantanado. Luto infixus homo, in luto hærens, defixus.

Empapar. Lanam liquore imbuere.

Empapelar. Chartis amicio, involvo.

Emparedar á uno. In carceris perpetui angustias hominem conjicere, compellere: à communi consortio hominem abducere, excludere, exturbare. Solitudinem, ac tenebras alicui indicere.

Emparejar con otro. Par cum alio facere, cum pari componi, parem sibi adjungere. Vide *Pareja.*

Emparentar con uno. Affinitate cum aliquo se devincire, conjungi, copulari. *Está emparentado con lo mejor del Lugar.* Cum nobilissimis affinitate devinctus est.

Empatar el juego. Neutrum in ludo vincere. Victoriam in ludo casu, aut ante impediri. *Empatarse las pruebas.* Honoris, aut collegii petitionem comperta generis macula hærere, inhiberi. In petitione honoris propter stirpis labem repulsam ferre.

Empecer. Obsum, es. Vide *Dañar.*

Empedernido estár. Induratum esse, lapidescere. *El hombre.* Obstinato animo esse, & implacabili. Pertinaciter negare, resistere, reluctari.

Empedrar. Viam, aut pavimentum lapidibus sternere, munire.

Empegar. Pice vas oblinire.

Empellon. Impulsus, us. *Dar un empellon á uno.* Aliquem impellere, pulsare, protrudere. *Echarle á empellones.* Expellere, ejicere, extrudere aliquem.

Empeña del zapato. Obstragulum, i.

Empeñar algo. Pignori aliquid dare. Libros pignerari, oppignorari.

Empeñarse, ó adeudarse. Æs alienum facere, contrahere. *Estoy muy empeñado.* Ære alieno oppressus sum. Grande æs alienum habeo, ære alieno laboro.

Empeñar su palabra. Fidem suam interponere, obligare. *Tu me empeñaste en eso.* Tu me ad hæc impulisti, concitasti, commovisti. Vide *Incitar.*

Empeñarse en defenderle. Causam ejus suscipere. *Para qué te empeñas en defender esa opinion?* Quid opinionem istam defendendam suscipis? *Empeñaste en persuadir,* &c. Contendis nervos omnes, ut persuadeas, &c. *Ya sé que estás muy empeñado por él.* Scio te ipsius causa vehementer omnia velle. Cic.

Empeño de prenda. Oppignoratio. *De deudas.* Æs alienum. *De palabra.* Fides interposita. *Para salir de este empeño.* Ut fidem exoneraret. Ut fide se liberaret. *Sacame de este empeño.* Fidem meam tuere. Quantum potes enitere, ut conata perficiam, & voti compos evadam.

Empeño en salir con algo. Contentio, conatus ad aliquid perficiendum. *Favorecióle con empeño.* Impensè illi studuit. Vehementer pro illo laboravit. Partes ejus studiosè suscepit, subivit. Acerrimè pro illo contendit, quoad potuit, dimicavit. Illum enixissimè juvit. *Tomabase con tanto empeño, que.* Tanta adhibebatur contentio, ut. *Ya es empeño salir con ello.* Certum est, inceptum persequi, rem ad exitum perducere, ab incepto non desistere, conata perficere.

Empeorar. In pejus ruere, in deterius vergere. Pejorem, vel deteriorem in dies fieri, reddi. *Empeorar el enfermo.* Morbum in dies ingravescere, ægrum pejus se habere, in dies graviùs ægrotare, in horas magis, ac magis deficere.

Emperador. Imperator, Cæsar, ris.

Emperatriz. Augusta, Imperatrix, cis.

Emperezar. Pigror, aris. Morari, cunctari, gravari, cunctantiús agere. *De que sirve emperezarlo?* Quid gravaris? Quid prodest cunctantius agere?

Empero. Sed, verumtamen. Vide *Pero.*

Emperrarse. In rabiem incitari, ferociùs repugnare, contendere. *Emperrado.* Ferociter obstinatus, in rabiem excitatus.

Empeyne. Impetigo, inis. *Empeyne del pie.* Superna pedis pars, plantæ adversa.

Empezar. Incipio, is. Vide *Comenzar.*

Empinar los bolos. Bacillos erigere, statuere. *Empinar la campana, ponerla en pino.* Campanam sursum vertere.

Empinarse. Erigi, elevari. *Empinado.* Erectus, excelsus, arduus.

Em-

Emplasto. Emplastrum, malagma, tis.

Emplastar. Affectæ corporis parti emplastrum imponere, adhibere.

Emplazar á uno. Diem alicui dicere. Citare hominem, ut compareat, ut causam dicat. *Estoy emplazado para ese dia*. Hæc mihi dicta dies est.

Emplear. Impendo, is. Insumo is. Pecuniam in aliqua re collocare, patrimonium in salutem reipublicæ. Vide *Gastar*. *Bien empleado está el beneficio en Antonio*. Meritò in Antonium beneficium collatum est. Optimè apud illum beneficium collocasti.

Todo me empleo en vuestro servicio. Omnis mea cura, labor, studium, industria in te ornando, & tuæ laudi serviendo desudant. Totum me ad tuum obsequium, nutumque comparo. Tuæ laudi, ac dignitati meam operam, & studium dico, dedico, consecro.

Mal empleado quanto hago por ti, que no aprovecha. Malè apud te beneficia pono, quibus ad luxuriam abuteris. Oleum, & operam apud te perdo, qua nihil promoves.

Emplearse todo en el culto divino. Summa pietate, & studio divino cultui vacare. Se totum pietatis operibus tradere, dicare, addicere, devovere. Ad Dei cultum toto animo incumbere. Curas suas omnes, cogitationesque in Dei cultu figere, locare.

Empleo. Munus, eris. Officium, ii.

Emplente. Paries cratitius, diplinthius.

Emplomar. Plumbo, as. Plumbo tegere.

Emplumar. Diridiculi gratia aliquem plumis amicire, vestire. Anum lenociniis famosam, plumis coopertam, pueris illudendam objicere, plebi exsibilandam traducere.

Emplumado. Plumatus, plumis amictus.

Empobrecer. In angustias rei familiaris adduci, pervenire. In egestatem venire, devenire. *Habiendo empobrecido con tantos gastos, dió en robar*. Exhaustus operum impensis, prædas agere instituit. Egestate coactus ad rapinas animum adjecit.

Empollar los huevos. Gallina ova incubat, ova incubando fovet.

Emponzoñar. Venenum infundere, tetrum virus adjicere. Veneno aliquid inficere, imbuere, tingere. *Emponzoñado*. Venenatus, veneno infectus.

Empozado. In puteo inclusus.

Emprender alguna cosa grande. Magnum aliquid aggredi, petere, moliri. Facinus egregium aggredi, suscipere. Ardua conari, ad magna contendere, ad res præclaras animum adjicere.

Empresa grande. Facinus arduum, cœptum ingens. Conatus, us. *Empresa, ó divisa*. Symbolum, i. *Dificultosa empresa has tomado*. Provinciam cepisti duram. Difficilem provinciam suscepisti. *Salió con su empresa*. Conata perfecit. Voti compos factus est. *No salió con ella*. Non illi res succesit ex sententia. Causa cecidit. Irrito conatu cessit. Re infecta discessit. Ab incepto destitit. Victus, & inglorius abiit. Repulsam tulit.

Emprenta. Vide *Imprenta*.

Emprestar. Vide *Prestar*.

Empréstido, ó empréstito. Commodatio, Mutuatio, nis. *Está obligado á pagar el empréstido*. Commodati tenetur.

Empringar. Vide *Pringar*. *Aun no asamos, y ya empringamos*. Filius nondum natus est, & nomen illi imponimus.

Empujar. Trudo, is. Pello, depello, is.

Empujon. Impulsus, us. Impulsio. *Dar de empujones á uno*. Pulsare aliquem. *Meter á empujones*. Intrudere hominem, impellere. *Echarle á empujones*. Extrudere, expellere.

Empuñar la espada, el cetro. Ensem capulo apprehendere, tenere. Sceptrum tenere, manu premere.

Empuñadura. Gladii capulus.

Emulo. Vide *Competidor*.

E ANTE N.

En (*preposicion*) In. *En ti está la culpa*. In te culpa residet. §. *Á veces acomoda al lugar*. *En la plaza se pasea*. In foro ambulat. §. *Á veces al tiempo*. *En dos dias hizo un viage*. Biduo iter confecit. *En un momento se ahogó*. Momento aqua illum absorbuit. §. *Á veces al exceso*. *En el estudio, y aplicacion*

cion á todos se aventaja. Studio, & assiduitate omnes superat. *En el ingenio nadie le excede.* Ingenio nemini cedit, nulli inferior est, nemini secundus. §. *A veces al precio. En quánto aprecian el caballo?* Quanti equus æstimatur? *En otro tanto me dieron la baxilla.* Tantidem vasa argentea mihi addicta sunt.

En adelante. Posthac, in posterum. *Yo haré que en adelante refrenes la lengua.* Efficiam, ut posthac linguam contineas.

Enagenar algo. Aliquid alienare, abalienare. *Enagenacion, ó enagenamiento.* Alienatio, abalienatio. *Enagenado de los sentidos.* Á sensibus abstractus. *Cosa que se puede enagenar.* Res mancipari, vel quæ potest alienari.

En alguna manera. Aliqua ratione, aliquo modo. *En algun lugar.* Alicubi, uspiam, usquam. *En algun tiempo.* Aliquando.

Enalmagrar. Vide *Almagrar.*

En ambas partes. Utrobique.

Enamorar. Blanditiis, aut pulchritudine aliquid ad sui amorem allicere, pellicere, trahere, excitare. Lenociniis sibi amorem alicujus conciliare. *Enamorarse.* Capi alicujus amore, allici, incendi, flagrare.

Enamorado. Amore captus, incensus, flagrans, ardens. *El que galantea.* Procus, i. Amasius, ii.

Qué trabajo tiene un enamorado! Ut miser est, qui amat! Plaut.

Enano. Homo statura humili. Pumilio, nis. Pygmæus, nanus, i. *Enana cosa.* Pusillus, pumilus, a, um.

Enarbolar la pica, ó la bandera. Hastam, aut vexillum erigere.

Enarbolarse, ó enarmonarse. Attolli, erigi, magnificè se efferre. *Enarmonarse el caballo, ó otra bestia.* Tollit se rectum equus, aut quadrupes.

En valde trabajas. Frustra laboras.

Encabezarse. Vide *Empadronarse.*

Encadenar. Catenis annectare, vincire, ligare, religare. *Encadenado.* Catenatus.

Encalabrinar. Fœtore, aut gravi odore cerebrum afficere. Fœtorem alicui offundere, inhalare, teterrimam popinam exhalare. *Encalabrinado.* Gravi odore affectus, fœtore obturbatus.

Encalar la pared. Parietem calce dealbare. Tectorium illi ex calce inducere.

Encallar el navio. Navem hærere in scopulis. Vadis illidi.

Encallecer. Calleo, es. Occalleo, es.

Encaminar á uno. Viam alicui indicare, ostendere, monstrare. *Dios te encamine.* Deus tibi iter fortunet. *Encaminar bien los negocios.* Res bene gerere, prudenter disponere, rectè administrare.

Encamisada dar al enemigo. Indusiatos milites noctu castra hostium repente invadere, stragem, ac terrorem circumferentes.

Encañar el agua. Per tubos aquam ducere, per ductus derivare.

Encancerarse Cancro occupari.

Encandilarse. Lumine opposito, aut nocturna lucerna oculos perstringi. *El resplandor de las riquezas nos encandila, para que no veamos su vanidad.* Divitiarum splendor mentis nostræ oculos perstringit, divitiarum fulgor obstat, quo minus earum vanitatem perspiciamus. *Encandilada.* Anus, quæ puellas decipit.

Encanecer. Canesco, is. Canus fio.

Encantar á uno. Carminibus, aut cantionibus aliquem ligare, in aliam formam mutare. Incanto, as. Excanto, as.

Encantador. Veneficus, incantator.

Encantamiento. Cantio, nis. Carmen, incantatio, incantamentum. *Por arte de encantamientó parece que se ha desaparecido esto.* Præstigiis, credo, hoc evolavit, evanuit.

Encatusar. Astu hominem captare.

Encapirotado. Capitio tectus.

Encapotarse. Torvo vultu affici, frontem tetricè contrahere. *Encapotado.* Aspectu torvus, caperata fronte. *De qué está tan encapotado.* Quid est quod torvo vultu mœret?

Encaramar. Vide *Encarecer.*

Encarcelar. In carcerem hominem conjicere; condere, mittere, ducere.

Encarecer, ó encaramar una cosa. Rem verbis augere, exaggerare, exornare, amplificare. *Mucho lo encareces.* Magnificè loqueris. Tragicè lamentaris.

Encarecerse los mantenimientos. Annonem

nem ingravescere. Pretium rebus accedere. Rerum pretia crescere, excrescere, augeri. Cariorem, difficiliorem, duriorem in dies annonam fieri.

Encarecedor. Rerum amplificator, magnificè loquax, verbis magnificus.

Encarecidamente. Impensè, magnopere, majorem in modum.

Encarecimiento. Amplificatio, exaggeratio. Verborum magnificentia.

Ruegote encarecidamente que le defiendas. Majorem in modum à te peto, magnoperè à te quæso, te etiam atque etiam rogo, te obsecro, & obtestor, te impensè rogo, ut illum suscipias, tuoque patrocinio dignum censeas.

Virtud tan conocida no necesita de encarecimiento. Perfecta virtus verborum ornamenta non requirit. Spectata virtus commendatione non eget. Ipsa per se fulget luce clarius. Corrumpit qui pigmentis gratiam illi conciliat, solem facibus adjuvat, qui illustrare contendit.

Hablar con grande encarecimiento de alguno. Mira, & incredibilia de aliquo narrare, fidenter de illo asserere, quæ fidem excedunt, majora veris referre.

Encargar á uno algo. Aliquid alicui injungere, mandare, commendare, committere, onus imponere, injungere. Negotium, aut provinciam illi dare. Curam illi delegare, demandare. *Esto te encargo no mas.* Hactenus tibi mando. Cic. *Todos quieren que esto se encargue á Pompeyo.* Omnes id ad Pompejum deferri volunt. Cic.

Encargarse de algo. Mandatum recipere, aliquid agendum suscipere, subire. munus, aut defensionem suscipere. *Hacer lo que le encargan.* Mandata facere, exequi, peragere, conficere. Susceptum munus obire, exequi, præstare, explere.

Encarnar el Hijo de Dios. Naturam humanam Divinum Verbum induit, assumpsit. Naturæ humanæ se hypostaticè conjunxit. Carnis nostræ infirmitatem, & mortalitatis ærumnas subire non erubuit. *Encarnó por el costado la saeta.* Sagitta lateri infixa est. Per costas vulnus factum. *Encarnar la herida.* Vulneris carnem coalescere, coire.

Encarnacion del Verbo Divino. Incarnatio, nis. Divini Verbi cum natura humana conjunctio. *Dar encarnacion á la pintura.* Humanam carnem colore exprimere, simulare, mentiri, adumbrare.

Encarnizarse el lobo en una res. Pecudem à lupo avidè vorari. *Estar encarnizado en el odio, en la torpeza.* Odio implacabili ardere, libidine insatiabili inflammatum esse. *Ojos encarnizados.* Sanguine suffusi oculi.

Encarrilar. In viam inducere.

Encartar. Proscribere aliquem.

Encartado. Proscriptus, bannitus.

Encasar, ó encaxar el hueso. Os evulsum in sedem suam compellere, in locum suum restituere, loco suo includere, reponere.

Encasquetar. Pileum, aut galerum in caput inducere, demittere.

Encastillarse. In locum munitum se recipere. *Estar encastillado.* In arce inclusum esse. Castello, aut loco munito se tenere, tueri.

Encabalgar las piezas de artilleria. Tormenta ænea carris imponere.

Encaxar. Includo, is. *Encaxar á tiempo una mentira.* Mendacium ad tempus accomodare. *Como no se la pueden encaxar á otro, danmela á mi.* Ea, quoniam nemini obtrudi potest, ad me defertur. *Si una vez se le encaxa, no hay sacarle de ahí.* Quod semel apprehendit, ostrei in morem mordicus tenet. Ubi gradum fixit, ægrè inde dimoveas.

Encaxe. Inclusio, coagmentatio, nis.

Encenegarse. In cœno volutari.

Encenegado. Cœno immersus, obrutus. Sus in volutabro. *En torpezas.* Vitiis turpissimè inquinatus.

Encender. Accendo, incendo, is. Inflammo, as. *Encenderse.* Ardeo, es. Flagro, as. Exardesco, is.

Encendido. Succensus, candens, incensus, imflammatus, ardens.

Encendimiento. Ardor, inflammatio.

Encerar. Cera aliquid oblinere.

Encerado. Fenestræ velamentum ceratum, byssinum, aut papyraceum. *No se puede encerar.* Ceraturam non patitur.

Encerrar. Includo, concludo, is. *Los frutos.* Fructus condere. *En esto se encierra todo.* Hæc est totius rei summa. Hoc uno omnia continentur.

Encerramiento. Inclusio, nis.

En-

Encetar el pan, ó queso. Panem, aut caseum integrum delibare, imminuere.
Encia. Gingiva, æ.
Encima. Supra, super.
Encina. Quercus, us. Ilex, icis.
Encinar. Quercetum, i.
Enclavar. Vide *Clavar.*
Enclavijar los dedos. Utriusque manus digitos inter se committere. *Enclavijados dedos.* Digiti inter se commissi.
Encoger. Contraho, is Coarcto, as.
Encogerse de hombros á lo que le pregunran. Humeris significare, se de quo rogatur, nihil scire. *Encogerse de vergüenza.* Subtimeo, es. Pudore teneri, cunctari.
Encogido. Subrusticè timidus.
Encogimiento. Subrusticus timor, verecunda cunctatio.
Encolar. Glutino, conglutino, as.
Encoladura. Conglutinatio, nis.
Encolerizarse. Vide *Ayrarse.*
Encomendar. Committo, mando, commendo.
Encomiendoos mucho á Antonio. Antonium sic tibi commendo, ut majori studio commendare non possim. Hunc, rogo, pro ingenio, pro fortuna tua exornes. Cura, ut intelligat meam commendationem vulgarem non esse. Quidquid officii in illum contuleris, in me collatum puta. Da operam, ut sciat, meam commendationem usui maximo sibi fuisse. Mihi certe gratissimum feceris, si cognovero has litteras, quantum scribens confidebam, tantum apud te pondus habuisse. Majorem in modum à te peto, impensè rogo, ut ei omnibus in rebus, quantum tua dignitas, fides, atque facultas patietur, commodes, & accomodes. Gratius mihi facere nihil potes, quàm si eum omni studio omnibus in rebus juveris, humanitate tua faveris.
Encomiendas, ó recados. Mandatum, i. Mandata, orum. *Hacer lo que le encomiendan.* Mandata exequi, agere, peragere, persequi, conficere, curare.
Muchas encomiendas os envia Antonio. Antonius te amicissimè salutat, salutem tibi multam dicit, salvare te jubet, amicissimè salutem tibi plurimam impertit. *Dasela de mi parte.* Salvare illum invicem jube meis verbis. Salutem illi adscribe meo nomine. Salutem illi rursus à me nuntia. Salvare illum quoque à me jubebis.
Encomienda de caballero. Crucis insigne cum divite censu.
Encomio. Prœconium, laus, laudatio. Commendatio alicujus à genere, à patria, à virtutis studio, & rebus gestis.
Enconar la llaga. Exulcero, as. *Enconarse.* Vulnus intumescere. *Encono.* Exulceratio, tumor, oris. *Animo enconado.* Exulceratus animus.
Enconsuegrar. Liberos à parentibus in matrimonium mutuò collocari.
En contra. Contra. *Muchos están en contra.* Multi contra illum stant, faciunt. Multi contrarium tenent, secus sentiunt. Plures abeunt in alia omnia.
Encontrar acaso á uno. Casu occurrere alicui, aliquem offendere, in illum incidere. *Encontrarse peleando.* Congredi, concurrere, confligere. Vide *Checar.* *Encontrados pareceres.* Sententiæ oppositæ. *Los hombres mas sabios del mundo van en esto encontrados.* Inter sapientissimos homines hac de re contentio est. Sapientissimi viri hac de re sententiis pugnant, maximè dissident, magnopere dissentiunt, in contrarias sententias distrahuntur.
Encontradizo. Obvius, a, um. *Hacerse encontradizo.* De industria alicui occurrere, obviam fieri, obviam ire.
Encuentro. Occursus, us. *En la batalla.* Conflictus, us. *Á los primeros encuentros se quebraron las lanzas.* Ad primum conflictum, vel primo conflictu hastæ confractæ sunt. *Salir á uno al encuentro.* Occurrere alicui. Obviam se illi offerre, obviam illi procedere, exire, prodire. Obvium alicui esse, obviam illi fieri, se dare. *Qué lindo encuentro!* Commodè te mihi obviam offers: ó mea opportunitas! Peropportunè in te incidi.
Encontrón. Incursus, us. Offensio, nis.
Encorar el cofre. Cameratam arcam corio tegere, obducere, munire.
Encorchetar. Infibulo, as. *Metaph.* Amicitiam inire, societatem coire.
Encordar la vihuela. In lyra fides, aut nervos contendere. Citharam fidibus, nervisve instruere.
Encordelar. Lectum funibus intexere.

Encordio. Panis inguinis.

Encorozar á uno. Infami cucullo aliquem notare, insignire. *Encorozado.* Cucullo infami insignitus, notatus.

Encorporar. Vide *Incorporar.*

Encorvar. Incurvo, as. *Encorvarse.* Incurvesco, is. *Encorvado.* Incurvus, incurvatus, a, um.

Encostrar. Incustro, as.

Encrespar. Crispo, as. Vide *Enrizar.*

Encrucijada. Trivium, ii.

Encrudecerse. Crudesco, recrudesco.

Encruelecerse. Sævio, is. Vide *Cruel.*

Encubar el vino. Mustum in dolium, vel in cupam condere. *Encubar á uno por algun grande delito.* In culeum parricidam insuere.

Encubrir algo. Celo, as. Occulto, as. Tego, is. Clàm aliquid habere. *No sé cómo encubrir esto.* Id quo pacto celem, qua ratione dissimulem, non invenio. Nec mendaciis subdolis, nec fucis rem oblinere valeo.

No se pueden encubrir tus bellaquerias. Flagitia tua occultari, latere, celari, obscurari non possunt. Nullis simulationum involucris flagitia tua teges, non sic abducta sunt, ut curiosis oculis non pateant. Tuorum scelerum vestigia tam expressa extant, ut quivis vel incuriosus offendat. Domus tua scelerum tuorum vocibus personat. Parietes flagitia tua continere non valent.

Encubierto. Celatus, occultatus.

No es maravilla que tarde tanto en descubrirse lo que está tan encubierto. Nec mirum est tam tardè erui, quæ tam altè jacent.

Encubridor. Receptor, occultator.

Encubridora. Receptrix, icis.

Encubrimiento. Occultatio, nis.

Encuentro. Vide *Encontrar.*

Encumbrar. Extollere, exaltare. Vide *Alabar, y dignidad.*

Endechas. Næniæ, arum. Flebile carmen.

Endemoniado. Fanaticus, energumenus. Obsessus à dœmone.

Enderezar. Dirigo, is. Cogitationes omnes ad Deum intendere, dirigere.

Endevotarse. Monialem adamare, in ejus familiaritatem se dare.

Endiablado. Sceleratissimus, nefarius, execrandus. Ex omnium scelerum importunitate concretus.

Endilgar. Vide *Aliñar, y enderezar.*

Endiosarse. Superbiùs se efferre.

Endivia, yerva. Intybus, i.

Endrina. Prunullum nigrum.

Endulzar. Dulce aliquid efficere, reddere. *Endulzarse.* Dulcesco, is.

Endurar, ó endurecer. Induro, as. *Endurecerse.* Obdureo, es. Obduresco. *De que sirve endurarlo?* Quid cunctaris? *Endurecido.* Obstinatus.

Enebrar. Vide *Enhebrar.*

Enebro, arbol. Juniperus, i.

Eneldo, yerva. Anethum, i.

Enemigo particular. Inimicus, i. *Enemigo comun, ó público.* Hostis, is. *Enemigo de Dios, y de sus Santos.* Sacrorum omnium, religionumque hostis.

Enemigos declarados. Inimicitiam palàm professi. *Quién es tu enemigo? el que es de tu oficio.* Odit faber fabrum, mendico mendicus invidet. *Tengame por su enemigo, si lo hiciere.* Id si egerit, me illi adversarium, & inimicum profiteor; me rupem habebit, ubi sui furoris fluctus despument. *Tratóme como á enemigo.* Inimicè mecum egit. Me in hostium numero habuit. *De los enemigos los menos.* In malis minimum est eligendum. Stultus, qui, patre cæso, liberis ejus pepercit.

Enemistad, ó enemigo. Inimicitia, æ. Simultas, tis. Odium, invidia, malevolentia, abalienatio. *Enemistad natural.* Antipathia, æ.

Enemistad declarada. Indictæ, & apertæ inimicitiæ.

Enemistarse con alguno. Abalienare se ab aliquo. Graves cum aliquo simultates suscipere, subire. Inimicitias capessere, concipere. *Con muchos os habeis enemistado.* Multorum inimicitias suscepisti, subiisti. Multorum in te odia concitasti, incendisti. In simultates, & odia incurristi, venisti.

Enemistado. Inimicus, a, um. Infensus, abalienatus ab aliquo.

Estar enemistado, ó tener enemistad con alguno. Inimicitias cum aliquo gerere, simultates gerere, exercere. *Con el que anda á tu lado nunca estés enemista-*

tado. Ne cum eo certes, qui pedem tecum habet in eadem pelvi.

Energía. Vis, efficacia, æ.

Enero. Januarius, ii.

Enervolada saeta. Sagitta venenata.

EN ESTO (*en las narraciones de casos repentinos.*) Ecce, ecce interim, ecce repente. *En esto hizo ruido la puerta*. Ecce interim fores crepuerunt. *En esto llega aviso, de que vienen Cosarios*. Ecce autem repente nuntiarunt, pyratarum naves adesse. *En esto vé á Licas escondido en el hueco de una peña*. Ecce Lycam trepidum, & latitantem rupe cavata aspicit, &c. *Ovid. Metamorph.*

Enexar las ruedas. Rotas axe committere.

Enfadar á alguno. Fastidio esse alicui. Offendere alicujus animum, fastidium illi afferre. *Esto enfada*. Hoc satietatem, & fastidium affert, ingratum est, putidum. *Mucho me enfadan algunos, no los puedo ver*. Quosdam oculi mei ferre non possunt, stomachum mihi movent, offendor quorundam aspectu.

Enfadarse. Fastidio, is, stomachor, aris. Indignor, aris. Molestè ferre.

Enfado. Fastidium, satietas, tis, tædium, ii. *Echólo de sí con enfado*. Fastidiosè illud adjecit, rejecit, cum nausea projecit.

Enfadoso. Morosus, putidus, importunus, molestus. *Enfadosamente*. Molestè, putidè, importunè.

Enfaldarse. Defluentes vestes colligere, laciniam togæ præcingere.

Enfardar. Sarcinas conficere.

En favor. Secundum, pro. Vide *Favor*.

Enfermar, caer enfermo. In morbum incidere, delabi. Morbo corripi, tentari, teneri. *Grande es, y peligrosa la enfermedad que tiene*. Gravi, & periculoso morbo laborat, tenetur, afficitur, urgetur, afflictatur, premitur, opprimitur. Mortifero morbo penè confectus est. Diuturno morbo tabescit miser. Gravi morbo decumbit, jacet omnium judicio desperatus.

Enfermedad. Morbus, ægritudo, valetudo, nis. Adversa, incommoda valetudo. *Contagiosa*. Morbus pestilens. Contagium, ii. Contagio, nis. *Aguda, que mata, y pasa presto*. Morbus acutus, præceps. *Larga*. Diuturnus, tenax, lentus.

Enfermo. Ægrotus, æger, languidus. *Está enfermo*. Ægrotat, languet, ægro corpore est. *Algo aliviado está*. Meliusculè valet. Aliquantulum morbus remisit. Levari, & recreari aliquantulum visus est.

Enfermería. Valetudinarium, ii.

Enfermero. Valetudinarii præfectus.

Enfermizo. Valetudinarius, ii.

EN fin. Tandem, denique. *En fin, el bien no es conocido, hasta que es perdido*. Tum denique bona nostra novimus, cum amisimus. *En fin le soltaron*. Tandem vinculis exsolutus est.

En fin (*de veras.*) Nempè. *En fin dices, que la virtud no basta para vivir uno contento?* Nempè negas ad beatam vitam satis esse virtutem? *En fin estás en eso?* Nempè hoc tibi sedet animo?

En fin, en conclusion. Ad summam. Ne multa. Ne multis. Quid multa? *En fin esto no puede pasar asi*. Ad summam non possunt in hæc sic abire. *En fin lo consigue*. Quid [illegible]? Impetrat. *En fin, no quiero ruidos por mis dineros*. Ne multis, litigium emere non libet.

Enflaquecer, ponerse flaco. Languesco, is. Macrescere, attenuari, tabescere. *Esto le enflaquece*. Hoc illum debilitat, enervat, vires illius minuit, extenuat, infirmat.

Enfrascarse en muchos negocios. Multis negotiis se implicare.

Enfrenar el caballo. Equum frænare. Frænum equo injicere, adhibere.

Enfrente. È regione, contra, ex adverso, vel ex adversum. *Los de enfrente*. Contrarii, adversarii.

Enfriar. Frigefacio, is. Perfrigerare.

Enfriarse. Frigesco, is. Frigeo, algeo.

Enfriarse, ó entibiarse. Languescere, intepescere. Languidiorem, molliorem, remissiorem in dies fieri. *Enfriaronse sus buenos deseos*. Pia ejus studia languerunt, deferbuerunt, in languorem abierunt, restincta sunt. Pristinus illi pietatis ardor elanguit, refrixit, extinctus est.

En-

Enfundar la almohada. Plumis, tomento, vel lana infarcire pulvinar, cervical.

Enfurecerse. Furere, debacchari. Furore corripi, agitari, incitari, inflammari, vehementer irasci, excandescere.

Engalanar. Vide *Adornar*.

Engañar. Decipio, fallo, deludo. Imponere alicui, verba dare, fraudem, vel fucum facere. In errorem, aut fraudem hominem illicere, deducere, inducere, impellere. Circumvenire aliquem, astu capere. *Engañóme en quatro reales*. Quatuor drachmis me fraudavit, defraudavit.

No pretendo engañar á nadie. Nemini verba dare cupio. Fucum facere, aut fumos vendere non est meum. Non est mei moris in fraudem, aut errorem pellicere. Á nectendis strophis, insidiisque struendis abhorreo. Longe ab omni fraude, doloque absum.

Si no me engaño. Ni fallor. Nisi mea me fallit opinio, nisi meus me fallit animus. *Traele engañado con buenas esperanzas*. Spe falsa illum producit, inani spe deludit.

Sospecho que se engaña, como suele. Suspicor hominem, ut solet, allucinari. *Vive muy engañado*. In errore, & summa rerum ignoratione versatur.

Engañóle con capa de amistad. Illum pro amico fefellit, per simulationem amicitiæ decepit, in fraudem induxit. *Engaña muchas veces el semblante, y mas las palabras*. Frons, oculi, vultus sæpè mentiuntur, oratio verò sepissimè.

Engañamonos. Consilio lapsi sumus. Humano errore ducti, capti sumus. In errorem lapsi sumus.

Engaño. Fraus, dolus, error, fallacia, fraudatio, circumscriptio, circumventio, præstigiæ, arum. *Reconocer su engaño*. Errorem suum agnoscere, abjicere.

Engaño de la vista. Allucinatio.

Engañador. Dolosus, veterator, fraudulentus, fallax, pellax, cis.

Engañoso. Falsus, vanus, inanis. *Amistad engañosa*. Fucosa amicitia.

Engañosamente, con engaño. Subdolè, captiosè, fraudulenter, dolosè, fallaciter, insidiosè, simulatè.

Engastar en oro, ó plata. Auro, vel argento aliquid includere. *Está tan bien engastado, que parece nacido*. Ita aptè inclusum est, ut natum, non insitum esse videatur.

Engaste. Inclusio, nis. Emblemma, tis.

Engaytar. Infatuo, as. Puerilem in modum hominem decipere. *Á ninguno pudo engaytar, de modo que le fiase un quarto*. Neminem adeò infatuare potuit, ut ei nummum crederet. Cic.

Engazar. Innecto, is. Connecto, is.

Engaze. Connexio, nexus, us.

Engendrar. Genero, as. Gigno, is. Liberos suscipere, procreare. *Los chismes engendran odio*. Rumusculi ultro, citroque delati, odium pariunt, conflant, excitant. *Esto engendra malos humores*. Hoc noxios humores creat, procreat, nimis acres, aut concretos nimis efficit. Hoc iram suscitat, invidiam concitat, seditionem commovet.

Engendrado. Genitus, natus, susceptus, procreatus, ortus, satus.

Engolfarse. In altum provehi. In Philosophiam, vel in aliud se ingurgitare.

Engolosinarse. Inescari. Regustare aliquid. Voluptàtis esca trahi.

Engomar. Gummi aliquid linere.

Engordar. Pinguesco, is. Glisco, is. Pinguem fieri, impinguari. Arvina, aut pinguedine enervari, gravari. *Engordar aves*. Obesco, as. Aves impinguare, saginare.

Engrandecer. Magnifico, as. *Engrandeció su casa*. Domum suam ampliavit, amplificavit. Familiam suam divitiis, & honore auxit, illustravit, clarissimam, & amplissimam fecit, ad summum dignitatis fastigium extulit, ad magnam potentiam evexit.

Engreirse. Efferri, erigi, attolli, superbire, insolescere, intumescere.

Engreido. Elatus. Vide *Soberbio*.

Engrosar el exercito. Supplere exercitum, copias augere, subsidio munire.

Engrudo. Gluten, nis. Glutinum, i.

Engrudar. Glutino, as. Conglutino, as.

Engrudador. Glutinator, oris.

Enguecar. Cavo, as. Excavo, as. *La voz.* Sonantiorem vocem edere, reddere. Gravius, & vehementius inclamare.

Enguizgar. Instigo, as. Incito, as.

Engullir. Devoro, as. Deglutio, is.

Enharinado. Farina aspersus.

Enhastiado. Satietate captus.

Enebrar, ó enhilar la aguja. Filum per foramen acus inserere, mittere.

Enigma. Ænigma, tis. Scruptus, i. Quæstio abstrusa, solutu difficilis. *No ando por enigmas, claro hablo.* Davus sum, non Oedipus.

Enjaezar el caballo. Equum phaleris ornare, instruere. *Caballo enjaezado.* Equus phaleratus.

Enjaular pajaros. Aviculas in caveam mittere, immittere, inducere.

Enjoyar. Bullis aureis ornare.

Enlaciarse. Flaccesco, is.

Enladrillar el suelo. Laterculis pavimentum sternere, munire.

Enlazar. Illaqueo, as. Irretio, innecto.

Enlodar. Luto, aut cœno aliquid fœdare, inquinare. *Enlodado.* Luto infectus, lutosus, lutulentus.

Enloquecer á uno. Infatuare aliquem. *La adulacion nos enloquece.* Infatuat nos adulatio, mentem obtundit. Assentatione à mente, consilioque deducimur. *Enloquecerse.* Mente destitui. Insanire, de potestate mentis abire. Vide *Loco.*

Enlosar. Lapidibus quadris pavimentum, aut viam sternere, munire.

Enlutado. Atratus. Vide *Luto.*

Enmaderar el techo. Contigno, as. *Enmaderamiento.* Contignatio, nis.

Enmarañar. Intrinco, as. Implico, as. Tricis rem involvere, impedire. *Negocio es este muy enmarañado.* Res est nimis implexa, multis difficultatibus implicita, impedita. *Ves en quan enmarañado negocio te metes.* Vide in quot tricas te conjicias, in quas turbas te des.

Enmascarado. Personatus, larvatus.

Enmendar. Vide *Emendar.*

Enmudecer. Obmutesco, is.

Enmustiarse. Vide *Marchitarse.*

Ennegrecer. Denigro, as. Infusco, as.

Ennegrecerse. Nigresco, is.

En ninguna manera. Minimè, nequaquam, neutiquam, nullo pacto, nullo modo, haud quaquam, nullatenus.

En ninguna parte. Nusquam, nullibi.

Ennoblecer. Nobilito, illustro, as. Splendorem familiæ addere, decus, ornamentum afferre. Majoribus prælucere. Vide *Honrar.*

Enojar á uno. Stomachum alicui facere, movere. Exacerbare aliquem, bilem illi movere, commovere. Hominem ad iracundiam provocare, concitare, ejus iracundiam excitare.

Enojase facilmente. Facilè subirascitur. Bilis illi in promptu est, iram in promptu gerit. Levi de causa excandescit. De nihilo iram concipit, ira corripitur, exardescit in iras, in furorem erumpit, æstuat ira.

Enojarse con uno. Succensere, irasci alicui. Cum aliquo stomachari.

Está muy enojado contigo. Iratissimus, & inimicissimus tibi est. *No acabo de entender de qué pueda estar enojado.* Miror quid acciderit, quod illi afferat offensionem animi tam gravem, aut commutationem tantam voluntatis. Cic.

Enojo. Ira, stomachus, iracundia. *No pude dissimular el enojo.* Iram tenere, premere, sustinere, cohibere, comprimere non potui. *Hizolo con enojo.* Fecit iratus, ira commotus, incitatus, ira percitus, incensus, inflammatus. Egit iracundè flagrante ira. Fecit cum ira, & stomacho. *En mi descargó su enojo.* In me virus evomuit acer acerbitatis suæ. In me stomachum effudit, præcepsque furore detonuit. *Ya se le quitó el enojo.* Jam ira resedit, conquievit, deferbuit. Jam mitigatus est. Pacato jam, & æquo animo est. *Si no lo habeis por enojo.* Si non gravaris. Nisi molestum tibi est.

Enojadizo. Iracundus, impatiens iræ. Pronus, proclivis ad iram.

Enojoso. Molestus, gravis, odiosus.

Enorme cosa. Enormis, e. Immodicus, immanis. *Enormemente.* Enormiter. *Erró enormemente.* Turpiter erravit.

En otro lugar. Alibi, alio in loco.

En otro tiempo. Aliàs, olim, quondam.

En parte me huelgo. Ex parte gaudeo.

En paz, y en guerra esclarecido. Domi, militiæque clarus, inclytus, illustris.

En pos. Post. *Venid en pos de mi.* Venite post me. Me sequimini.

Enquadernar. Compingo, is. Libros conglutinare, consuere, conficere. *Enquadernacion.* Libri compactio. *Enquadernador.* Bibliopegus, i.

En quanto á. De. *En quanto al escribir, yo te doy la ventaja.* De litteris scitè pingendis cedo tibi. *En quanto á la voluntad que te tengo, bien haces de estar satisfecho.* De animo erga te meo benè facis, quod non dubitas. Cic.

En quanto á lo que. Quòd. *En quanto á lo que me escribes en orden á desenojar á nuestro amigo, hice todo lo posible.* Quod me scribis de amico nostro placando, feci, & expertus sum omnia. *En quanto á lo que me ordenas, que entre con exercito en tierra del enemigo, juzgo que no es tiempo.* Quod mihi præscribis, ut in hostialem terram cum exercitu irrumpam, intempestivum censeo.

EN quanto á lo demás. Cæterum, cæteroqui, cætera. *En quanto á lo demás haz tu oficio.* Cæteroqui munus tuum tuere. *En quanto á lo demás no le perdones nada.* Cæterùm illi nihil remittas velim.

Á veces se dexa En quanto, *y es lo mismo. Sino es el no gozar de tu compañia, lo demás lindamente me entretuve.* Præterquamquod sine te, cæterum satis commodè me oblectavi. Excepto quod non mecum esses, cætera lætus.

EN quanto fuere possible, en lo que hubiere lugar. Quoad ejus fieri poterit. *Que se repare la casa quanto fuere posible.* Ut quoad ejus fieri poterit, domus reficiatur. *Pide, que en lo que hubiere lugar, le hagas favor.* Petit, ut quoad ejus fieri poterit, illi ne desis. *Ruegote, que le asistas en todo lo que pudieres.* Tu velim, quoad ejus facere poteris, consilio illum, opibusque juves.

Enramar. Ramis ornare, tegere, frondibus velare, inumbrare. *Enramada.* Casa ex ramis ad tempus confecta. Umbraculum ex frondibus constructum. Scena, æ.

En realidad de verdad. Verè, re vera.

Enredar. Implico, as. Irretio, is.

Enredo. Commentum, i. Dolus, fraus. *De comedia.* Poëticum commentum. Fabula scitè conficta ad populum oblectandum. *Enredador.* Mendaciorum architectus.

Enrejar. Clathro, as. *Enrejado.* Clathrus, vel clathrum, i. Fenestra clathrata, clathratus aditus.

Enriquecer á otro. Locupleto as. Dito, as. Divitiis aliquem augere.

Enriqueció mucho con el trato. Negotiatione maximè ditatus est, dives cum primis factus est, fortunas immensum ampliavit, opes congessit, divitias innumerabiles coegit, coacervavit, cumulavit.

Enristrar la lanza. Hastam in hostem intendere, dirigere. *Lanza en ristre.* Hasta in hostem intenta. *Esperar al enemigo con las lanzas en ristre.* Infestis hastis hostem excipere.

Enrizar los cabellos. Crispo, as. Capillos ferro vibrare, calamistro inurere. *Enrizado.* Calamistratrus, a, um. *Hierro para enrizar.* Calamister, vel calamistrum, i. *Los que enrizan el cabello.* Ciniflones.

Enronquecerse. Raucesco, is. Raucus fio.

Enroscarse. Se in orbem complicare. Insinuat se serpens, sese in gyrum colligit, se in orbem contrahit, in spiras se convolvit. *Enroscada cosa.* Sinuosus, in orbem contractus, spiris complicatus.

Enrubinar. Rufare, rutilare comam.

Enrudecer. Rudiorem in dies fieri.

Ensabanarse. Sindone se involvere, qui larvam simulat.

Ensalada. Acetarium, ii. *Hacerla.* Herbas salubres, aceto, oleoque condire.

Ensaladilla en verso. Carmen promiscuum multiplex.

Ensalmar, curar por ensalmo. Carminibus, aut verbis certis ad curationem uti. Carminibus superstitiosis medicinam facere. *Ensalmo.* Carmen, aut verborum formula, ad sanitatem composita.

Ensalzar. Exalto, as. Extollo, is. Effero, rs. Laudibus cumulare, laudibus in cœlum ferre. Vide *Alabar.*

Ensamblar. Sculpta coagmentare.

Ensamblador. Sculptor, oris.

Ensambenitado. Sago infami notatus.

Ensanchar. Laxo, as. Amplifico, as.

Ensanche. Laxatio, amplificatio.

Ensangrentar. Cruento, as. Sanguine inficere, aspergere, maculare.

Ensañarse. Vide *Saña*, *y enojarse*.

Ensartar cuentas. Filum calculis inserere. Filo calculorum lineam ducere. *Ensartar lugares de la Escritura*. Sacræ Paginæ testimonia congerere, coacervare.

Ensayar, ó probar la comedia. Ad scenam proludere, scenam meditari.

Ensayarse para pelear. Ludicra pugna se exercere. Ad pugnam proludere, pugnam meditari, simulare.

Ensayar el oro. Ad lydium lapidem aurum prodere. Heraclio lapide quantum metallum sit, & quale examinare.

Ensayo. Prolusio, meditatio. *Ensayo de guerra*. Pugnæ simulacrum, meditatio. *De comedia*. Scena umbratilis. Prolusio ad scenam. *Esto no es mas que ensayo*. Hæc non ad pugnam, sed ad speciem valent. Non in acie rem gerimus, sed quasi rudibus habuimus. Ludere, non prælio cernere certum est. Obtusis modo gladiis proludimus, in pulvere exercemur, & umbratili scena, ad theatrum postea producendi.

Ensebar. Sebo, as. Sebo aliquid linere, illinere, obducere.

Ensenada. Sinus, us.

Enseñar. Doceo, edoceo, erudio, instruo, instituo. Præcepta dare, documenta tradere. *La doctrina Christiana*. Christianæ fidei mysteria rudibus exponere, pro eorum captu explicare.

Enseñar crianza. Pueros liberaliter educare, urbanis moribus instruere, erudire, ad humanitatem informare. *Mucho importa enseñar bien á los niños*. Plurimum interest pueros honestè institui, sacræ disciplinæ mysteriis initiari, optimis artibus imbui, expoliri. Non parum refert præire adolescentibus, qua rectè pergant, viam ad optima quæque sternere, limitem designare, per quem securi ambulent. Magni momenti est amœniora studia ita tractare, ut salubris doctrinæ monitis ad veram sapientiam informentur.

Enseñar mas con obras, que con palabras. Exemplo præstat, quàm verbis præire, re magis, quam oratione philosophari. Longum iter per præcepta, breve, & efficax per exempla.

Enseñanza. Disciplina, æ. Educatio, institutio, eruditio, nis. *Con vuestra enseñanza podré yo enseñar á muchos*. Mea vox tuo hortatu, præceptisque confirmata multis salutem afferre poterit.

Enseñorearse de algo. Occupo, as. *Primero se enseñoreó la ira del animo, que la razon pudiese prevenirla*. Animus ab ira ante occupatus fuit, quam prævidere ratio potuit, ne occuparetur. *Enseñorease del auditorio, y hace de él lo que quiere*. In concione dominatur, orationisque vi, ac virtute, quocumque vult, auditores impellit

Ensilar el trigo. Frumentum in sinum condere, sub terram abdere, reponere.

Ensillar el caballo. Equum sternere. Ephippium equo imponere. *Muchos piensan el bayo, y uno lo ensilla*. Multi deliberant, sed unus decernit.

Ensoberbecerse. Superbio, is. Superbia efferri, intumescere. Secundis rebus, prosperè cadentibus, ex animi sententia succedentibus, insolescere, insolentia efferri.

Con esto se ensoberbeció tanto, que &c. His rebus tantum fiduciæ, aut spiritus illi accesit, adeo sibi placuit, tantum sibi arrogavit, adeo cristas erexit, sic intumuit, usque eo elatus, inflatus est, ut &c.

Ensordecer. Obsurdesco, is. Aurium sensu deficior. Auditus me deficit.

Ensortijar el cabello. In nodum crines torquere, in annulos vibrare.

Ensuciar. Fœdo, maculo, inquino, as. Polluo, is. Contamino, conspurco, as.

Entablar. Contabulo, as. Coasso, as. *Entablar un negocio*. Rem constituere. Prima operis fundamenta jacere, lineamenta ducere. *Entablar su vida*. Vitam rectè instituere, optimam vitæ rationem inire, tenere.

Entallar. Exculpo, is. In ligno, ære, aut marmore imaginem insculpere, incidere, simulacrum fingere, effingere.

En-

Entallador. Sculptor, oris.

Entalladura, ó talla. Sculptura, æ.

En tanto, en quanto. Eatenus, quatenus: in tantum, in quantum. *En opinion de Epicuro, en tanto es una cosa buena, en quanto deleyta.* Epicuro eatenus quidque bonum, quatenus voluptatem affert. *En tanto estaré obligado, en quanto se le siguió de eso algun provecho.* Eatenus actio in eum dabitur, quatenus ea re locupletior factus est.

En tanto que. Tamdiu, dum. Usque eo, dum. Eatenus, quoad. *En tanto que se se sujetan al castigo, se puede sufrir á los negligentes.* Segnes tandiu feras, dum plagas non recusant. Usque eo ferendi, dum supplicium ferunt. Eatenus tolerandi, quoad virgis terga dare parati sunt. Vide *Mientras.*

Entapizar. Parietes tapetibus ornare, aulæis, aut peristromatis vestire.

Entecado. Manu ignavus.

Entena de navio. Antenna, æ.

Entenado, ó andado. Privignus, i.

Entender. Intelligo, capio, percipio, is. *Cosas que se oyen á medio entender.* Quæ tenui, & ambigua luce prætervolant. *Llegar á entender lo que le ocultaban.* Rescio, recisco, is. *No podemos entender esto.* Id nostram intelligentiam fugit, ingenii nostri aciem prætervolat, hominis captum superat, in ejus intelligentiam non cadit. Id animo comprehendere, percipere, complecti non possumus. Altius id est, quam ut nos humi strati suscipere, perspicere possimus. *No acabo de entender, de qué puedas estar tan alegre.* Miror quid acciderit, quod tibi tantam lætitiam afferat. *Bien se dexa entender esto.* Facile est hoc ad intelligendum, non difficile captu est, facilè in humanam intelligentiam cadit. Quid negotii est in hujus rei cognitionem venire? *Ello se dá á entender.* Hæc per se nota sunt, ex se cognosci possunt. Id probatione, aut expositione non eget. *Á lo que entiendo, á mi entender, no es asi.* Quantum intelligo, quantum capio, quantum capere, aut judicare possum, quantum mente percipio, & cogitatione assequor, aliter res habet, non est ita. Aliud subesse suspicor. *No le entenderá Galván.* Archimedeum problema est. Numeris Platonicis obscurius est. Præter Sybillam nemo leget. *No os metais en lo que no entendeis.* Malè judicat cœcus de coloribus. Ne sutor ultra crepidam. *Entendeis? Scis jam meam sententiam? Ya lo entiendo, no me quiebres la cabeza.* Obtundis, tametsi intelligam, actum ne agas. *El nos dará en que entender.* Dabit hic aliquam pugnam denuò. Negotium nobis facesset, qua est importunitate. *Entendido le tengo, y todas sus trazas.* Intus, & in cute novi hominem. Intimos illius sensus teneo. Consilia ejus pulchrè calleo, nota mihi, & perspecta sunt omnia. *Al buen entendedor, pocas palabras.* Intelligenti rem indicare sat est. *Es hombre muy entendido.* Vir est cum primis intelligens, ingeniosus, callidus, solers, sagax, emunctæ naris homo, in rebus agendis, gerendisque versatus, exercitatus, satis spectatus. Ingenio illum natura ad omnia finxit aptissimo. Quidquid suscipit, agit, aggreditur, egregiè conficit, cum laude perficit. *Hace del que lo entiende.* Auriculas movet asinus ad lyram. Ita dicentibus annuit, aut arridet, quasi intelligat. *Yo me entiendo.* Mihi cano, & Musis.

Entendimiento. Mens, tis, Intelligentia, æ. Intelligendi vis, intellectus, us. *No puede haber virtud sin entendimiento.* Virtus sine ratione constare non potest. Cic.

Entendimiento ciego. Mens tenebris oppressa, oppleta, involuta, atra, caligine circumfusa. Animus obcœcatus, mentis lumine destitutus.

Entera cosa. Integer, gra, um Cui nihil abest, nihil est imminutum. *Entera salud.* Sanitas totius corporis. Valetudo undique firma *Hombre entero.* Fortis, & constans.

Entereza de animo. Mentis integritas, constantia, fortitudo animi. Incorruptus animus, qui nulla vi frangitur, nulla re commovetur.

Enteramente. Integrè, omninò. *Pagar por entero.* Ad nummum solvere, in solidum satisfacere, in integrum restituere.

Enterarse de una cosa. Edoceri, inquirere, cognoscere de re aliqua. Causam cognoscere, Vide *Informarse.*

En-

Enternecerse la cera. Tenerescere ceram, mollescere, molliri, liquefieri. *Enternecerse de compasion.* Misericordia affici, moveri, commoveri.

Enterrar. Sepelio, is. Humo, as. Tumulo, as. Humo corpus condere, sepulturæ mandare, terræ reddere, sepultura afficere, in sepulcrum inferre, humo injecta tegere. *Enterrar á uno vivo.* Vivum in terram defodere, terra obruere. *Llevar á enterrar.* Efferre cadaver. Funeris pompam ducere. *Aqui está enterrado.* Hic jacet, hic situs est. Hoc lapide corpus ejus, & ossa teguntur.

Entierro. Funus, eris. Pompa funebris, exequiæ, arum. Supremi diei celebritas. *Hacer el entierro.* Funeri operam dare. Justa solvere, exequias celebrare. *Acompañamiento de entierro.* Pompa funebris.

Enterrador. Sandapilarius. Vespillo, nis.

Entibiar. Tepefacio, is. Languorem alicui afferre, languidiorem, aut remissiorem illum reddere, efficere. *Entibiarse.* Tepesco, intepesco, is. Segniùs, aut remissiùs agere.

En todo caso (sin falta.) Utique. *El libro irá en todo caso.* Librum ad te mittam utique. *Esto quiero que se te pague en todo caso, aunque sea haciendo una mohatra.* Hoc utique, vel versura facta, solvi volo. Cic.

En todo lugar. Ubique.

Entoldar las calles. Vias supernè velis obrumbrare, inumbrare. Umbras contra solis æstum intendere. *Entoldadas calles.* Viæ umbraculis tectæ desuper.

Entonar, dar tono. Præire sonu cantoribus, quem teneant, & observent. *Entonar cantando.* Sensim vocem excitare. Vocis contentione majore altum, & acutum scansim sonare.

Entonar los organos. Folles ad excipiendum, reddendumque ventum alternis attollere, levare.

Entonarse. Fastu intumescere. Vide *Ensoberbecerse. Entonado.* Fastu tumidus, elatus, inflatus. *Anda muy entonado.* Superbo vultu incedit, omnes despiciens. Magno cum fastu se effert.

Entonces. Tum, tunc. *Por entonces.* Interim.

En torno. Circum, in girum.

Entornar la puerta. Portam ad limen convertere, trahere, reducere.

Entorpecer. Torporem facere, inducere, afferre. *Entorpecerse.* Torpesco, is. Torpeo, es. Pigresco, is. *Entorpecimiento.* Torpor, oris. Torpedo, inis. *Qué entorpecido que estás!* Quis te tantus torpor invasit! quæ tibi torpedo obrepsit!

Entrada por do se entra. Aditus, us. *Entrada de alguno.* Ingressio, ingressus, us. Introitus. *Entrada de la frente.* Frontis anguli. *No se da ahora entrada al Rey.* Aditus ad Regem modo nullus est, non patet. Nemini ad Regem per id tempus aspirare licet. Adeundi Regis copia hoc tempore non datur. Nemini sui conveniendi potestatem Rex fecit. A Regis conspectu omnes hoc tempore excluduntur. *En todas partes tiene entrada.* Nullo loco excluditur.

Entrambas, entrambos ó dos. Uterque, utraque, utrumque, ambo, æ, o.

Entrampar algo. Rem tricis involvere, implicare, per fraudem occultare. *Está muy entrampada su hacienda.* Res familiaris illius implicita est, multis nominibus creditoribus obnoxia, & obstricta est.

Entrañas. Extra, orum. Viscera, um. *Hombre de malas entrañas.* Malignus, malevolus. *De buenas.* Pius, candido, & optimo animo. Vide *Intencion.*

Entrañarse. Vide *Penetrarse, y embeverse. Tener entrañado el odio, ó el veneno.* Veneno, aut odio imbutum esse. *Entrañado.* Intimus, insitus, inclusus in visceribus, & medullis. *Entrañablemente le quiere.* Medullitùs illum amat, intimè diligit.

Entraparse el polvo. Pulvere pannum imbui, infici, inquinari.

Entrar. Ingredior, eris. Adeo, is. Introeo, is. Intro, as. Pedem in aliquem locum inferre, domus limen inire. *Entróse dentro.* Intró se dedit, se conjecit. *Entróse de rondón.* Non pulsatis foribus irrupit.

Entrar cosa liquida. Influo, is.

Entrar á escondidillas. Claneulum se inferre, latenter se intromittere. *Entrar á gatas.* Irrepo, is. *Entrasenos el sueño sin sentir.* Somnus nobis obrepit.

En-

Entrar de por medio. Intercedo, is. *Entrar en sospecha.* Adduci in suspicionem.

Entrar con buen pié. Feliciter auspicari. Bonis auspiciis incipere, exordiri. *Entrar en esperanzas.* In spem adduci, erigi, venire. *Entrar con exercito.* Cum exercitu irrumpere. *Entrar en batallá.* Certamen, prælium inire. *Entrar en lugar de otro.* In alterius locum suffici, substitui, subrogari. *Entrar dentro de si.* Animum ad se ipsum vocare. *Entra dentro de ti.* Te ipsum introspice, in tuum sinum inspice. *Entrad poco á poco.* Sensim tenta, explora, in ejus animum irrepe, clanculum illabere. *No hay por donde entrarle.* Totus echinus asper. Nec blanditiis, nec obsequio, nec muneribus capitur, adeo est difficilis, ac morosus. *No me entra de los dientes adentro.* Non est mei stomachi. Abhorret animus ab eo. *No quiero entrar en esa consulta.* Nolo huic consilio interesse, admisceri.

Entrar por contadero. Loco, & ordine ingredi. *Entra esa silla.* Sellam affer, intro sellam mitte. *No me entra el juego.* Non mihi ex sententia succedunt lusoriæ chartæ.

Entrar á la parte. Vide *Parte.*

ENTRE (*preposicion.*) Inter. *No sé qué baruillabais entre vosotros.* Nescio quid velitati estis inter vos. *Entre los hombres mas sabios del mundo se disputa esto.* Inter sapientissimos homines hæc contentio est. §. *Á veces es* in *con ablativo. Hallabase como entre dos aguas.* Hærebat, quasi in medio deprehensus. *Ni entre tantas heridas se halló alguna mortal.* Nec in tot vulneribus lethale ullum repertum est. *Á muchos de los matadores nombró entre los tutores de su hijo.* Plures percussorum in tutoribus filii nominavit.

Entre año, entre semana. Per annum, per hebdomadam. *Entre ceja, y ceja.* Intercilium, ii. Glabellus, ii. Glabra, glabella, æ. *Dióle con ello entre ceja, y ceja.* Hoc illi in faciem exprobravit. *Entre col, y col lechuga.* Seria tempestivis jocis condire oportet.

Entreabierto. Semiapertus, a um.

Entrecuestos. Vide *Solomo.*

Entre dia. Interdiu, per diem. *Entre dos luces.* Dubia adhuc luce, sub crepusculum.

Entredicho. Interdictum, i. Interdictio.

Poner entredicho. Sacris cives interdicere. Interdictum promulgare. Sacrorum usus tota urbe interdictus. *Quitarle.* Tollere interdictum. Sacra restituere, permittere.

Entregar. Trado, dedo, is. *Por trato el castillo.* Hostibus arcem prodere.

Entrega. Traditio, deditio, nis.

Entremés. Intercalaris scena. Mimica scena. Atellana.

Entremeter. Interpono, interjicio, intersero, is. In medio ponere. *No te entremetas donde no te llaman.* No te ultrò alienis rebus ingeras. Ne in alienam messem falcem mittas. Noli sine suffragio censuram gerere.

Entremetido. Qui se alienis rebus immiscet, ingerit, intrudit.

Entreoir algo. Aliquid subaudire.

Entreponer. Vide *Entremeter.*

Entresacar. Seligo, is. Sepono, is. *Los ramos de los arboles.* Interluco, as.

Entresuelo. Intermedium habitaculum.

Entretanto. Interea, inter hæc. *Entre tanto que.* Interea dum Interim dum. *Entretanto que nosotros haciamos gente, entró el enemigo por Vizcaya.* Interea dum milites cogimus, Cantabriam hostis invasit.

Entretela. Pannus interjectus.

Entretener á uno haciendole fiestas. Delectare, oblectare aliquem. Delicias alicui facere, oculos ejus pascere. *Entretenerle, darle con la entrenida.* Moram alicui facere, afferre, moras nectere. Verbis aliquem tenere, falsa spe producere, lactare.

Entretenerse en algo. Agere aliquid animi causa. Alicujus rei aspectu pasci, recreari. Re aliqua pro deliciis uti, oblectari, delectari.

Entretenido gracioso. Lepidus, festivus, facetus.

Entretenimiento, Oblectatio, ludus, aberratio à molestiis. *Por entretenimiento.* Animi causa. Delitiarum causa. *Tenia la crueldad por entretenimiento.* Pro delitiis crudelitas illi fuit. *Burlarse conmigo por entretenimiento.* Sibi me pro ridi-

diculo, ac delectamento putat.

Entretexer. Intexo, is. Intertexo, is. *Entretexido.* Intertextus, a, um.

Entreverar algo. Aliquid interjicere, interponere, interstinguere. *Entreverado.* Interjectus, interstinctus, insititius.

Entevenir. Intervenio, is.

Entricado. Intricatus, implexus, a, um.

Entristecer á uno. Mærore, aut tristitia aliquem afficere. Mæstitiam alicui afferre. Contristare aliquem, tristem facere. *Entristecerse.* Mærore, aut tristitia affici. Dare animum mærori.

Entronizar á alguno. Ad summi honoris fastigium aliquem evehere, efferre, extollere. *Entronizado.* In supremo dignitatis culmine constitutus, in gloriæ vertice collocatus.

Entuertos de partido. Tormina, um.

Entumeçerse. Torpescere, vel torpere membra, vitalium spirituum intercluso meatu. *Entumecido.* Stupidus, torpens, tis.

Entumecimiento. Stupor, torpor, oris.

Enturbiar. Turbo, as. Inquino, as.

En vano. Frustra, incassum, nequidquam.

Envanecerse. Inaniter se efferre.

Envararse. Rigesco, is. *Estar envarado.* Rigeo, es. *Andaba con el cuello envarado, y torcido.* Incedebat cervice rigida, & obstippa.

Envarimiento. Membrorum rigor.

Envaynar. Gladium in vaginam condere, recondere, vaginæ reddere.

Envasar. In utres, aut vasa oris angusti liquorem infundere, invertere.

Envejecerse el hombre. Senesco, is. Consenesco, is. *Envejecerse otras cosas.* Veterasco, is. Inveterasco, is. *Envejecido en pecado.* Qui longo usu, & inveterata consuetudine peccandi obduruit, occalluit.

Envenenar. Veneno aliquid inficere, ungere, illinere. *Envenenado.* Venenatus, veneno infectus, imbutus.

Envergonzante. Vide *Pobre.*

Envés. Tergum. *Haz, y envés.* Facies, & tergum.

Envestir. Vide *Embestir. Darle la envestidura.* Honoris insignia alicui dare, tradere, tribuere. Honoris insignibus aliquem honorare, honestare.

Enviciarse en algo. Nimio studio in aliquam rem incumbere, nimio ejus studio, aut cupiditate duci, ferri, teneri.

Enviar. Mitto, is. *Con embaxada.* Lego, as. Vide *Embaxador. Enviar delante.* Præmitto, is. *Volver á enviar.* Remitto, is. *Enviar á menudo.* Missito, as. Crebro mittere. *Enviar de secreto.* Submitto, is.

Envión. Impulsus. *Dar un envión.* Impello, is. Impulsum facere.

Envidar. Adversarium sponsione inter ludendum lacessere, provocare. *Envido mi resto.* Depono quidquid mihi relictum est. *Envidar de falso.* Collusorem sponsione malitiosè lacessere.

Envite. Invitamentum, provocatio.

Envidia. Invidia, æ. Livor, oris.

Tener envidia. Laudi alicujus invidere. Divitias, & honorem alicui invidere. Æmulatione accensum laudes ejus deterere, commodis obtrectare. Invidiæ stimulis agitatur. Potentes, & dignitate conspicuos æquis oculis videre non potest.

Los favorecidos de la fortuna son el blanco de la envidia. Summa petit livor. Quos fortuna extollit, invidia deprimit. Qui fortunæ beneficio emergunt, invidiæ sunt obnoxii.

Envidiar el buen natural de otro. Optimam naturam alicui invidere. *Envidianme el favor que me haces.* Invideor, quod gratia apud te valeam. *Ser envidiado de muchos.* Multis invidiosum esse, ex invidia laborare.

Envidioso. Invidus, lividus. *Mejor es ser envidiado, que envidioso.* Præstat invideri, quàm invidere. Melior est ejus, cui invidetur, quàm invidi conditio.

Envidiosamente. Invidiosè.

Enviduela. Invidiola, æ.

Envilecerse. Se ipsum abjicere, deprimere. Vilescere apud alios.

Enviudar. Conjuge orbari, viduari.

Envolver. Involvo, is. Implico, as.

Envuelto. Involutus, obvolutus.

Envoltorio. Involucrum, integumentum.

Envoltorio, ó cucarucho. Thrunis, aut piperis cucullus. *De cartas.* Fasciculus litterarum.

Enxaguar el vaso. Vas commota aqua leviter eluere, colluere, lavare. *Enxaguar la boca.* Os, aut dentes, hausta, & regesta aqua colluere, mundare.

Enxalvegar. Vide *Xalvegar.*

Enxambre. Examen, inis. *Enxambrar.* Sobolesco, is. Sobole augeri.

Enxerir. Vide *Ingerir.*

Enxerto. Insitum, i. Surculus in arbore insitus. Arbor insita. *No prenden los enxertos.* Insita arbores non admittunt.

Enxugar. Sicco, as. Arefacio, is. *Las lagrimas.* Lacrymas abstergere.

Enxuto. Siccus, aridus, a, um.

Enxundia. Adeps, ipis. Arvina, æ.

Enyesar la pared. Parietem gypso incrustare, tectorium ex gypso parieti inducere. *Enyesado.* Gypsatus, a, um.

Enzarzarse. Vepribus implicari. Indumenta proripere, profugere.

E ANTE P.

Epidemia. Morbus, qui vulgo vagatur.

Epifania. Manifestatio, qua Christus infans à Magis cognitus, & adoratus est.

Epigrama. Epigramma, tis.

Epilogo. Epilogus, i. Peroratio, nis.

Epistola. Vide *Carta.*

Epitafio. Epitaphium, ii. Inscriptio sepulchri, vel sepulcralis.

Epitalamio. Nuptiale carmen.

Epiteto. Epithetum, appositum, i.

Epitome. Epitome, es. Epitoma, æ.

E ANTE Q.

Equidad. Æquitas, atis.

Equinocio. Æquinoctium, ii.

Equinocial. Æquinoctialis, e.

Equivaler. Æquipolleo, æquivaleo.

Equivalencia. Æquipollentia, æ.

Equivoco. Æquivocus, a, um.

Equivoco malicioso, ú de chanza. Cavillatio. *No se ha de trampear la Jusicia con equivocos.* Rei æquitatem verì laqueo capi non oportet.

Equivocarse. Per inconsiderantiam verba commutare, vel ambigua verbi significatione decipi.

Equivocacion. Abusus verbi multa significantis, vel, lapsus linguæ aliud pro alio enunciantis.

E ANTE R.

Era, donde trillan. Area, æ.

Era, ó tiempo. Ætas, tis. Tempestas, is. *En la era de ahora.* Hoc tempore, hac ætate, ætate nostra, hac tempestate.

Erial, ó Eriazo. Ager incultus, carduis & spinis inhorrens.

Erizo. Echinus, i. Herinaceus, ei.

Erizo de la castaña. Echinus, i. Calyx, cis. *Pusose contra mi como un erizo.* Echinum diceres spinis obsitum & armatum; sic in me se erexit, inhorruit, insurrexit.

Erizar las cerdas. Setas erigere.

Erizarse los cabellos. Capillos, aut comas inhorrescere. *Erizado.* Horridus, hirsutus, hispidus, erecto capillo.

Ermafrodito. Vide *Hermafrodito.*

Ermita, ó Ermitaño. Vide in H.

Errar. Erro, as. In errorem labi, delabi, incidere, deferri. Errore capi, duci. *Errar el verbo.* Verbo aberrare. *Errar la frase.* Formula cadere. *Errar el camino.* Aberrare à via, À recto tramite deflectere, declinare. *De hombres es errar.* Cujusvis hominis est errare.

Errata de libro. Mendum, i. Erratum.

Erronea proposicion. Assertio, aut sententia, à fide Catholica abhorrens, aut aberrans, quæ sapit hæresim.

Error. Error, oris. Erratum, i.

Erudicion. Amœniores litteræ, humaniores, politiores. Humanitatis studia, litteratura politior. Eruditio.

Erudito hombre. Politioris litteraturæ laude eximius, excellens: humaniorum litterarum cultu perpolitus, qui antiqua novè, nova antiquitatis sapore condita proferat. Musarum Antistes. Amœnioribus litteris apprime doctus, multiplicis doctrinæ nomine insignis. Optimarum artium cultor egregius. Non vulgari eruditione clarus in paucis.

Eruditamente. Eruditè, doctè, scitè.

E ANTE S.

Esbirro. Vide *Alguacil.*

Escabeche. Salsamentum, i. Muria, æ.

Escabechar, ó echar en escabeche. Muria pisces condire.

Escabél. Seducula, æ. Scabellum, i.

Escabroso. Asper, difficilis, salebrosus. *Escabroso estilo.* Stylus incultus, horridus, intortus, asperior.

Escabullirse. Elabor, eris. Evado, is. Effugere, expedire se ad fugam.

Escala. Scalæ, arum. *Escalar la muralla.* Scandere muros. Scalis admotis in urbem irrumpere. *Escalar la casa.* Per scalas, & fenestras in ædes irrepere diripiendas.

Escaleras. Scalæ, arum. *Las que se llevan á manos.* Gestatoriæ scalæ.

Escalon. Gradus scalarum. *Subir por los escalones.* Gradatim ascendere.

Escaldar. Ardente aqua aliquid amburere, in ardentem aquam mittere.

Escalentarse. Excalefieri.

Escalenton. Excalefactio, nis.

Escama. Squamma, æ. *Escamar los peces.* Pisces desquammare, squammis exuere. Squammas piscibus detrahere. *Escamado.* Squammatus, squammis tectus, loricatus. *Escamarse.* Ardente aqua cutem intumescere, ampullari.

Escamochos. Analecta, orum.

Escamonea, yerva. Scammonia, vel scammonea, æ.

Escampar. Imbrem remittere, cessare. *Ya escampa.* Jam imbrium vis remittit, cœlumque sudum, & serenum redditur.

Escanciar. Cyatisso, as. Vinum infundere pro convivis accumbentibus.

Escanciante. Pincerna, æ. Vide *Copero.*

Escanda, trigo. Ador, oris. Far, rris,

Escandalo. Scandalum, i. Offensio, pravum exemplum. *Dar escandalo, escandalizar.* Pravo exemplo alios offendere, corrumpere, seducere, conturbare. Aliis scandalo, & offensioni esse. Corruptis moribus alios depravare, detestabili exemplo ad peccandum illicere, ad nequitiam præire.

Escandaloso. Flagitiosus, facinorosus, qui improbitate ad peccandum inducit.

Escandalizado. Dicto, aut facto alicujus offensus, conturbatus.

Escaño. Subsellium, ii. Scamnum, i.

Escapar, ó escaparse. Elabor, eris, evadere, effugere, erumpere, evolare. Ex alicujus manibus se proripere. *Escapar del peligro.* Imminenti periculo se eximere, eripere, subtrahere. *No te me escaparás por mas que te escondas.* Non elaberis, neque effugies, quamvis tenebrosa diverticula captes. *Si escapas de esta caerás en otra peor.* Si his laqueis te exueris, in fortiores tibi incidendum est. *Las diligencias que hacia para escaparse!* Quos ille Mæandros, quæ diverticula, flexionesque quærebat! Cic.

Escapatoria ó escape. Evasio, nis. Effugium, ii. *No hay escape.* Non est effugium, teneris undique.

Escapulario. Scapulare amiculum.

Escaques en el juego de damas. Tessellæ, vel tesserulæ, arum. *Escaqueado.* Tessellatus, segmentatus.

Escaramujo, arbolillo. Cynosbatus, i.

Escaramuza. Velitatio, levior pugna. Præludium pugnæ. *Escaramuzar.* Velitor, aris. Proludere ad pugnam. Leviorem pugnam committere.

Escarapela. Fœminea rixa, jurgium, ii.

Escarabajo. Scarabæus, i.

Escarcelas. Ferrea fœmorum munimenta.

Escarcha. Pruina, æ. *Campo escarchado.* Pratum albicans pruina. *Oro, ó vidrio escarchado.* Aurum, aut vitrum asperum, crispatum.

Escardar. Agrum sarrire, sarculare, sarculo à noxis herbis purgare. *Escardador.* Sarritor, oris. *Escardadura.* Sarritio. Sarculatio.

Escardillo. Sarculum, vel sarculus, i.

Escarlata. Conchylium, ii. Murex, icis. Ostrum, i. *Cosa de escarlata.* Ostrinus, conchyliatus, a, um.

Escarmentar. Capere ex proprio, vel alieno periculo documentum. *En cabeza agena.* Alieno malo, aut periculo sapere, discere, doceri, cautum esse. *Escarmientan á su costa.* Piscator ictu sapit, & stultus malo accepto. Quæ nocent, docent.

Es-

Escarmentado. Suo, vel alieno periculo doctus, captus, prudentior.

Escarmiento. Cautio, documentum ex proprio, vel alieno malo. *Poner escarmiento à otro, para que ninguno, &c.* Documentum statuere, severitatis exemplum in aliquem edere, ne quis in posterum, &c. *Ahorcaronle por escarmiento de otros*. Aliorum exemplo in furcam actus est.

Escarnecer. Irrideo, illudo, derideo, es. Ludibrio aliquem habere, suspenso naso irridere.

Escarnio. Irrisio, illisio. *Mira el escarnio que hace*. En nasum hominis aduncum. Vide, ut uncis naribus illudit.

Escarnecedor. Irrisor. Vide *Fisgon*.

Escarola. Intubus, & intubum, vel intybus, & intybum, i.

Escarpa de la muralla. Ima muri declivitas. Murus à summo leviter inflexus.

Escarpia. Clavus uncinatus, aduncus.

Escarpin. Udo, onis. Calceus lineus.

Escarvar. Pedibus scalpere, excavare terram. Unguibus circumcirca scalpurire, vel scalprurire.

Escarva para echarse. Jam meditatur casum, vacillat, labat, titubat, hæsitat concionator, propè est ut deficiat, & oneri succumbat.

Escaso. Parcus, deparcus, sordibus restrictus. *Escasamente*. Parcè, illiberaliter. *Mas escasamente de lo que pide la grandeza de la materia*. Angustiùs, quàm rei amplitudo postulat. Sicciùs, ac minutiùs, quàm pro rei amplitudine.

Escasexa. Parcitas, illiberalitas, parsimonia, sordes, ium, tenacitas, tis.

Escatimar algo. Rem admordere, aliquid de illa carpere, detrahere, abradere, aut quasi mancam, & debilem illiberaliter dones.

Escavar las viñas. Vites ablaqueare.

Esclarecer. Vide *Aclarar*, *ò illustrar*.

Esclarecido. Clarus, splendidus, inclytus, præclarus, illustris.

Esclavina de peregrino. Pellicem humerorum amiculum.

Esclavo. Servus, i. Mancipium, ii.

Hacerle esclavo. In servitutem illum abducere, abstrahere, abripere.

Esclavo herrado. Stigmaticus servus, compunctus notis Threiciis, cui nota servitutis inusta est. *Con pie de amigo, ó virote*. Furcifer. *Nacido en casa*. Verna, æ. *Libertado ya*. Libertus, i. Manumissus. *Con eso me habeis echado una S, y un clavo*. Hoc unó beneficio jure mancipii, & jure nexi me tibi obstrictum do.

Esclava. Ancilla, æ. Serva, æ. *La que nace en casa*. Verna, æ. Vernula, æ. *Libertada ya*. Liberta, æ. Manumissa.

Esclavitud. Servitus, utis.

Escoba. Scopæ, arum. *Escobilla de cerdas*. Scopula setacea.

Escobajo de ubas. Scapus, vel scopus, i.

Escoba. Scalprum lapicidæ.

Escofia. Vide *Cofia*.

Escofia de entallador. Scobina, æ.

Escoger. Eligo, deligo, seligo, is.

Escoge una de dos. Optandi potestatem habes. Optio tibi datur, ut è duobus alterum eligas. Utrum mavis eligi. *En ruin ganada, poco hay que escoger*. Mali thripes, mali ipes. Non magni refert, utrum eligas. *Saber escoger*. Scienter eligere.

Escogido. Electus, egregius, eximius. *Gente de guerra escogida*. Delectus militum. *Escoger gente para la guerra*. Habere delectum militum. Legere milites.

Escolar. Vide *Estudiante*.

Escolios. Scholia, orum.

Escollo. Scopulus, i.

Escolopendra, yerva. Aspienum, i. Scolopendrium, ii.

Escolta. Subsidium, ii. *Estar de escolta*. In subsidio ese. *Soldados de escolta*. Subsidiariæ cohortes.

Escombrado lugar. Locus expeditus.

Esconder. Occulto, as. Celo, as. Abdo, is, tego, condo, abscondo, recondo, is.

Esconderse. Abdere se in aliquem locum. Latebris se occultare, se in latebras conjicere, se in locum abditum detrudere, alicubi delitescere. *No se le esconde nada*. Nihil illum fugit, fallit, latet. Omnia novit.

Escondido. Abditus, occultus, obstrusus. *Estar escondido*. Lateo, es. *Tener algo escondido*. Clam aliquid habere. *Lo*

verdad está escondida. Latet in occulto verum, nec facilè invenitur. *A escondidillas*. Clam, clanculùm.

Escondrijo. Latebræ, arum. Latibulum, i.

Escopeta. Sclopus, i. Sclopetum, i.

Escopetazo. Ictus sclopeti.

Escopetero. Sclopetarius, ii.

Esclopo. Scalprum fabri lignarii.

Escoria. Scoria, æ. Metallorum purgamenta. *De la plata*. Helcisma, tis.

Escorpion. Scorpius, ii. Nepa, æ.

Escorzado en pintura. Catagrapha, orum.

Escorzonera. Herba viperina.

Escorzuelo del trigo. Excreta tritici minuta. *De los parpados*. Hordeolum, i.

Escotar. Conferre pecuniam in commune, pro rata portione contribuere. *Para una cena*. Symbola conferre in cœnam. *El que escota*. Collator symboli. *Comer y no escotar*. Asymbolum cœnare. *Escotado jubon*. Thorax decollatus.

Escote. Symbolum, collecta, collatio. *Concebido á escote*. Vulgo conceptus, incerto patre natus.

Escocer. Acriter dolere. *Mucho escuece la herida*. Acriter prurit vulnus, acri dolore afficit. *Mucho le escoció lo que le dixiste*. Oratio tua illum alte pupugit, non leviter hominem perstrinxit.

Escocimiento. Acris pruritus vulneris, acris plagarum dolor. Morsus doloris acer. *El de las ortigas*. Uredo, inis.

Escriño. Corbis, is.

Escritorio de Escribano. Tabularium, ii. Tablinum, i. Grammatophylacium, ii.

Escribano. Scriba, æ. Scriptor, oris.

Escribiente. Librarius, amanuensis, is.

Escribano Real. Scriba publicus. Actuarius, ii. Regius tabularius. *Escribano mayor*. Primicerius, ii. *Escribanias*. Theca pennaria, & atramentaria. *Oficio de Escribano*. Tabellionatus, us. Scribæ munus.

Escribir. Scribo, is. Conscribo, is. Exaro, as. *Con abreviaturas*. Notis litterarum scribere. Notis scribendo uti.

Escribir para enseñanza de los venideros. Prodere memoriam alicujus rei posteris. Ingenii monumenta posteritati mandare, tradere, commendare.

Escribir algo en verso. Versibus aliquid persequi, comprehendere. *Menos sentiré tu ausencia, si me escribes á menudo*. Tolerabilius feram igniculum desiderii tui, si crebris me litteris interpelles. *Qué no me hayas escrito en tanto tiempo?* Abs te tandiu nihil litterarum? *No tengo que escribiros*. Impedior inopia rerum, quæ nullæ sunt litteris dignæ. *Escribiré vuestras hazañas*. Res à te gestas memoriæ prodam, ab oblivione vindicabo, è tenebris in lucem vocabo, posteritatis memoriæ consecrabo, amplissimis monumentis ornabo, illustrabo, celebrabo.

Escribir contra alguno. Invehi in aliquem. Stylum in eum distringere.

Escribir el gasto. Expensum ferre. *Lo que se bebe no se escribe*. Vini sumptus in rationem non inducitur.

Escrito. Scriptum, i. *De mano propia*. Autographum, i. *Hablar por escrito*. De scripto dicere.

Escritor. Scriptor, auctor, oris.

Escritos. Scripta, monumenta, orum.

Escritura. Scriptura, scriptio, scriptum.

Escritura de Escribano. Litteræ publicæ, tabulæ, arum, acta, orum. *De obligacion*. Nomen, inis. *En membrete*. Tumultuariæ tabulæ. *Para guardar como registro*. Tabulæ in ordinem digestæ, quæ posteris fidem faciant. *Escritura falsa*. Adulterinæ tabulæ, suppositītiæ. Vide *Falsear*. *Hacer una escritura en forma de derecho*. Instrumentum publicum conceptis verbis conficere, auctoritate, & fide publica obsignare, munire. *No hay quien sepa hacer una escritura de fianza*. Nemo est, qui vadimonium concipere possit.

Escriturario. Sacrarum literarum interpres, expositor, professor.

Escrupulo. Religio, scrupulus, i. *Esto me hace escrupulo*. Hoc mihi in religionem venit, religionem injicit. *Déxolo por escrupulo*. Religione teneor, quominus id efficiam. *Yo no hago de eso escrupulo*. Id ego religioni non habeo. Id mihi religionem non affert. *Picado del escrupulo*. Religione tactus. *Poneis escrupulo donde no le hay*. Fictæ religionis mihi nomen inducis. *Sacar de escru-*

pulo. Animum religione solvere, exsolvere, eximere, liberare.

Escrupuloso. Nimis religiosus, scrupulosus, timidus, & anxius conscientiæ.

Escrutinio. Scrutinium, ii. Investigatio, disquisitio, nis. *Al primer escrutinio salió mi prebenda.* Prima suffragiorum disquisitione dignitatem obtinui. Prima suffragatione, & calculorum supputatione Canonicus renuntiatus sum.

Escuchar. Ausculto, as. Avidis auribus excipere. *Escucharé desde aqui lo que dice.* Quid memoret hinc excipiam. *Escucha de Monjas.* Custos ausculatrix monialibus apposita.

Escudarse. Scuto se tegere. Clypeo se defendere, munire, protegere.

Escudero. Anteambulo, nis. Qui fœminam manu ducit. *Escuderear.* Manu fœminam ducere famulatus gratia.

Escudete de cerradura. Scutulum seræ.

Escudilla. Scutella, æ. Gabata, æ.

Escudo. Scutum, i. Clypeus, ei. *El pezon del medio.* Umbo, onis. *Escudo de oro.* Nummus aureus.

Escudriñar. Scrutor, aris. Rimor, aris. Inquiro, is. Excutio, tis. *Escudriñador.* Scrutator, inquisitor.

Escuela de niños. Ludus litterarius.

Escuelas. Scholæ liberalium artium. Academia, æ. Palæstra litteraria.

Escuerzo. Bufo, nis.

Escueto. Vide *Desembarazado.*

Esculpir. Sculpo, insculpo, exculpo, is. In ære, aut marmore, incidere.

Escultor. Sculptor, oris. *Escultura.* Sculptura, æ. *Cosa de escultura.* Sculptibilis, e.

Escupir. Spuo, expuo, is. Conspuo, as, execro, as. Salivam regerere. *Escupes al Cielo, y caete en los ojos.* In Cœlum expuis. Cum Diis gigantum more pugnas.

Escupiduras, ó postillas de la cara. Pustulæ, papulæ, boæ, arum.

Escuridad. Obscuritas, tenebræ, caligo, nis. *Escuramente.* Obscurè.

Escuro. Obscurus, tenebricosus, caliginosus. *Por escuro no leo este libro.* Hujus libri obscuritas à legendo me deterret. *Andar á escuras.* In tenebris ambulare.

Escurecer. Obscuro, as. Tenebras offundere, afferre, obducere. Noctem, aut caliginem offundere, obscuritatem afferre.

Escurrir. Exhaurire. *Escurrirse el licor.* Difluo, is. Perfluo, is. Guttatim liquorem exprimi. *Escurriduras.* Liquoris extremum, fæx, cis. Sedimentum, i.

Escusarse. Purgare se ratione reddita. Excusatione uti. Causam prætexere. Peccatum suum elevare, se extra culpam ponère, excusationem afferre. Culpam à se amovere, dimovere. *Escusase con su edad.* Ætatem in causam affert. *Escusase con que está enfermo, ó pobre.* Valetudinem, vel inopiam excusat, causatur. *Escusase con que es muger.* Muliebre nomen prætexit. *Eso mas es escusar la culpa que evitarla.* Culpam magis deprecaris, quam caves. *No escuso de escribirle.* Non possum, quin litteras ad eum mittam. *Lo que se usa no se escusa.* Consuetudini parendum est. Contra morem, & usum ire non oportet.

Escusa. Excusatio, causa, purgatio, satisfactio. *Da por escusa que está malo.* Morbum excusat, causatur. *La escusa anticipada arguye culpa.* Priori loco causam dicere, quasi criminis confessio est. *Culpasme sin admitir escusa.* Tu me insimulas, nec satisfactionem accipis. *Tú tienes escusa y yo no.* Habet tua ratio exitum, mea nullum. Cic.

Escusada cosa. Supervacuus, superfluus, supervacaneus, a, um.

Escusado, subsidio. Tributum clero imperatum.

Esencia. Natura, æ. Essentia, æ.

Esfera. Sphera, æ. Globulus, i. *Esto es de otra esfera.* Hoc ad alienam classem pertinet.

Esfinge. Sphinx, ingis.

Esforzar. Confirmo, as. Vide *Animar.*

Esforzarse. Erigere se, erigi, excitari, audere. *Esforzóse esta voz.* Invaluit, increbuit hic rumor.

Esforzado. Animosus, fortis, impavidus, præstanti animo.

Esfuerzo. Animus, i. Conatus, us. Robur animi. *Puso mucho esfuerzo en que, &c.* Magnopere nixus est, enixè laboravit, quoad potuit, institit, nervos omnes contendit, ut, &c. *Y no con menos*

fuerzo peleaban los demás. Nec segnius alii pugnabant.

Esgrima. Digladiatio, nis. *Juego de esgrima.* Ludus gladiatorius.

Esgrimir. Digladior, aris. *Con espadas negras.* Rudibus batuere. Obtusis, & flexilibus gladiis se ad pugnam exercere.

Esgrimador. Gladiator, oris. *Maestro de esgrima.* Lanista, æ.

Esguazar el rio. Pedibus, vel equo flumen trajicere, transire.

Eslabon de cadena. Annulus ferreus. *Para herir el pedernal.* Ferrum, quo elicitur ignis ex silice, ignitabulum, i, igniatium, ii.

Eslabonar. Necto, connecto, is. *Estar tan eslabonado, que, &c.* Aliud sic ex alio pendet, ita sunt inter se connexa, ut, &c. *Las virtudes están como eslabonadas entre sí.* Virtutes omnes quodam quasi vinculo, & cognatione inter se continentur. Cic.

Esmaltar. Auro, aut argento aliquid cælare, coloribus distinguere, perpolire.

Esmalte. Cælatura, æ. Auri pigmentata cælatura. *Esmalte son las letras del buen natural.* Naturæ dotes litteris perficiuntur. Ingenium doctrina excolitur, litterarum studio perpolitur.

Esmaltada cosa. Cælatus, a, um.

Esmeralda. Smaragdus, i. *Cosa de esmeraldas.* Smaragdinus, a, um.

Esmerarse en algo. Impensè, intentum esse in re aliqua perficienda, intentissimè in ea laborare. Omnem operam, & industriam in ea collocare, in eam perpoliendam diligenter incumbere omnesque ingenii, artis & industriæ vires in illum insumere, effundere. Omni cura, & studio rem perpolire.

Esmerejón, ave de rapiña. Nisus, i.

Esmeril, piedra con que se hiende el vidrio. Smiris, dis. *Esmeril de artillería.* Tormentum bellicum brevius.

Espacio. Spatium, ii. *Entre tiempo, y tiempo, lugar, y lugar.* Intervallum, i. Intercapedo, inis. *Entre coluna, y coluna.* Intercolumnium. *Entre ceja, y ceja.* Intercilium. *Entre vena, y vena.* Intervenium. *Entre remo, y remo.* Interscalmium. *Entre dos ñudos.* Internodium. *Entre dos mundos.* Intermundium, ii.

Espacio de cinco años. Lustrum, i. Olympias, adis. *De cien años.* Sæculum, i.

Espacio, ó tardanza. Tarditas, tis. Lentitudo, inis. Mora, æ. *Ir despacio.* Pedetentim procedere. Lentè rem gerere, cunctantius agere. *Mirar, ó considerar algo despacio.* Maturè de aliqua re deliberare. *Hablar despacio.* Lentè verba facere. Sermone uti tardissimo. *Sobre ese hablaremos despacio.* De hoc longus nobis aliàs sermo erit.

Espaciarse. Spatior, aris. Deambulo, as.

Espacioso, ancho. Spatiosus, amplus, vastus, latus, a, um. *Espacioso, tardo.* Tardus, tardigradus, lentus, a, um.

Espada. Ensis, gladius, ii. *Hombre de capa, y espada.* Laicus homo, nullis litteris perpolitus, minimè eruditus.

Espada, pez. Xiphias, æ.

Espadachin. Sicarius, gladiator, ii.

Espadero. Politor, oris. Gladiarius.

Espadar el lino. Linum rude adhuc, & infectum quodam quasi gladio ligneo cædere, verberare.

Espadaña. Gladiolus palustris.

Espalda. Tergum, dorsum, scapulæ, arum. *La del animal.* Armus, i. *Hacer espaldas á otro.* Hominem ad maleficium tegere, subsidioque suo audaciam ad flagitium illi facere. *Volver las espaldas.* Terga dare, vertere. *Á vuelta de espaldas hace burla de ti.* Cum primum terga vertis, posticis sannis te prosequitur. *Á espaldas de mi casa vive.* Ad posteriora domus meæ habitat.

Espaldar. Tergi munimen *Espaldarazo.* Ictus gladii vagina tecti. *Darle de espaldarazos.* Ense vagina tecto illum percutere.

Espaldudo. Latus à tergo, & humeris.

Espalmar el navio. Vide *Brear.*

Espantar á uno. Terrorem alicui afferre, injicere, timorem incutere. Hominem terrere. In metum adducere, metu afficere, perturbare. Terrorem, & minas alicui objicere, vim, & manus intentare.

Espantarse. Consternari, exterreri. Terrore concuti, percelli, commoveri. Expavescere, exhorrescere, metu perturbari.

Es-

Espantado. Territus, metu perculsus, perterritus, pavefactus.

Espantadizo. Pavidus, meticulosus.

Espantajo. Terriculamentum, larva, æ.

Espanto. Terror, horror, pavor, oris.

Espantosa cosa. Terribilis, horribilis, horrendus, horrificus, formidabilis.

Esparavél. Rete, quo capiuntur accipitres.

Esparcir. Spargo, dispergo, diffundo, is.

Esparcirse. Timorem adjicere. Laxare animum, exhilarari. Vide *Desençogerse.*

Esparrago. Asparragus, i.

Esparrancarse. Crura divaricare. *Estar esparrancado.* Divaricatis cruribus stare, sedere.

Esparto. Spartum, i. *Cosa de esparto.* Sparteus, a, um. *Espartero.* Spartarius, ii. *Esparteñas.* Calcei spartei.

Espatula de Boticario. Ligula, æ. Spatha æ. Spathula, æ. Specillum latum.

Especies Aroma, tis. Aromaticæ species.

Especiero. Aromatum propola, æ.

Especeria. Taberna aromatica.

Especial cosa. Peculiaris, præcipuus.

Especialmente. Præcipuè, præsertim, [illegible]ter, singillatim, sigillatim.

Esp ecie de algun genero. Species, ei.

Especificar algo. Singillatim aliquid exprimere, nominare, declarare.

Espectaculo. Spectaculum. *Lastimoso espectaculo.* Miserabilis facies.

Especulacion. Meditatio, contemplatio.

Especulativa, ciencia. Scientia speculatrix.

Espejo. Speculum, i. *Mirarse á él.* Imaginem suam in speculo intuere, contemplari. *Componerse al espejo.* Speculum consulere, ad ejusque speciem crines fingere, faciem, & caput ornare, componere.

Espejuelo. Specularis lapis.

Espelta, especie de trigo. Spelta, æ.

Espeluzarse. Vide *Erizarse.*

Espeluznado. Hispidus, hirsutus.

Espender. Expendo, is. Dispendo, is.

Espera de cazador. Expectatio, nis. Mora, æ. *Estar en espera de algo.* Expecto, as. Præstolor, aris. *Hombre de espera.* Prudens, cunctator, spei retinens, dilationis patiens. *No tiene espera.* Cunctari nescit. Levis est, & præceps, dilationis impatiens.

Esperanza. Spes, ei. *Poca esperanza.* Spes tenuis, exigua, pertenuis. *Hombre sin esperanza.* Expes.

Grande esperanza tengo de la victoria. Magna me tenet victoriæ spes. Magnam victoriæ spem concepi. Calet animus spe victoriæ. Veni in magnam spem, spes mihi magna injecta est, magna in spe sum, in spem victoriæ non dubiam adducor. Ad victoriæ spem inclinat animus. In spem ingressus sum, adductus sum, erectus sum victoriæ consequendæ.

Engañome mi esperanza. Mea me fefellit spes. Decepit, delusit, frustrata est. O fallaces spes, & inanes! Huccine spes meæ, ac vota reciderunt! Omnes spes meæ penitus conciderunt, evanuerunt. De spe, conatuque depulsus sum. Longe aliter, atque sperabam, accidit, evenit.

No tengo ya esperanza de remedio. Omnem salutis spem deposui, amisi, abjeci. Magna desperatione affectus sum. Omnia mihi salutis spes erecta est, adempta est, sublata est, extorta est. Spe decidi. Spe detrusus, deturbatus, dejectus sum. Actum est de me. Perii.

Dar á uno buenas esperanzas. Spem alicui injicere, ostendere. In spem magnam aliquem vocare, erigere, excitare, incendere, impellere.

Nò da esperanzas de eso. Non sic affectus est, ut hoc ab eo sperare debeamus.

Es mozo de grandes esperanzas. Magnæ spei adolescens. Celsi animi juvenis. Egregium sui specimen præbet. Ingentem sui expectationem fecit, excitavit. Eximia ejus indoles adducit omnes in spem non dubiam futuræ probitatis. Magna sui expectatione omnes affecit, implevit. Ingenium ejus ita suscipiunt omnes, ut nihil ab eo humile, aut vulgare, sed excelsa, & præclara multa expectare cogantur.

En Dios tengo puesta mi esperanza. Spem meam in Deo posui, reposui, fixi, collocavi. In Deo uno salutis spem constitui, in Deo repositam, & collocatam habeo. In his, quibus jactamur fluctibus, anchora, & spei meæ portus Deus est.

Esperar. Spero, as. In spe esse, spem ha-

habere, spe duci, erigi, sustentari. *Quando menos le esperabamos, le enviaste.* Exinsperato illum ad nos misisti. *Hicisteis como de vos se esperaba, y aun mas.* Quam spectationem de te concitasti, optimè sustinuisti, implevisti, vicisti.

Esperar, ó aguardar. Expecto, as. Opperior, iris. Præstolor, aris. *No esperarás á que se cumpla el plazo?* Non expectabis, dum dicta dies adsit? Non opperieris ad constitutum tempus, vel quod dicta dies veniat?

Mas presto vino de lo que se esperaba. Citius spe venit, vel quàm sperabatur. Omnium spectationem celeritate vicit.

Por horas estoy esperando vuestras cartas. Mihi tuarum litterrarum expectatio brevis est, & assidua. In horas litteras tuas opperior. *De aqui no tienes que esperar cosa buena.* Boni hinc, quod expectes, nihil est.

No hay diablo que le espere, si se enoja. Vehementem illius iræ impetum neque Hercules sustineat.

Emperezarse. Pandiculor, aris.

Esperezo. Pandiculatio, nis.

Esperiencia. Esperimentar. Vide *Ex.*

Espesar. Spisso, as. Denso, as. Addenso, condenso.

Espesarse. Spissesco, is.

Espesamente. Spissè, densè.

Espeso. Densus, spissus, condensus.

Espesura. Spissitudo, densitas, tis.

Espesura de arbóles. Horrida sylva.

Espetar. Transfodio, is. Transfigo, is. Vide *Atravesar. Hombre espetado.* Statura rigidus.

Espetamiento. Arrecti corporis habitus.

Espetera. Abax, cis. Abacus, i.

Espia. Speculator, ex explerator oris. *Doble.* Utrique parti noxius, dolosus, infestus.

Espion. Emissarius, ii.

Espiar. Exploro, as. Observo, as.

Espiga. Spica, æ. *Sin aristas.* Spica mutila. *Cosa espigada.* Spicatus, a, um. *Espigado de cuerpo.* Procerus. *Espigaderas.* Spicilega, quæ reliquias messis colligit.

Espigar la mies. Segetem in spicam ire, ex vaginis erumpere.

Espigo de argolla. Annuli ferrei stylus.

Espin puerco. Hystrix, [illegible]

Espina. Sentis, spina, vepres, ium. *Mala espina me da esto.* Nescio quid triste præsentit animus. Nescio quid mihi mens præsagit acerbum. Malè ha de re suspicor. Pungitur animus suspicione sinistra. Suspicio mihi insidet non levis. Gravi suspicione sum perculsus. *Esta espina tengo atravesada en el corazon.* Hæret animo infixa hæc solicitudo sempiterna.

Espinal, ó espinar. Senticetum, i Spinetum, dumetum, i.

Espinar, ó punzar. Pungo, stimulo, as.

Espinoso. Spinosus, senticosus, sentibus asper, spinis inhorrens. Dumosus.

Espinaca. Spinachium, ii. Spinacia.

Espinazo. Spina dorsi. *Los huesos, ó nudos de él.* Vertebræ, spondyli.

Espinilla. Tibia cruris.

Espino. Spinus, i.

Espirar. Expiro, as. Animam agere, efflare, exhalare. Amittere spiritum.

Espiritu. Spiritus, us. Vide *Aliento.*

Espiritual cosa. Spiritalis, e. Sanctus.

Espiritual hombre. Religiosus vir, asceticus, divinarum rerum studiosus, divinis rebus deditus, in divinarum rerum contemplatione versatus.

Espiritualizar algo. Spiritualiter aliquid accipere, interpretari. *Espiritualmente.* Spiritualiter, religiosè, sanctè.

Espirituado. Vide *Endemoniado.*

Espita de canilla. Epistomium. ii.

Espital. Vide *Hospital.*

Esplayarse en alguna materia. Fusius aliquid exponere, explicare, tractare.

Esplendor. Splendor, decus, oris, gloria, æ. *Esplendidamente.* Lautè, splendide, magnificè.

Espliego. Lavandula, æ. Saliuncula, æ. Spica nardi. Nardus Celtica.

Espolear. Vide *Espuela.*

Espolon de la nave. Rostrum, i.

Espolvorearse. Aliquid à se abigere, depellere. *Como se espolvorea!* Quàm expeditè dissipat, ac disturbat cavillantium technas! Quam scitè adversantium tela retorquet!

Esponja. Spongia, æ.

Esponjado, ó esponjoso. Spongiosus.

Esponjarse. In spongiæ morem aliquid turgescere, intumescere.

Es-

Esportear. Exporto, as. Sporta aliquid gerere.

Esportilla. Sportula, æ. Fiscella, æ. Vide *Espuerta.*

Esportiliero. Gerulus, i.

Esposo. Sponsus, i. Desponsus, i.

Esposa. Sponsa, æ. Desponsa, æ.

Esposas de las manos. Manicæ, arum. Manuum vincula.

Esprimir. Exprimo, is.

Espuela. Calcar, aris. *Mozo de espuela.* Servus à pedibus. *Estar ya con las espuelas calzadas.* Esse jam profecturum.

Espolear, dar de espuelas al caballo. Calcaria equo admovere. Equum ferrata calce premere, fodere, fatigare, calcaribus agitare, stimulare.

Espuerta. Sporta, æ. Fiscus, i.

Espulgarse. Pulices, & pediculos expiscari, ad necem quærere.

Espuma. Spuma, æ. *Hacer, ó levantar espuma.* Spumo, as. Spumas agere.

Espumar, quitar la espuma. Despumo, as. Spumam detrahere, auferre.

Espumarajo. Spumatus, us.

Espumadera. Tudicula, æ.

Espurio. Vide *Bastardo.*

Esquadra de cantero. Norma, æ.

Esquadra de Soldados de á pie. Cohors, tis. Centuria, æ. Manipulus, i.

Esquadron de Infanteria. Phalanx, gis. *De Caballeria.* Turma, æ.

Esquadron volante. Expedita levis armaturæ turma. Ala expeditorum equitum.

Esqueleto. Ossea humani corporis fabrica. *Está hecho un esqueleto.* Vix ossibus hæret.

Esquife, barca, ó batél. Scapha, æ.

Esquila, ó esquilón. Tintinabulum, i. Nola, æ. *Esquila, pez.* Squilla, æ.

Esquilar las ovejas. Tondere pecus, oves. Vellera pecori detrahere.

Esquiladores. Ovium tonsores.

Esquilmo, fruto de viña, ó de olivos. Fructus ex vineis, & olivis percepti.

Esquina. Angulus acutus. *Piedra de la esquina.* Lapis angularis.

Esquinado. Angulatus, angularis.

Esquinencia. Angina, æ. Sinanche, es.

Esquivo. Ferus, asper, difficilis.

Esquivarse de alguno. Aversari aliquem. Abhorrere ab aliquo.

Esquiveza. Feritas, asperitas, tis.

Ese, esa, eso. Iste, a, ud. Is, ea id.

Eso no. Absit. *Que trabaje yo, y sude, y lo gozen otros, eso no.* Non feram, ut mei laboris fructus alii ferant. Absit, ut ego sementem fecerim, alii metant. *Que comamos á escote, yo las duras, y tú las maduras, eso no.* Absit, ut societatem coeamus, unde tu lucrum, ego damnum faciam.

Esencia. Natura, essentia æ.

Estable cosa. Stabilis, firmus, ratus.

Establecer. Stabilio, is. Statuo, sancio, constituo. *Establecimiento.* Sanctio, nis. Statutum, institutum.

Estable. Stabulum, i.

Estaca. Vacerra, æ. Palus, i. Vallus, i.

No dexó estaca en pared. Domum totam exhausit, exinanivit.

Estacada. Vallum, i. Palatio, nis. Transversa sepimenta.

Estacion. Statio, nis. Piacularis. *Andar las estaciones.* Pietatis causa templa, & religiosa loca adire, obire, celebrare.

Estado. Status, us. Conditio, nis.

Estado en la republica. Ordo, locus, dignitas. *Los tres estados de ella.* Ordo supremus, medius, infimus. *Alto estado.* Amplissimus dignitatis gradus, sublimis status, felix fortuna, excelsa dignitas, beata sors. *Es de baxo estado.* Loco humili natus est. Misera ejus conditio. Homo est infimi ordinis, quintæ clasis, in reipublicæ fæce numeratur. *No es de tan baxo estado.* Non est adeo humili, & abjecta conditione. Mediocris est hominis fortuna, non inter stipendiarios, aut opifices, sed inter ingenuos, & liberalium artium professores locum habet.

Estado de pleyto. Constitutio causæ. *De la causa.* Status causæ.

Estado, medida. Statura hominis. *Seis estados de hondo tiene el pozo.* Altus est puteus pedes sex & triginta.

No dexeis ese estado de vida. Quam vivendi viam es ingressus, studiosè persequere. De vitæ curriculo, quod tibi proposuisti, ne decedas. Eum vitæ cursum tene, quem suscepisti. Quando te in optimo vivendi statu collocasti, in eo ma-

mane, fige gradum. Quam inisti vitæ rationem, ne deseras.

Aun no he tomado estado. Suspensas adhuc habeo vivendi rationes. Nondum vitam institui, quam in posterum teneam. Nondum exploratum habeo, quam vivendi rationem persequar. Nihil dum de vitæ meæ genere constitui, decrevi.

Poner á uno en estado. Honestæ vitæ genus alicui constituere. In honestæ vitæ statu aliquem collocare.

Cayó del estado que tenia. De pristino statu dejectus est. De honoris fastigio deturbatus, devolutus est. Versa est res ejus in foro. Excidit loco, & arce, quam tenebat. In ordinem redactus, coactus est. Versa est, & commutata ejus fortuna. De toga ad pallium compulsus est. Pristinam gloriam amisit.

En qué estado está este negocio? Quomodo se res habet? Quo res ducta est?

De buen estado está. Præclarè res nostræ fluunt, benè se habent, ex animi sententia cedunt, optimo loco sunt, optatum locum tenent. *En el mismo estado está.* Eodem modo res fluunt, eundem cursum, & statum tenent. Nulla rerum mutatio facta est. *Ha llegado á estado, que.* In eum locum res adducta est, ut. *No puede estar en peor estado.* Pejore loco res esse non potest, quam in quo nunc sita est.

Estado de algun Señor. Ditio, dominatio, imperium Principis. Oppida dominationis ejus. *Razon de estado.* Cautio politica, calliditas politica.

Estadista. Pseudopoliticus, in suum quæstum, & commodum unicè intentus, qui ad suam utilitatem omnia refert, cætera tam divina, quam humana susque deque habet.

Estafar. Strophis ac fallaciis pecuniam captare, expiscari, elicere. Argento aliquem per dolum emungere, pecunia fraudare.

Estafa. Æruscatio, pecuniæ aucupium.

Estafador. Æruscator, oris,

Estafermo. Pila versatilis. Effigies hominis peltata, quæ percussæ reciprocat iotum, & ferientem repercutit.

Estafeta. Tabellarius, ii. *La casa.* Epistolarum sedes. Tabellarii domus.

Estallido. Stridor, fragor, oris. *Dar un estallido.* Fragore ingemere, stridere.

Estambre. Stamen, inis.

Estampa. Imago papyro expressa, vel impressa. *Dar libros á la estampa.* Vide *Imprimir.*

Estampar. Imprimo, is. Excudo, is. *Estampado lo tengo en mi corazon.* Hæret hoc in animo meo infixum, manet alta mente repositum.

Estampido. Horribilis sonitus, aut fragor. *Dió esto grande estampido.* Hujus rei fama longè latèque pervagata est.

Estancar el agua. Aquam stagnare. *En lodo.* In cœno hærere, in luto infigi.

Estancia en algun lugar. Habitatio, commoratio, mansio, nis.

Estanco de alguna cosa que se vende. Interdictum rei venalis, cujus venditio uni tantum liceat ex concessione Principis. *Poner tal estanco.* Interdicere, vetare, prohibere aliquid vendendum, aut emendum, nisi ab eo, qui jus, & potestatem à Principe habet. *Tener el estanco de algo.* Habere peculiare jus vendendi aliquid, cæteris ademptum.

Estandarte. Vexillum, labarum, i.

Estangurria. Urinæ stillicidium. Stranguria, æ.

Estanque de agua. Stagnum, i. Piscina, æ.

Estaño. Stannum, i. *Estañar el vaso.* Stanno vas obtegere, linere, plumbare. *Estañar la sangre.* Vide *Restañar.*

Estante de libros. Tablinum, armarium. *Sus cajones.* Librorum loculi, foruli.

Estancia agua. Aqua stagnans, reses.

Estantigua. Vide *Fantasma.*

Estar. Sum, es, fui. *Estar en pie.* Sto, as. *Estar echado.* Jaceo. *Enfermo.* Ægroto, langueo. *Hinchado.* Turgeo, tumeo. *Colgado.* Pendeo. *Pasmado.* Stupeo. *Estar ocioso.* Otior, aris. *Estar mano sobre mano.* Desideo, es.

Estar al rededor. Circumsisto, is. Circumsto, as. *No te estés ahi tanto.* Ne diutius ibi immoreris. Noli diutius ibi commorari. *Estoy para arrancarte essas guedejas.* Vix comprimor, ægrè me teneo, vix me contineo, quin tibi in capillum involem.

Estuvo por matarse. Vix à se manus ab-

abstinuit. Parum abfuit, quin manus sibi afferret, vel mortem sibi conscisceret. *Estoy por decir que fue muy conveniente.* Propè est, ut exclamem, tanti fuisse. *Plin.*

Estar á lo sentenciado. Stare à re judicata. *Estaré á lo que tu dixeras.* Quidquid dixeris, approbabo. A tua sententia non discedam, non recedam. *Estoy en eso.* Tecum sentio. In eadem sum sententia. *Bien nos está eso á los dos.* Hoc à re nostra duorum est. In rem est utrimque nostrum, *Está bien eso.* Rectè quidem. Benè habet. *No estoy en eso.* Longè alia mihi mens est. Consilium ejus rei abjeci. *No estoy muy lexos de eso, y fuera de eso.* Non longè absum ab eo consilio. Non abhorret animus ab eo.

Estar mal con alguno. Aversari aliquem. Animo esse abalienato ab aliquo. Malè in aliquem animatum esse. *Ahora estais en eso?* An vero vos soli hoc ignoratis? Vos hospites in hac urbe versamini? Vestræ peregrinantur aures, neque in hoc pervagato civitatis sermone versantur? *Estás en ti que me preguntas eso?* Sanusne es, qui me id rogites? *No está en si.* Apud se non est. Mentis compos non est.

Estar alerta. Intentum animum habere. Acriter intueri. *Está muy metido en cosas de estudio.* Totum se in litteras abdidit. *Está muy en ello.* Rem tenet, ac probè meminit.

Estatua. Statua, æ. *De bronce.* Signum æneum. *De marmol.* Marmoreum simulacrum. *Estatua de á caballo.* Statua equestris. *Estatua muy grande.* Colossus, i. *Tener estatua en el Senado.* Stare æneum, aut marmoreum in curia. *El que las hace.* Statuarius, marmorarius. *Las que sustentan el edificio.* Telamones, Atlantes. *En forma de muger.* Caryatides.

Estatura. Statura, æ.

Este, esta, esto. Hic, hæc, hoc.

Estender. Extendo, protendo, diffundo, is. *El Imperio.* Imperii fines propagare, ampliare, amplificare, dilatare. *Quando se estiende la vista.* Qua patet undique prospectus. *Estender las velas para navegar.* Explicare vela. *Estender la comision, ó el decreto.* Mandatum, aut decretum ampliare. *No estendais mas la pierna de lo que llega la manta.* Ne pennas extendas, nido majores. Messe tenus propria vive. Intra fortunam tuam te contine. *Estenderse mucho.* Latissimè patere. Longè lateque diffundi, dispergi, vagari, disseminari.

Estepa, mata. Cistus, vel cisthus, i.

Estera. Storea, æ. Teges, tis. *Esterilla.* Tegeticula. *Esterar.* Pavimentum storeis tegere, sternere.

Esteril. Sterilis, infœcundus, a, um.

Esterilizarse. Sterilesco, is.

Esterilidad. Sterilitas, tis.

Esteva del arado. Stiva, æ.

Estevado de piernas. Varus, i.

Estiercol. Stercus, oris. Fimus, i. *De raton.* Muscerda. *De lechon.* Sucerda. *Estercolar la tierra.* Stercus per agrum spargere. Stercoro, as. Fimo terram saturare, fœcundare. Agrum oblimare, fimo pinguiorem reddere, efficere.

Estercolero. Coprophorus, i.

Estilo. Stylus, i. Dicendi genus. Oratio, onis. *Estilo muy alto.* Grandiloquium genus orationis, figurarum luminibus illustrare, sententiarum gravitate, ac verborum amplitudine vehemens, ardens, sublime, magnificum. *Estilo humilde.* Vulgare dicendi genus, humi serpens, abjectum, demissum. Stylus humilis, tenuis, exilis. Abjecta, & humilis oratio. *Estilo culto, aliñado.* Stylus elegans, floridus, argutus, subtilis. Oratio compta, suavis, concinna, verborum, sententiarumque floribus conspersa.

Estilo desaliñado. Fluctuans, & dissolutum genus orationis. Inculta oratio ex diversis congesta. *Moderar, ó templar el estilo.* Languentem orationem excitare, humilem, & abjectam erigere, luxuriantem premere, gloriosiùs, & sublimiùs se afferentem deprimere, juvenili quadam licentia lascivientem castigare, compescere, verborum redundantia diffluentem intra maturi judicii ripas coercere, comprimere.

Mudar de estilo. Stylum vertere, inclinare. *Mucho me agrada tu estilo.* Stylus tuus, mirum, quantum me afficit, ac delectat, ita est doctus, gravis, compositus, pressus, temperatus, ingeniosus, in quo nihil vulgare, nihil incultum, nihil obsoletum, aut exculcatum, seu verba, seu sententias spectes.

Estilarse. Vide *Usarse.*

Estimar. Æstimo, as. *Estimo la merced.* Habeo gratiam. Vide *Agradecer.*

Todos le estiman en mucho. Omnes illum magni faciunt. Magno est in honore apud omnes, magna apud omnes est ejus auctoritas. Multum illi omnes tribuunt, multum deferunt. Magno est apud omnes loco. Viget, floret inter omnes virtutis nomine, sapientiæ estimatione.

En mas estimo mi salvacion, que todo. Animi salutem rebus omnibus antepono, præfero, præopto. Nihil mihi potius, aut antiquius animi salute. Nihil mihi tanti est, quin animi saluti facilè posthabeam.

En mucho os estimais. Nimium tibi places. Immodicus tui æstimator es. Multum tibi arrogas. Nimium tibi tribuis, sumis, assumis. Nimium te effers. Magnus planè, & felix tibi es.

Estimar en poco. Vide *Menospreciar.*

Estimador. Æstimator, oris.

Estimacion. Æstimatio, onis. *No es para mi de tanta estimacion, que.* Non est mihi tanti, ut.

Estima. Æstimatio, onis. Opinio de aliquo, fama. *Hombre de ninguna estima.* Homo nequam, futilis, nugator, nullo ordine, nullo loco, nullo numero. *Algo habeis perdido de vuestra estima, y reputacion.* Existimatio tua paululum imminuta est. Nonnihil de præclara tui existimatione amisisti. Nonnihil de existimatione tibi decessit. Nonnulla nomini tuo labes aspersa est.

Estio. Æstas, tis. Æstivum tempus.

Estipendio. Stipendium, ii.

Estirar. Traho, distendo, produco, is.

En esto no le lleva ventaja el mas estirado. Hac ille arte non cedit, vel præstantissimis.

Estitico. Stypticus. *De bolsa.* Parcus, illiberalis, pecuniæ tenax.

Estocada. Ictus punctim inflictus. *Darla.* Punctim ferire, percutere. *Matólo á estocadas.* Gladio illum confodit, transverberavit.

Estofar los pintores. Cœlo aurum retegere, quod sub colore latet in effigie. *Estofado jubon.* Thorax lana, vel gossipio fartus, imbutus. *Hombre de estofa.* Tenuis in re familiari. *De mediana estofa.* Mediocris fortunæ, nec pauper, nec dives.

Estola. Stola, æ.

Estomago. Stomachus, ventriculus. *Pareceme que no le hice buen estomago.* Accipere durius hoc mihi visus est. *Soy flaco de estomago.* Languenti, & frigido sum stomacho. Laboro imbecillitate stomachi. Stomachi mei virtus debilitata est. *Está debilitado el estomago con la mucha comida de ayer.* Marcet stomachus, & languet hesterni cibi onere. *No retiene nada en el estomago.* Nihil ventriculo retinet, omnia vomit, & rejicit. *Yo tengo un buen estomago.* Ego temperato, & valenti sum stomacho. Benè cibum concoquo.

Estopa. Stupa, æ. *No está bien el fuego cabe la estopa.* Cave tibi à fœminis, si castitatem amas.

Estoque. Verutum, i.

Estoraque. Styrax, vel Storax, cis.

Esternija del carro. Sufflamen, nis.

Esternija del exe. Annulus, qui inter modiolum est, & axis clavum.

Estornudar. Sternuo, is. *Muchas veces.* Sternuto, as. *Estornudo.* Sternutamentum. *Cada uno esternuda como Dios le ayuda.* Quisque pro opibus ædificat.

Estorvar. Obsto, as. Officio, is. Impedio, is. *Quién te estorva que estudies?* Quis tibi officit, quo minus litteris des operam? Quid tibi moræ est, quin studeas?

Estragar. Corrumpo, is. *Estragado de vicios.* Vitiis perditus, corruptus, affectus, profligatus, contaminatus.

Estrago de la guerra. Strages, is. Cædes, is. Clades, is. *De borrasca.* Calamitas, tis. *De costumbres.* Corrupti mores, morum corruptio, corruptela. *Hacer grande estrago en los enemigos.* Magnam hostium stragem edere, facere. Magna clade hostes afficere.

Estrangero. Advena, æ. Peregrinus, alienigena, exterus, externus.

Estraño. Alienus, extraneus, extrarius. *Estraño caso.* Res nova, inaudita, admiranda. *Estraño atrevimiento.* Prorupta audacia.

Estrañar alguna cosa. Aliquid alicui mirum accidere, novum videri. Rei novi-

vitæte commoveri. *Una cosa estrañé mucho, que veo te ha hecho tambien á ti novedad.* Illud mihi permirum accidit, quod video tibi etiam novum accidisse. *No estraño lo que me escribes, y me ha dado mucho gusto.* Quæ scribis ad me minimè mihi miranda, & maximè jucunda ceciderunt. Cic.

Estrañarse de alguno. Abhorrere ab aliquo, congressum ejus vitare.

Estrañeza. Aversatio, nis.

Estratagema. Stratagema, tis. Militaris astus, calliditas, versutia.

Estraza. Vide *Papel.*

Estrecha cosa. Angustus, arctus, a, um.

Estrecho de mar. Fretum, i. *Paso estrecho.* Augustiæ, arum. Fauces, ium.

Estrechamente. Angustè, arctè.

Estrechar. Coarcto, as. Coangusto, as. Stringo, contraho, is. *Estrecharse en el gasto.* Sumptibus parcere, moderari, modum adhibere.

Estrechura. Angustiæ, arum.

Estregar. Aliquid frico, refrico, as.

Estrella. Stella, sydus, eris, astrum, i. *Tiene estrella.* Arridet illi fortuna, cœptis ejus aspirat. Omnia illi feliciter cadunt, ex sententia succedunt. *Tiene estrella con los del gobierno.* Gratiam, nescio quo fato, apud magistratus omnes invenit. Gratiam illi apud judices astra conciliare videatur.

Tiene estrella sobre él. Nescio quo fato illi præest, & naturæ beneficio dominatur.

Estrellado cielo. Cœlum stellatum, stelliferum, stellis ornatum, distinctum.

Estrellar contra la pared. Ad parietem, vel parieti aliquid allidere, illidere. *Estrellóse el navio.* Scopulis navis illisa, ad scopulos illisa est. *Estrellarse con el superior.* Liberè superiori contradicere, adversari.

Estrema cosa. Extremus, a, um. *Estrema necesidad.* Extrema necessitas. Summæ rerum angustiæ, ac difficultas. *Por estremo bueno.* Omnino probus, ex omni parte perfectus. *Por estremo bellaco.* Apprimè ad fraudem callidus, improbus, si quisquam alius. *Miserable en estremo.* Perparcè parcus. Cumini sector.

Á qué estremo hemos venido? In quas angustias adducti sumus? *Qué estremos haceis por no nada?* Quantas de nihilo tragedias excitas? *Por huir de un estremo, dió en otro.* Incidit in Scyllam cupiens vitare Carybdim. *No deis en esos estremos.* Ne ultra quàm satis est, in luctu progrediaris. Noli ultra metam excurrere. Ne quid nimis.

Estremada cosa. Eximius, excellens, summus, præstantissimus.

Estremadamente. Egregiè, optimè.

Estremecerse. Concuti, contremere. *La casa.* Tonitru concussa domus. *Tembló de miedo.* Timore perterritus contremuit. *Hacer estremecer á uno.* Concutio, tremefacio, is.

Estrena. Vide *Aguinaldo.*

Estrenar algo. Re aliqua nova primum uti. Novam vestem primum induere. *Ahora me estreno.* Nunc primum experior.

Estriñirse. Vide *Apretarse.*

Estrivar. Nitor, innitor, eris. *En esto estriva todo.* In hoc sita sunt omnia. In hoc cardine res vertitur.

Estrivillo. Intercalare carmen.

Estrivo. Stapes, dis. *De edificio.* Fulcimentum, fultura, æ. Sustentaculum. *Estar con el pie en el estrivo.* Esse itineri paratum, & accinctum, esse jam profecturum. *Ir al estrivo del coche.* In rheda ad latus sedere. *No me hagas perder los estrivos.* Noli mihi patientiam extorquere. Noli me ad iram provocare.

Estropajo. Scopula spartea.

Estropear. Vexo, as. Pessundo, as.

Estropeado. Pedibus debilitatus.

Estropiezo. Offendiculum, i.

Estruendo. Strepitus, us. *Hacerle.* Strepo, obstrepo, is. Strepitum edere.

Estrujar. Exprimo, is. Exculco, as. *Sacóle estrujado el dinero.* Astu pecuniam illi extorsit. *Estrujado.* Exilis, exsuccus.

Estuche. Graphiarum. Theca graphiaria.

Estudiar. Litteris studere, dare operam. *Estudiar el pleyto, ó el caso.* Jus consulere. *Es menester verlo, y estudiarlo.* Res inspectionem, & leges desiderat.

Todo me ocupo en estudiar. Totus in eo sum, ut animum doctrina excolam. Ad litterarum studia me totum refero.

Om-

Omne meum tempus in litteris consumitur. Librum de manibus numquam depono, die nocteque in manibus habeo; hoc mihi negotium est, hoc otium; hic labor, hæc quies.

Querria que os moderaséis en estudiar. Velim tibi in studiis parcas, modum tibi in litteris ediscendis adhibeas, statuas, præscribas. Velim tibi sit studiorum modus, ne nimium diu in litterarum studia incumbas. Adige equum ad metam.

Estudio. Studium, ii. Litterarum studium. *Donde enseñan.* Schola, æ. Gymnasium, Lycæum, Musæum, auditorium, ii. *Aplicarse al estudio.* Litteris studere, operam dare. *Acudo al estudio.* Scholas frequento, ad scholam ventito, frequens venio.

Muy gustoso exercicio es el de los estudios. Litterarum studium est quoddam quasi animi pabulum. Bonarum artium studiis animus suavissimè pascitur, recreatur. Inest animis nostris magnus quidam sciendi innatus amor.

Ya he dexado los estudios. Jam litteris vale dixi. De litterarum studiis nihil jam cogito, nihil laboro. Meas cogitationes ab studiis alió traduxi. Studia prorsus abjeci. Studiorum curam in perpetuum dimissi.

Acabados los estudios. Studiorum spatio, vel curriculo emenso, confecto, peracto, decurso.

Deseo volver á mis estudios. Ad studia redire, me referre cupio. Pristina studia revocare, intermissa repetere juvat.

Estudiante. Studiosus, Scholasticus, i. *Es muy estudioso.* Est litterarum perquam studiosus, litteris deditus, discendi cupidus. Musarum cultor eximius. *El que oye Teologia, ó Leyes.* Theologiæ, aut Jurisprudentiæ candidatus.

Estufa. Vaporarium, hypocaustum, i.

Estupro. Stuprum, i. *Cometerle, estuprar una doncella.* Virginem stuprare: vim, aut stuprum illi afferre, inferre.

Esturion, pez. Acipenser, eris.

E ANTE T.

Eternidad. Æternitas, ævum sempiternum, omnium sæculorum posteritas.

Eterno. Æternus, sempiternus, perpetuus, immortalis. *Eterna será vuestra memoria.* Immortalis erit tui memoria, perennabit cum doctissimorum hominum monumentis, nec ullo temporis decursu deficiet. Nec temporum series laudem abolebit, aut obscurabit tuam. Eam neque invidia corrumpet, nec oblivio delebit, nec ævi lima atteret, aut de ejus gloria detrahet vetustas.

Eterna es nuestra alma. Noster hic animus, quo vivimus, qui corporis hujus carcere detinetur, æternus est, & immortalis, vigebit memoria sæculorum omnium, eumque æternitas semper intuebitur.

Eternizarse. In ævum perennare, immortaliter vigere. Parem vitæ cursum cum æternitate tenere.

Eternamente. In æternum, in ævum, in perpetuum, in sempiternum.

Etica, calentura. Febris hectica. *Está etico.* Hectica febri laborat, tabescit.

Etimologia. Etymologia, æ. Verborum origo.

E ANTE V.

Evacuar. Evacuo, as. Exhaurire, exinanire. *Evacuacion.* Alvi eluvies, alvi, aut sanguinis profluvium.

Evangelio. Evangelium, ii. Salutifera de Christi adventu, & miraculis annuntiatio, prædicatio. *Es evangelio quanto os digo.* Ex oraculo, & tripode hoc tibi dictum puta.

Evaporar. Exhalo, as.

Eucháristia. Vide *Comunion.*

Evidencia. Evidentia, æ. Demonstratio, apodixis, perspicuitas, evidens probatio.

Evidente. Evidens, perspicuus, manifestus. Quod oculis cernitur, & manibus tenetur.

Evitar. Vito, as. Declino, as. Fugio, is.

Eunuco. Spado, nis. Vide *Castrado.*

E ANTE X.

Exácto. Exactus, perfectus, consummatus.

Exáctamente. Fideliter, perfectè.

Exa-

Exagerar. Amplifico, as. Exaggero, s. Rem verbis augere. Vide *Encarecer.*

Exageracion. Amplificatio, nis.

Exâlar. Exhalo, as. *Exâlacion.* Exhalatio, nis. *Del Cielo.* Fulgetrum, i, & getra, æ.

Exâmen. Scientiæ periculum, artis experimentum, ingenii judicium, examen. *Entrar en exâmen, exâminarse.* Artis, aut scientiæ periculum obire, subire. In judicium ingenii venire. Cic.

Examinar algo. Rem examinare, excutere, expendere, discutere, perpendere. De re aliqua inquirere. *Exâminar á uno quanto sabe.* Scientiæ alicujus periculum facere, vires ingenii periclitari. Quantum ingenio & scientia valeat experiri, tentare. Quid in arte profecerit examinare, explorare.

Exâminar testigos. Testes sacramento obstrictos de re aliqua interrogare, discutere. Ex testibus ~~aliquid~~ quærere. *Exâmen de testigos.* Testium interrogatio.

Exâminar la conciencia. In acta diei inquirere, omnia noctu repetere, in memoriam revocare, in judicium adducere, quid laude, quid reprehensione dignum sit dispicere, expendere, commissis dolere, de rectè factis Deo gratias agere. *Exâmen de conciencia.* Conscientiæ examen, judicium.

Exâsperar à uno. Exacerbare aliquem, exasperare, irritare. Animum mihi exulcerat, indignationem movet.

Exâsperado. Exacerbatus, exulceratus, commotus, irritatus, indignatus.

Exceder, aventajarse. Excello, is. Emineo, præsto, supero, as.

Exceso. Vide *Ventaja.* *Exceso en gusto, y regalo.* Sumptus immodicus, profusus. Luxus. Luxuria, luxuries, ei. *Para qué haveis esos excesos?* Quid hæc prodigis, & prodigis? Nimis multa hæc, quanta nimis pro tantulo hospite. Nimio us in hac re excedis.

Excesiva cosa. Immodicus, immodestus.

Excesivamente. Supra modum, effusè, immoderatè, immodicè.

Excelente. Excellens, præstans, eximius, præclarus egregius, luculentus

Excelencia. Præstantia, excellentia,

Excepcion. Exceptio, nis. *Este es excepcion de la regla.* Hic unus excipitur.

Exceptar ó exceptuar. Excipio, excludo, eximo, secerno. *No exceptuó alma viviente.* Neminem eorum, qui viverent, excepit.

Excepto. Præter, nisi, excepto. *Todos, excepto uno, le condenaron.* Omnibus sententiis præter unam damnatus est. Cic.

Excepto que yo no me hallé alli. Nisi quod ego non interfui. Excepto quod ego abfui.

Excitar especies. Dicto, aut facto speciem alicui excitare, efferre, objicere, aliquid in memoriam revocare. *Excitóseme esta especie.* Hæc mihi oblata species, ante oculos obversata est. Hoc mihi succurrit, in mentem venit.

Exclamar. Exclamo, as.

Exclamacion. Exclamatio, nis.

Excluir. Excludere, non admittere.

Excremento. Excrementum, fæx, cis.

Exe. Axis, is.

Executar, poner por obra. Aliquid exequi, re ipsa præstare. Negotium obire. Mandata persequi, conficere, exhaurire. *Executar por deudas.* Aliquem de pecunia apellare, agere cum illo ex syngrapha, obsignatis tabulis, illum ad solvendum compellere.

Execucion de algo. Rei executio. *De deuda.* Nominis exactio extrema. Cic.

Executor. Executor, oris. *De deudas.* Exactor, oris. *Juez executor.* Persecutor, oris.

Executivo. Efficax, efficiens, tis.

Executoria del pleyto. Sententia judicis controversiam finiens. *La del hidalgo.* Immunitas alicui à Principe concessa, publicis litteris consignata.

Exemplo. Exemplum, i. *Dar exemplo.* Exemplo aliis esse, præire. Exemplum edere, prodere, præbere. *De ti tomaremos exemplo.* A te virtutis exempla sumemus, petemus. Tu nobis documento eris, tu exemplar ad imitandum propositum, quod intueri debemus. *El pueblo mas se mueve con exemplos, que con razones.* Plebeja ingenia exemplis magis, quam ratione capiuntur. Cic. *Pongamos exemplo el rico del Evangelio.* Exempli gratia, dives, qui epulabatur quotidie splendidè.

Exem-

Exemplar. Vide *Dechado. Hombre exemplar.* Eximiæ virtutis, unde honestatio peti potest. *Hacer un castigo exemplar.* Documentum in posterum statuere, severitatis exemplum edere, ne quis talem amentiam imitetur.

Exéncion. Immunitas, libertas, tis. *De castigo.* Impunitas, tis.

Exênto. Immunis, exemptus, liber.

Exêquias. Exequiæ, arum. *Hacerlas.* Funeri justa solvere. Vide *Entierro.*

Exercicio. Exercitatio, usus, us. Exercitium. *Hacer exercicio.* Sanitatis gratia deambulare, corpus exercere, campestri ludo se exercere.

Exercicios espirituales. Meditationes rerum divinarum. Doctrina ascetica. *Hacerlos.* Mentem divinis excolere, exercere. Cœlestia meditari, ut terrena despicias. Novissima providere, æterna intueri, ut caduca, & peritura contemnas. Animum ad se ipsum vocare, ut se Deumque noverit, à quo creatus est.

Exercitante. Asceta, æ.

Exercer algun oficio. Munus, aut artem exercere, tractare. In aliquo munere, aut arte versari, se exercere.

Exercitar. Discipulos variis modis exercere. Crudelitatem, odium exercere. *La memoria.* Memoriam colere, excolere, exercere. *Exercitar los preceptos del arte.* Uti artis præceptis, adhibere artis præcepta. *Cada uno se exercite en lo que sabe.* Quam quisque norit artem, in ea se exerceat. Cic.

Exercitado. Exercitus, exercitatus, in aliqua re diu, multumque versatus.

Exercito. Exercitus, us. Copiæ, arum. *En forma de batalla.* Acies, ei. *Quando marcha.* Agmen, inis. *De socorro.* Auxiliares copiæ, auxilia, auxilium, subsidium. *Juntar, ó hacer exercito.* Exercitum facere, conficere, conscribere, conflare, Milites cogere. Copias parare, comparare.

Eximir. Eximo, is. Libero, as. *Eximirle de pechero.* Illum ex ærariis eximere. *Eximirse de su jurisdiccion.* Arbitrio se ejus eximere.

Eximirse de la obligacion. Onus officii subterfugere, declinare, detrectare.

Existir. Esse, existere.

Existencia. Existentia, æ.

Exôrbitante cosa. Enormis, immanis.

Exôrbitancia. Excessus, immanitas.

Exôrcismos. Vide *Conjuros.*

Exôrdio. Exordium, proëmium, ii.

Exôrtar. Hortor, cohortor, exhortor. *A la clemencia.* Hortari de clementia, ad clementiam exortari. Lenitatis partes agere.

Exôrtacion. Exhortatio, adhortatio. Parænesis, is. Oratio parænetica.

Expectacion. Expectatio, nis.

Grande es la expectacion que de vos se tiene. Mirifica, summa est expectatio tui. Magnam tui expectationem concitasti, movisti, fecisti, commovisti. Scito te in magna expectatione esse, & non mediocria de te omnes expectare.

Venció la expectacion. Non modò expectatio respondit, satisfecit; sed eam planè vicit, superavit.

No llenó la expectacion. Famæ non satisfecit. Minor opinione apparuit. Minor eruditione visus est, quàm erat hominum opinio.

Expedicion. Expedita celeritas.

Expediente. Expediendi ratio, expedita via, expeditior. *No hay otro expediente en este negocio.* Non est alia rei expediendæ ratio. Hic nodus aliter expediri non potest.

Experiencia. Experimentum, experientia, usus, us. *Por experiencia sè que esto es mejor.* Experimento didici, experientia deprehendi, re ipsa reperi, hoc esse commodius.

Experimentar. Experior, iris. Tento, as. Periclitor, aris. Periculum alicujus rei facere, usu aliquid discere, percipere, cognoscere, experimento probare, comprobare.

Experimentada cosa. Res usu cognita, experta, experimento nota, comprobata. Quod est experientia compertum, manifestum, exploratum. *Experimentado.* Expertus, callidus, longo rerum usu doctus. Experiens, experientissimus.

Explicar. Explico, aperio, exsolvo, expono, explano. *Expliquemosle al uso de vuestra aldea.* Agamus pingui Miner-

nerva. Rusticè, sed plane rem exponam. *Explicólo con viveza.* Rem luculenter expressit. *Qué contentos quedamos de haber acertado á explicarnos en otra lengua!* Quam sibi placet unusquisque nostrum, ubi scitè, & aptè alia lingua explicuit non vulgarem sententiam!

Explorador. Vide *Espia.*

Exponerse á exâmen. Ingenii, & scientiæ aleam subire. *Á peligro.* Periculum adire, dare se in discrimen. Periculo se offerre, se committere. *Exponerse á todo lo que viniere.* Omnem subire aleam. Omnia fortunæ tela excipere, ad omnes casus se objicere.

Expuesto á peligro. Periculo objectus, obnoxius. *Expuestos á todos* Prompti, paratique ad omnia. *Niño expuesto.* Infans expositus, abjectus, projectus ad januam.

Exposicion. Vide *Declaracion.*

Expositor. Explanator, interpres, tis. Paraphrastes, æ.

Expresar. Vide *Declarar.*

Expreso. Expressus, clarus, apertus.

Expresamente. Expressè, apertè.

Exprimir. Vide *Esprimir.*

Expulsion. Expulsio, ejectio, nis.

Expurgar un libro. Librum ab omni obscœnitate, errore, & impietate purgare. Obscœna, hæretica, impia, & erronea expungere, delere.

Expurgatorio. Expungendorum index.

Exquisita cosa. Exquisitus, a, um.

Extasis. Ecstasis. Vide *Arrobarse.*

Exterior. Quod extrinsecùs apparet. Exterior, externus. *Por lo exterior se trasluce lo interior.* Facies, & vultus hominis animum sæpè indicant. Conjecturam facit hominibus tacita corporis figura. *Buen exterior.* Pulchra facies, forma eximia. *No le juzgues por el exterior.* Ne hunc ex corporis specie, sed ex animi virtute æstima.

Extinguir. Extinguo, is. Vide *Apagar.*

Extraordinaria cosa. Res extra ordinem. Extraordinarius, a, um. *Extraordinariamente se holgó.* Effusè gavisus est, vehementèr exultavit, magnopere lætatus est. Singulari lætitia perfusus fuit.

Extravagante. Exoticus, peregrinus.

Extrema cosa. Vide *Estrema.*

Extrema-Uncion. Sacra unctio, qua Christianus ad mortis agonem se comparat.

Extrinseco. Vide *Exterior.*

F ANTE A.

F*Abrica.* Fabrica, structura, fabricatiò, constructio, architectura, æ.

Fabricar. Fabrico, as. Fabricor, aris. Arcem, aut classem moliri, ædificare, architectari. Navem, ædificium construere, extruere.

Fabricador. Fabricator, architectus, machinator, opifex, artifex, icis.

Fabula. Fabula, fabella, apologus, i. Commentum, i. *Contarlas.* Fabulor aris. *El que las cuenta.* Fabulator. *Fabulosa cosa.* Fabulosus, commentitius. *Todo eso es fabula.* Commentitium hoc est, inane, nugatorium.

Faccion, ó vando. Factio, partes, ium. *En guerra.* Facinus egregium. *Y si hay ocasion de hacer una buena faccion, hase de aguardar el orden del Consejo?* Quid, si occasio est in bello rei bene gerendæ, sustinendum ne est, dum Senatus jubeat?

Facciones del rostro. Oris lineamenta. *Buenas facciones.* Facies eximia, pulchra.

Fachada. Ædificii facies, frons.

Facil cosa. Facilis, e. *Facil manjar.* Tenuis, & delicatus cibus. *Facil de mover.* Levis, mobilis, e. *Facil en creer.* Credulus. *De creer.* Credibilis. *Facil de engañar.* Dolis opportunus, fraudibus obnoxius. *Facil de hacer, de hallar, &c.* Facile factu, inventu, &c.

Facil es esto de explicar, y no dificultoso de entender. Facilè hoc est ad explicandum, nec dificile ad intelligendum. *No es facil á veces distinguir el pecado mortal del venial.* Haud facilè interdum lethale peccatum à veniali discernas. Non temere aliquoties alterutrum dignoscas. Tam tenui enim limite dividuntur, ut in utriusque discrimine mens sæpè allucinetur.

Facilitar. Facile aliquid reddere, efficere; facilem ad illud aditum invenire, aperire.

Facilidad. Facilitas, facultas, tis. *En creer.* Credulitas. *En hablar.* Sermonis facilitas, linguæ volubilitas. *Tiene notable facilidad en hablar.* Mira est in eo dicendi facultas. Prompta est, & profluens ejus oratio. Expeditè loquitur, siquis alius.

Facilmente, con facilidad. Facilè, haud difficulter, nullo negotio. *Facilmente se responde á esa dificultad.* Facilis est hujus nodi solutio, ab hac objectione facilè me expediam. Nihil est negotii hoc argumentum solvere. Nihil erit moræ, aut laboris in hujus argumenti solutione.

Facineroso hombre. Facinorosus, scelestus, flagitiosus, sceleratus.

Facistol. Pluteus librorum chori.

Facultad. Facultas, copia, potestas. *Oye ya facultad.* Jam ex grammaticis excessit, & nobilioribus disciplinis dat operam.

Facundo. Vide *Eloqüente.*

Fadas. Poma mustea, melimèla.

Fagina. Ramalium fasces. Stramentorum, & virgultorum fasces. Ramalia. *Cæsar.*

Falconete. Tormentum bellicum brevius.

Falda. Lacinia, æ. *De sombrero.* Galeri margo, umbella. *De saya de muger.* Syrma, tis. *De Obispo.* Cauda, æ. *El que la lleva.* Caudarius, ii. *Falda del monte.* Radix montis. *Poner faldas en cinta.* Ad opus se accingere.

Faldellin. Castula, æ. Precinctorium, ii.

Faldones. Laciniæ, arum.

Fallecer. Expiro, deficio. Vide *Morir.*

Fallida esperanza. Falsa spes.

Falsa cosa. Commentitius, falsus, vanus, fictus. *Falso hombre.* Mendax, dolosus, fallax. *Peso falso.* Statera dolosa. *Falso Profeta.* Pseudo-Propheta. *Moneda falsa.* Nummus adulterinus. *Qué falsito que queda!* Quàm sibi placet faceta cavillatione!

Falsamente. Falsè, falsò.

Falsario. Falsarius, ii.

Falsedad. Falsitas, tis.

Falsia. Fallacia, dolus, i. Fraus, dis.

Falsear, ó falsificar. Aliquid adulterare, corrumpere, labefactare, vitiare. Vide *Contrahacer, y malear.*

Falsear la escritura. Tabularum fidem corrumpere, falsa in actis consignare. *Moneda.* Monetam adulterare, corrumpere. *Testamentos.* Testamenta subjicere, supponere. *Falsear pesos, ó medidas.* Pondera, aut mensuras adulterare, falsare.

Falseador, ó falsario de testamentos. Testamentorum subjector. Testamentarius falsarius. *De moneda.* Vide *Moneda.*

Falsete, voz. Vox deducta, tenuata, fictè tinnula. *Cantar en falsete.* Cantillo, as. Succinno, is. Minutio, is.

Falta de cosas. Penuria, inopia. *De bastimentos.* Annonæ caritas. *De fuerzas, de aliento.* Virium, animi, vel animæ defectus, defectio.

Falta ó defecto. Vitium, mendum, i. *Tiene esta falta.* Hoc vitio laborat. Hoc mendum continet. *No hace eso mucha falta.* Non est hoc magnopere expetendum, aut desiderandum. Non est quod eam rem tantopere requiras. Non est quod de hoc labores.

Falta me hace el criado. Servi opera indigeo. Servi ministerium requiro. *Puedes dar quince y falta en eso.* Hac re longè tibi excellit. *No hagas falta á los tuyos.* Noli tuis deesse. *Iré allá sin falta.* Ibo utique. Non committam, ut absim. *Por falta de tiempo lo dexamos.* Angustiis temporis excludimur, tempore excludimur. Cic.

Faltar. Absum, es. Deficio, is. *Faltar á lo que debe.* Officio, aut muneri deesse. Susceptum munus deserere. *Faltar á la palabra.* Fidem frangere, violare. Fidem datam fallere. *Faltame la voz, y las fuerzas.* Vox, & vires mihi desunt, deficiunt. Viribus, & voce deficior. *Qué le falta á este hombre?* Quid abest huic homini? *Mucho le falta para ser eloqüente.* Multum à disertis abest. *Faltale el talento de mover los oyentes.* Abest illi laus illa, qua promoveat, atque incitet auditorum animos. Cic. *Faltanle palabras para explicarse.* Verba illi desunt, quibus mentem explicet.

Faltóle la calentura. Reliquit eum febris, non repetit, non reversa est. *Aqui falta dinero.* Pecuniæ summa non est inte-

tegra, debilitata est, & imminuta. Aliquid de pecuniæ summa decessit, aliqua decessio facta est. *No falta, ni sobra.* Neque abest, neque superest. Nec plus, nec minus. *No falta quien diga.* Non deest, qui affirmet. *No nos faltaba mas.* Hoc denique deerat. Hoc unum in malis restabat. *No le faltó sino poner las manos en mi.* Tantum non manus mihi attulit. Vix à me manus abstinuit.

Falto. Defectus, a, um. *De juicio.* Mente captus, destitutus. Mentis inops. *De memoria, de fuerzas.* Memoria, viribus defectus. *Ya ves quàn afligido me hallo, y quàn falto de consejo.* Magna, ut vides, solicitudine afficior, magna inopia consilii. Cic.

Faltriquera. Loculus lateri assutus.

Falda. Phaselus, i.

Fama. Fama, æ. Nomen, inis.

Es hombre de gran fama en el mundo. Ejus virtus in ore omnium versatur. Famæ celebritate exteris etiam gentibus est notus. Fama virtutis ejus non hujus regionis angustiis circumscribitur, sed ad extremas usque terras pervagata est, pervasit, pervenit. Tanti viri fama iisdem, quibus terrarum orbis, finibus terminatur.

Durará vuestra fama eternamente. Immortale tibi nomen comparasti. Tui nominis gloria cum æternitate perennabit, numquam extinguetur, nullo tempore deficiet. Vide *Eterno.* *Es publica voz, y fama.* Vulgo dicitur. Ita prædicant. Ea fama vagatur, res in omnium ore, & sermone versatur.

Esta fama corre, mas no se sabe el Autor. Hæc incerta vulgò instantur. Hæc fama increbuit, percrebuit, in vulgus emanavit, sed sine auctore. Hæc vulgò feruntur, hi sunt in vulgus sermones dissipati, hi rumores sparsi, sed sine capite, sine auctore, sin nuntio. Serpit in dies rumor, unde tamen exierit, nemo novit.

Ya ha cesado esta fama. Jam hic rumor refrixit, raucus factus est. Hactenus caluit rumor, sed jam friget. Hæc fama conticuit, obmutuit. *Tenia fama de avariento.* Avaritiæ nomine malè audiebat. Audiebat avarus. *Fue fama constante que murió de veneno.* Tenuit fama, veneno illum periisse. Constans fuit hominum opinio, veneno extinctum fuisse.

Famoso. Celebris, clarus, illustris, scriptis, aut rebus gestis conspicuus. *Famoso hecho.* Facinus egregium. *Famosa materia.* Materia luculenta. *Famoso maestro.* Magni nominis professor. *Famoso vellaco.* Insigniter improbus, insigni nequitia. *Ladron famoso.* Furtis, aut latrociniis famosus, infamis.

Familia de una casa. Familia, æ.

Familiar cosa. Familiaris, e. *Hacerse á uno familiar.* Familiarem alicui fieri, officiosè illum assectari, officiis prosequi, in ejus familiaritatem se dare.

Familiaridad. Familiaritas, consuetudo, benevolentiæ conjunctio.

Tengo mucha familiaridad con Antonio. Antonio utor valdè familiariter. Est mihi familiarissimus, familiaritate conjunctissimus. Vide *Amigo.*

Familiarmente. Familiariter.

Familiar del Santo Oficio. Censorum fidei Minister familiaris, accensus. *De algun Colegio.* Collegarum famulus. *Tiene Familiar.* Dæmoni familiaris est. Dæmonis famulatu abutitur.

Fanal. Vide *Farol.*

Fanega, ó hanega. Medimnus, vel medimnum, i. *Media fanega.* Modii tres.

Fanfarria. Jactantia, æ. Jactatio. *Dexate de fanfarrias.* Desine te jactare, tuorumque res gestas sine fine prædicare. Desine follicantibus buccis majores in cœlum ferre.

Fanfarron. Jactabundus, gloriosè loquax, rerum à se gestarum buccinator egregius, ventosus predicator. *Que hace del brabo.* Qui se hac, atque illac, quasi pompam præterducit, ferociam præ se ferens, nullique nisi vulnera, ac cædem debere se jactat.

Fanfarronear. Vide *Blasonar.*

Fantasia. Phantasia, æ. Imago rerum. *En la musica.* Excogitata ab ipso musico modulatio. *Fantasia de hombre vano.* Vide *Arrogancia.*

Fantastico hombre. Arrogantia elatus, arrogans, confidens. *Miedos fantasticos.* Panici terrores.

Fantasma. Spectrum, i. Larva, æ.

Faramalla. Vaniloquentia, æ.

Faramallero. Vaniloquus, levia, & inania pro magnis venditans. Futilis, & inanis ostentator.

Farandula. Vide *Farsa.*

Farandulero. Vide *Farsante.*

Faraute. Interpres, etis. *Tu eres el faraute de esto.* Tu es huic rei caput.

Fardél. Vidulum, i. Pera, mantica, æ.

Fardo. Sarcina, æ. *Fardaje, ó bagaje.* Impedimenta, orum. Sarcinæ, arum.

Farfullar. Litteras pronuntiando comprimere, exculcare.

Farol, ó fanal. Pharus, i. Ignis speculatorius. Fax speculatoria.

Farro de cebada. Ptisana. *De trigo.* Farrea, vel triticea.

Farsa. Comœdia, fabula, æ. *Arte de la farsa.* Histrionia, æ. *El autor.* Histrionum princeps. *Farsante.* Histrio, nis. Comœdus, i. *Cosa de farsante.* Histrionicus, a, um.

Fatal cosa. Fatalis, e.

Fatigar. Fatigo, defatigo, vexo, as. *Cansarse sin fatigarse.* Lassari citra fatigationem. *Fatigado.* Fatigatus, defatigatus, defessus, languens, vexatus.

Fatiga. Fatigatio, lassitudo, vexatio. Vide *Afliccion.*

Fator, ó fautor. Rerum alicujus administer, transactor, procurator. *Fatoria, ó fautoria.* Procuratio, administratio.

Favor. Favor, gratia, æ. *Del pueblo.* Aura popularis, applausus, us. *De una dama.* Munusculum, amoris signum. *Hacer favor á quien pide, y suplica.* Indulgere aliquid alicui. *Esto es mi favor.* Hoc pro me, vel à me est, pro me, vel à me, vel mecum facit. Secundum causam meam est. *Sentenciaré en tu favor.* Secundum te judicabo, litem dabo. *Pondré este entre los favores, que me habeis hecho.* Hoc tibi in acceptis referam.

Harásme mucho favor en eso. Pergratum mihi feceris, si id præstiteris. Tam gratum mihi erit, quàm quod gratissimum. Gratius mihi facere nihil potes. Nihil mihi è te jucundius accidere potest.

Tengolo por favor. Hoc in beneficii partem numero, beneficii loco habeo, pro beneficio mihi, vel apud me est.

Habeisme hecho muchos favores. Multis me beneficiis ornasti, affecisti, cumulasti, obstrinxisti, honestasti, devinxisti. Multa in me beneficia contulisti. Summa tua apud me extant merita. Maxima beneficia à te habeo. Singularia beneficia à te accepi.

Hacianme mucho favor. In magna eram apud eos gratia. Per quam gratus illis eram, charus, acceptus. Valebam gratia apud omnes.

Perdido he el favor que tenia. Gratia, & benevolentia, qua valebam, excidit. Jam civium in me studia deferbuerunt, refrixerunt. *Por amor de ti le perdí.* Studium tui gratiam mihi populi eripuit, abstulit, ademit. Mea apud cives gratia propter te extincta est. Tua causa civium benevolentiam amisi.

Favorecer. Faveo, studeo. *Este no favorece mas á los contrarios, que á nosotros.* Hoc nihilo magis ab adversariis quàm à nobis facit. *Favorecer en todo al amigo.* Facere omnia amici causa. Nihil ejus causa recusare.

Todos le favorecen. Omnes illi favent, student. Multos sui studiosos habet. Ab illo stat populi studium, & benevolentia civium. Cum illo cives faciunt, illius causa laborant, illi suffragantur.

Favorecedme en eso. Adjuva me in hoc. Causam meam suscipe. Adsis mihi obsecro, faverisque tui aura benignus aspira. Noli suffragio tuo mihi deesse.

Favor, ó socorro. Auxilium, opis, subsidium, ii. *Pedir favor á alguno.* Fidem alicujus implorare, subsidium invocare. *Favor á la justicia.* Adeste cives prætori, auxilio currite, in auxilium convolate.

Favorecedor. Fautor, adjutor, oris.

Favorecedora. Fautrix, adjutrix, cis.

Favorable. Propitius, præsens, favorabilis. *Tuvimos viento favorable.* Secundo vento usi sumus.

Favorecido del pueblo. Populo favorabilis. Gratiosus apud populum.

Fausto. Faustus, us. Jactantior cultus, gestus, incessus. *Quién entra con tanto fausto?* Quis inducit pompam tantam? *Dexar el fausto.* Faustum exuere, abjicere.

Faxa. Fascia, æ. *De muger.* Strophium, ii.

ii. Mamillare, is. *Faxar.* Fasciis ligare vincire. Fascio, as.

Faysán. Phasianus, i. Phasiana, æ.

Faz. Vide *Cara, y semblante. Á prima faz.* Primo aspectu, in speciem.

F ANTE E.

Fe, ó creencia. Fides, ei. *Fe de Christo.* Christiana fides, orthodoxa. Vera religio. *Convertir á la Fe.* Homines ad Christi Fidem convertere, ad veri Dei lucem, & agnitionem adducere, perducere, traducere.

Tengo mucha fe con este Medico. Magna est apud me hujus Medici existimatio. Plurimum illi tribuo. Multum ejus scientiæ, & fidei defero. Ejus arti, & industriæ facile credo, valde confido. Credulitatem meam illi adduxi. Curt.

Fe de Escribano. Testimonium authenticum. *Certifico, y doy fe.* Testor, testificor. *Tomarlo por fe, y testimonio.* Tabularum fidei rem committere, tabellionis testimonio firmare, consignare. *Si esto hiciera fe.* Si hoc fidem faceret. *No hace fe la escritura.* Tabularum fides suspecta est, resignata est. Cic.

Á fe, en buena fe, y por mi fe. Certè, næ, mihi crede. *Por mi fe, que es así.* Ità se res habet, mihi crede. *Pues á fe que no la has de llevar.* Atqui certè non abduces. *A fe que si tú lo hubieras hecho así, que, &c.* Næ tu, si id fecisses, &c.

Fea cosa. Turpis, fœdus, deformis, teter, tra, um. *Feisimo.* Distortissimus, turpissimus. *No hagas cosa tan fea, por no perder la vida.* Noli tantum dedecus vitæ amore suscipere. Ne propter vitam tantum scelus admittas.

Fealdad. Fœditas, turpitudo, deformitas. *Feamente.* Fœdè, turpiter deformiter, tetrè, inhonestè, indecorè.

Febrero. Februarius, ii.

Fecha de carta. Datum, Data. Datæ. Subaudi semper substantivum aliquod. Diploma, littera, litteræ, vel similia. Vide *Data.*

Fecundo. Vide *Fertil, y abundante.*

Fecundidad. Vide *Fertilidad.*

Feligresia. Curia, æ. Parœcia, æ.

Feligrés. Curialis, parœcus, i.

Feliz. Felix, beatus. Vide *Dichoso.*

Felicidad. Beatitudo, felicitas, tis.

Felpa. Sericum villosum, hirsutum.

Femenina cosa. Fœmineus, muliebris.

Fementido. Perfidus, fedifragus.

Fenecer. Vide *Acabar, y morir.*

Fenix, ave. Phœnix, icis.

Feria. Nundinæ, arum. *Dar ferias.* Elargiri nundinarum tempore nummos liberaliter ad munuscula emenda. *Cada uno habla de la feria como le va en ella.* Prout ipse acceptus est, ita hospitium laudat, aut damnat unusquisque. *Mal le fue en la feria.* Malè in nundinis rem gessit, jacturam fecit. *Poner feria en un lugar.* Nundinas instituere.

Feriar. Nundinor, aris.

Feroz. Ferox, trux, cis. Truculentus, a, um.

Ferozmente. Ferociter, truculenter.

Ferocidad. Ferocia, æ. Ferocitas, tis.

Fereruelo. Vide *Capa.*

Fertil. Fertilis, fœcundus, ferax, uber, eris. Vide *Fructuoso.*

Fertilidad. Fertilitas, fœcunditas, feracitas, ubertas agrorum.

Fertilizar los campos. Agros fœcundare, oblimare, fertiles reddere.

Ferviente. Fervidus, a, um. Fervens, tis.

Fervor. Fervor, ardor animi. *Entrar en fervor.* Incalescere, effervescere in dicendo. *Infundir fervor.* Ardorem animis addere. Animos accendere, inflamare. *Llevado del fervor.* Ardore dicendi percitus, incitatus.

Fervoroso. Ardens, acer, vehemens.

Fervorosamente. Ferventer, ardenti animo, ardenter, flagranti studio.

Festejar. Celebro, as. *Á un huesped.* Hospitis gratia ludicrum agere. *Á una dama.* Puellam ambire, carminibus, & munusculis allicere, captare.

Festin, ó festejo. Ludicrum spectaculum.

Festivo, hombre de humor. Festivus homo, lepidus, jucundus. Festivi sermonis homo. *Festivo dia.* Festus dies, solemnis.

Festividad. Solemnitas, celebritas.

Festivamente. Festivè, festiviter.

Feudo. Feudum, i. Fundus beneficiarius, seu jus eo utendi, fruendi sub onere obsequii personalis, aut pensionis.

Feudatario. Feudatarius, ii. Qui feudum recipit cum onere, à domino imposito.

F ANTE I.

Fiambre. Caro assa, aut cocta, quæ frigida comeditur.

Fiar á uno en algo, salir por fiador. Pro aliquo spondere, fide jubere, promittere. *Yo le fio.* Ego pro illo spondeo. Si fefellerit, ego præstabo, in me recipio.

Fiar por deudas. Pro alieno ære se devovere. Conflare sibi æs alienum, in se recipere.

Fiarle el dinero, ú otra cosa. Pecuniam alicui cedere. Argentum illius fidei committere. *No fies sin prenda.* Nisi accepto pignore, ne credas. *Mira lo que fio de ti.* Vide quantum fidei tuæ credam. *Podeisle fiar oro molido.* Vir est singulari fide, ac probitate. Dignus est, qui cum in tenebris mices.

Fiar á uno en quanto á la persona. Vadem se pro aliquo dare, præstare. Vadimonium pro aliquo promittere. Vadem fieri alicujus sistendi. *Fiar materia de hacienda.* Satisdo, as. Se pro aliquo prædam dare.

Fiador. Sponsor, fidejussor. *Executar al fiador.* Sponsorem appellare, agere cum illo ex sponso. *Fiador de la persona.* Vas, dis. *En materia de hacienda.* Præs, dis. *Fiador del vestido.* Offendix, cis.

Fianza. Fidejussio, nis. Cautio, nis. Satisdare. *Dar fianzas.* Cautionem præstare, exhibere. *Dar fianzas en hacienda.* Satisdare, prædas dare. *Admitirlas.* Prædas accipere. *Fianza en lo personal.* Vadimonium, ii. *Señalar dia para cumplirla.* Vadimonium constituere. *Citar á uno por tal fianza.* Aliquem vadari. *Cumplirla.* Vadimonium sistere, obire. *No cumplirla, faltar á ella.* Vadimonium deserere. *Dilatarla.* Vadimonium differre. *Perdonarla.* Vadimonium remittere, missum facere. *Lo que debo por fianza.* Quod satisdato debeo. Cic.

Fiarse de alguno. Alicui fidere, confidere, fidem habere. Se alicui credere, ejus fidei se committere. *Fiéme de él.* Omnia in ejus fide statui, posui, collocavi. *Mira de quien te fias.* Vid[illegible] credas. Ne cujusvis fidei te commi[illegible] *No tengo de quien fiarme.* Nemo est [illegible] corum, apud quem expromere oc[illegible]ta mea audeam. *Este no se fiará ni de su padre.* Hic ne Patri quidem ipsi fidem habet. *Fiaos de él, y á mi cuenta.* Da te homini, mihi crede. *Ya sé quan poco hay que fiar de él.* Nota mihi est hominis perfidia.

Ficcion. Commentum, i. Fictio, nis.

Fiebre. Febris, is. Vide *Calentura.*

Fiel, ó fiel del peso. Examen, stylus stateræ. *Fiel de pesos, y medidas.* Ædilis, libripens, dis. Ponderum examini præfectus.

Fiel, leal. Fidus, fidelis. *No dexaré de ser fiel por quanto hay en el mundo.* Nulla me conditio pecuniæ ab integritate, continentiaque deducet. Cic.

Fidelidad. Fidelitas, fides, ei.

Fielmente. Fideliter, fidissimè.

Fieltro. Coactilia, um. *Zapatos de fieltro.* Impilia, um. Cilicii calcei.

Fiera. Fera, æ. *Echar á uno á las fieras.* Hominem feris dilaniandum objicere.

Fiera cosa. Ferus, ferox, trux, immanis, inhumanus, truculentus.

Fieros. Minæ, arum. *Andame haciendo fieros.* Minis me territat. Minas in me jactat. Terrores in me jacit, ac denuntiat.

Fiesta. Dies festus, sacra dies. Festum, i.

Fiestas votivas. Feriæ imperativæ, votivæ. *Movibles.* Festa mobilia. *De nacimiento.* Natalitia, orum. *Hoy es dia de fiesta.* Nunc diem festum agimus, agitamus, celebramus. Sacer est nobis hic dies, summaque apud nos religione colitur. Feriamur hodierna die religionis causa. *Echar las fiestas el Cura.* Diem festum indicere, sacras ferias denuntiare. *Hizo gran fiesta de ello.* Calumniam maximo plausu tulit.

Fiestas, ó juegos. Ludi, spectacula, orum.

orum. *Por alguna victoria.* Epinicia, orum. *De esgrimidores.* Munus gladiatorium. *Lugar donde veia las fiestas el pueblo.* Cavea, æ. *Los caballeros.* Quatuordecim gradus. *Los Senadores.* Orchestra, æ. *El Principe.* Podium, ii.

Figón. Cupedinarius, ii.

Figura. Figura, æ. Schema, tis. *Las [illegible] retorcidas dan mucho lustre, y [illegible] á la oracion.* Figurarum lumina [illegible] stellæ in oratione micant. Ut cœlum stellis, sic oratio figurarum luminibus distincta nitet.

Figura, figurón. Vultuosus, gesticulator. Vide *Gestero.* *Ando figurilla.* Abi homuncule. *No seas figura.* Noli mimicè insultare, aut gestibus lascivire. *Donosa figura eres.* Ridiculus homo es.

Figura de tapices. Textiles figuræ. *Los que sustentan el edificio.* Telamones, Atlantes. *En forma de muger.* Caryatides. *Alzar á uno figura.* Vide *Alzar.*

Figurar. Figuro, as. Formo, as. *Figuróseme esto.* Hæc mihi species objecta, oblata est. Hæc imago mihi ante oculos obversata est.

Filatería. Ludicra subtilitas. *Por guarnicion de vestido.* Fimbria, æ.

Filiacion. Proles, is. Progenies, ei.

Filial amor. Pietas, tis.

Filigrana. Aurum subtilissimè elaboratum. Aureum opus subtilissimum.

Filo de espada, ó cuchillo. Acies, ei.

Filósofo. Philosophus, i. *Sentencia de Filósofo.* Philosophica sententia.

Filosofía. Philosophia, æ.

Filosofar. Philosophor, aris. Philosophorum more ratiocinari. Elicere ex re qualibet sapientiæ succum, virtutis documentum.

Fin, ó termino. Finis, terminus, extremum. *Fin, ó suceso.* Finis, exitus, us. Eventus, us. *Espero á ver el fin de esta contienda.* Contentionis hujus exitum opperior.

El fin ha sido qual el principio. Extrema primis respondent, consonant, consentiunt, conveniunt. Finis à principio non discrepat. Extrema principiis consentanea, prioribus similia. Quale principium, talis finis fuit.

Este fin tuvo. Hunc finem sortituus est, sic vitam finivit. Vide *Morir.* *Al fin se rindió.* Ad postremum manus dedit. Herbam deniquè porrexit. Vinci demum se passus est.

Al fin se canta la gloria. Exitus acta probat. Cura ut extremus vitæ actus prioribus respondeat, siquidem vitam rectè instituisti. *Aquí dió fin.* Hic finem fecit. Vide *Acabar.*

Fin, ó intento. Consilium, mens, scopus, i.

No sé que fin teneis en eso. Quo tua mens spectet, quid sequaris, quo tendas, quid intueare, quid tibi sit propositum, in quem scopum collimes, non intelligo. Ad quam tibi metam decurrendum sit, non video.

Finiquito. Acceptatio, apocha, æ.

Final cosa. Vide *Ultima.*

Finalmente, en fin, al fin. Denique, demum, tandem, postremò, ad extremum.

Finca de censos, ó rentas. Prædia, possessiones, jura creditoribus obstricta, in quibus collocatus est census. *Buenas fincas tiene el censo.* In optimis prædiis, ac possessionibus census constitutus est. In primo gradu collocata sunt vectigalia.

Fingir. Fingo, is. Simulo, comminiscor. *No sé que cosa es fingir.* Ab omni simulandi arte longè absum. Fingere, aut simulare non est meum. In me simulatio non cadit. Abhorreo à simulandi artificio. *Fingese zonzo.* Pardi morem simulat. *El se lo finge, que nadie se lo dice.* Ex se araneus texit telam. Ipse mendacium astruit, è cerebro suo fingit.

Fingida cosa. Fictus, commentitius, simulatus, fabulosus, ascititius.

Fingimiento. Simulatio, fictio, commentum. *Fingidamente.* Fictè, simulatè, non ex animo, in speciem.

Fino. Optimus, defæcatissimus. *Amigo fino.* Fidus, fidelis amicus. *Oro fino.* Aurum obrizum. *Fino vellaco.* Apprimè callidus, insigniter improbus, insigni nequitia.

Finezas de amor. Insignis amantium fides, singulare studium, mira constantia. *Con gran fineza.* Egregia fide.

Firmar. Subscribo, is. Chirographo, aut manu aliquid signare, munire. *El que firma.* Subscriptor, oris.

Firma. Subscriptio, nis. Munus, us. Chirographum. *En blanco.* Chirographum in charta pura, quo alius ad arbitrium utatur.

Firme cosa. Firmus, stabilis, fixus. *Estar firme en su proposito.* In sententia constare, permanere.

Firmeza. Firmitas, soliditas. *De animo.* Constantia, robur animi.

Firmemente. Constanter, firmiter, firmè. Constanti animo.

Fiscal. Fisci procurator. *Fiscal del crimen.* Criminalis quæsitor. *Hacer oficio de Fiscal.* Accusatoris partes agere, obtinere, sustinere. *Fiscalizar las acciones de otros.* In aliorum acta inquirere.

Fisco. Fiscus, i. Ærarium, ii.

Fisgar, y hacer fisga de uno. Vultu, voce, aut corpore aliquem deridere, ejus mores, aut gestus ridiculè imitari, effingere, exprimere.

Fisga. Sanna, æ. Derisus, us.

Fisgon. Sannio, onis. Derisor, oris.

Fisico. Physicus, i. Medicus, i.

Fisonomia. Physiognomia, æ. Ars, qua natura hominis ex oris, & corporis notis cognoscitur. *Fisonomista.* Physiognomus, Physiognomon, onis.

Fistula. Fistula, æ. Ulcus manans.

Fixar. Figo, is. *Los ojos en alguno.* Oculos in aliquo, vel in aliquem defigere. Intentis oculis hominem intueri, intentè illum aspicere. *Fixar los edictos.* Edicta foribus affigere.

Fixo. Fixus, a, um. *Quede esto fixo en la memoria.* Hoc memoriæ penitus insideat. Hoc memoria tenete, retinete. Maneat hujus rei memoria.

F ANTE L.

Flaco de pocas carnes. Macer, cra, um. Gracilis, exilis. *Muy flaco.* Macie confectus. *Ganado flaco.* Strigosum pecus. *Ponerse flaco.* Macrescere, macescere, glacilescere, macrum fieri, attenuari. *Ser, ó estar flaco.* Macrum esse. *Está flaco, en los huesos.* Vix ossibus hæret. Nihil præter pellem, & ossa habet.

Flaco de pocas fuerzas. Infirmus, debilis, imbellis, imbecillus, imbecillis, enervatus, enervis, languidus, exsanguis. *Flaco de memoria.* Obliviosus. *En su carne.* Libidinosus, lubricus in venerem, libidini obnoxius.

Flaqueza, falta de fuerzas. Infirmitas, imbecillitas, debilitas, tis. *Flaqueza de cuerpo.* Macies, ei. Gracilit[illegible] *De carne.* Proclivitas in venerem[illegible] dinis impotentia, incontinentia.

Flaquear, desfallecer. Languescere, deficere, inclinari. *En la fe.* In fide vacillare, hæsitare, dubitare. *Como me vieron flaquear con el miedo.* Ut me paulum timore inclinari viderunt. *Flaqueó el exercito con la carga del enemigo.* Urgente hoste, inclinavit acies, vel inclinata est.

Flamante. Vide *Nuevo.*

Flamenco, ave. Phœnicopterus, i.

Flamula del navio. Thoracium, ii. Vexillum in mali fastigio.

Flauta. Fistula. tibia, æ. *Tocarla.* Inflare tibiam, fistula canere. *Hablar flautado.* Vocem delicatulè deducerè.

Flautero. Tibicen, inis. Auletes, æ.

Flecha. Sagitta, æ. Spiculum, i. *Flechar el arco.* Arcum adducere, intendere.

Flechero. Sagittarius, ii.

Flema, humor. Pituita, æ. Phlegma, tis.

Flema tradanza. Tarditas, lentitudo. *Ya conoces la flema del hombre.* Nosti hominis tarditatem.

Flematico. Tardus, lentus.

Flemoso. Pituitosus, Phlegmaticus.

Flemon. Inflammatio, phlegmone, es. *Que se escupe.* Conglobatum sputum.

Flete. Vecturæ merces. Portorium, ii. Naulus, i. *Pagar el flete.* Solvere pro vectura.

Flocadura. Flocus vestimenti.

Flor. Flos, ris. *Flor de lis.* Lilium, ii. *De la granada.* Balaustrium, cytinus, i. *De la harina.* Pollem, vel pollis, inis. *Flor elada.* Carbunclus, i. *Están en flor los arboles.* Florent arbores, flores emittunt. *Andarse á la flor del berro.* Indulgere genio. *Es la flor de la nobleza.* Vir est

st cum primis nobilis. Nobilitate præstat, eminet inter alios. *Ya conozco su lor.* Notum mihi est hominis ingenium, noti mores. *Linda flor es esa.* Præclaram verò causam affers. Idonea verò, & justa excusatio.

Florecilla. Flosculus, i.

Florecer. Floreo, es. Floresco, is.

Floreô en la esgrima. Præludium, ii.

Floresta. Nemus, oris. Amœna sylva.

Florida cosa. Floridus, florens, tis.

Floron de arquitectura. Voluta, æ. Zophorus, i. Encarpa, orum, vel encarpus, i.

Flota. Classis à Mexico veniens.

Flotar. Corpus fricare, defricare.

Floxa cosa. Laxus, flexus, a, um. *Hombre floxo.* Segnis, negligens, socors, languidus, remissus, desidiosus, iners.

Floxedad. Segnities, desidia, languor, inertia, remissio, negligentia, æ.

Floxamente. Languidè, negligenter, oscitanter, remissè, molli brachio. *Floxamente ceñido.* Laxè cinctus, malè præcinctus.

Fluctuar. Fluctuo, as. Fluctuor, aris. Vacillo, as. Vide *Dudar.*

Flueco. Floccus, i.

Fluido. Fluidus, liquidus, a, um.

Fruslera de azofar. Æris ramenta.

Fluxo de sangre. Sanguinis fluxus, fluxio, profluvium, dysenteria. *Fluxo, y refluxo del mar.* Æstus, & recessus maris.

F ANTE O.

Foca. Vitulus marinus. Phoca, æ.

Fofa cosa. Fungosus, spongiosus. *Hombre fofo.* Segnis, socors. Vide *Floxo.*

Fogon de navio. Focus, i. *De cocina.* Anthepsa, æ. *De arcabuz.* Igniarium clopi.

Fogoso. Æstuosus, a, um. *Brioso.* Animosus, fervidus, ardens, inquies, tis.

Folla de cosas. Vide *Confusion.*

Follage. Limbus in ramos acu pictos diffusus. *De palabras.* Inanis verborum sonitus, nulla subjecta sententia, nec scientia. Cic.

Follon. Desidiosus, iners, tis.

Folloneria. Desidia, inertia, æ.

Fomentar. Foveo, es. Accendo, is.

Fomento. Fomentum, i.

Fondo. Fundum, i. *Dar fondo à la nave.* Anchora fundere navim, firmare, tenere. *Echarla à fondo.* Classem deprimere, obruere, demergere. *Hombre de mucho fondo.* Vir alta mente præditus. *Mucho fondo tiene esa palabra.* Multa ex eo verbo conjicere licet.

Fondon del vino. Ima pars vini.

Fontanero. Aquilex, egis.

Foragido. Vide *Salteador.*

Forastero. Advena, æ. Externus, a, um. Peregrinus, exterus.

Forjar. Informo, as. Conflo, as. Ensem, clypeum, statuam, oratorem informare. Tempestatem, mendacium, crimen conflare.

Forma. Forma, æ. Species, ei. Figura, æ. *Arguir en forma.* Vide *Arguir.* *Jurar en forma de derecho.* Conceptis verbis jurare. *Enojóse muy en forma.* Iratus est enimvero. *De esta forma.* Hoc modo, ad hunc modum. *En forma de concha.* In modum, vel instar conchæ. *Cosa sin forma.* Informis, e.

Formal. Formalis, e. *Decir las formales palabras.* Formulam verborum dicere. Rem totidem verbis enuntiare.

Formar algo. Formo, as. Fingo, effingo, figuro, as. *Formar quexas.* Questus, aut querelas adhibere, effundere, jactare.

Formacion. Structura, æ. Compositio.

Formón. Scalprum sculptoris.

Formidable. Vide *Terrible.*

Fornido. Robustus.

Forragear. Pabulor, aris. *Forrage.* Pabulatio. *Forrageros.* Pabulatores.

Fortaleza, virtud. Fortitudo, robur animi. *Castillo.* Arx, cis.

Fortalecer, ó fortificar. Munio, is. Firmo, roboro, vallo, as. *Fortificacion.* Munitio, munimentum, vallum, i.

Fortuito caso. Casus fortuitus.

Fortuna. Fortuna, æ.

Persigueme la fortuna. Fortuna mihi adversatur, dura, & contraria mihi est. Fortuna utor adversa, & iniqua. Consiliis meis fortuna obstat, conatus meos eludit. Jactor adversis fortunæ fluctibus.

Correle la fortuna. Fortuna utitur prospera. Aspirat consiliis ejus secunda fortuna. Fertur secundo, & facili vitæ cursu. Est illi ad res gerendas divinitus adjuncta fortuna. Omnia illi, ut ajunt, divina ex sententia succedunt. Cic.

No os fieis de la fortuna. Cave fortunæ credas, æstuaria semper est, & volubilis. Ne te fortunæ commisceris. Cœlo ne fide sereno. Intuere ludibria rerum humanarum, & aleam ancipitis fortunæ time, quæ insperato jactu exultantem evertit.

Vimonos en fortuna. Floruimus, & nos aliquando muneribus fortunæ amplissimis ornati. *Á todos corre esta fortuna.* Communis hæc est omnibus fortuna. Idem manet omnibus fatum. In eodem discrimine versamur. Easdem subimus fortunæ vices. Idem casus nos urget.

Forzar. Cogo, compello, is. *Á muger.* Vim fœminæ afferre, inferre. Virginem per vim comprimere, vitiare. *Forzada.* Per vim stuprata, stuprum passa.

Forzado. Coactus, compulsus. *De galera.* Remex, igis, remo addictus.

Forcejar. Obnitor, eris. Obluctor, aris.

Forzosa cosa es. Necessarium, inevitabile. Quod necesse est, aut necessariò fit. *Es forzoso aplacar primero á tu padre.* Prius tibi pater exorandus est. *Es forzoso que tomes este trabajo.* Tibi hæc opera sumenda est. Cic.

Forzosamente. Necessariè, necessariò.

Forzosamente he de salir hoy. Exeundum hodie mihi est. Necesse mihi est exire hodie. Nulla mihi est manendi facultas. Non possum non exire. Non possum, quin exeam hodie.

Forzudo. Vide *Robusto.*

Fosa, ó foso. Fossa, æ.

F ANTE R.

Fracaso. Vide *Desgracia.*

Fragante. Vide *Delito.*

Fragata, nao ligera. Myoparo, nis.

Fragil. Fragilis, e. *Fragilidad.* Fragilitas, tis. Humana imbecillitas.

Fragoso camino. Via aspera, prærupta, salebrosa. Salebræ, anfractus, us.

Fragancia. Bonus odor, fragrantia, æ.

Fragua. Ferraria fornax. Ustrina, æ. *Volver algo á la fragua.* Recoquo, is. *El fraguó este motin.* Ejus opera conflata est seditio.

Francolin, ave. Attagen, enis.

Franco, liberal. Munificus, liberalis. *Privilegiado.* Immunis, exemptus.

Franqueza. Largitas, munificentia.

Francamente. Largè, liberaliter.

Franquear. Patefacio, is. Aliquid liberaliter ostendere, palam facere.

Franja, ó franjon. Fimbria, æ. Limbus, i.

Frasco. Lagena, æ. *De polvora.* Nitrati pulveris loculus.

Frase. Formula, æ. Phrasis, is.

Fraterna. Objurgatio. *Darle una fraterna.* Illum objurgare, verbis castigare.

Frayle. Religiosus frater.

Fraylengo, color. Leucophæus, a, um.

Frazada. Lodix, cis. Stragulum, i.

Fregar. Frico, defrico, as. *Los platos.* Lances, aut patinas abstergere, purgare.

Fregaciones. Frictio, fricatio, frictus, us.

Fregadientes. Dentifricium, ii.

Fregador de cocina. Lavatrina, æ.

Fregona. Ancilla humilis. *El amigo de ellas.* Ancillariolus, i.

Freir. Frigo, is. *Frito.* Frixus, frictus.

Frenesi. Phrenitis, idis. Phrenesis, is.

Frenetico. Phreneticus, insanus, a, um.

Frenillo de la lengua. Astrictio linguæ. *El que le tiene.* Balbus.

Freno. Frænum, i. *Muy aspero.* Lupatum.

Frenero. Frænorum artifex.

Frente. Frons, tis. *Arrugada.* Contracta, cuperata, rugis aspera. *Sin arrugas.* Porrecta, læta, serena. *En frente de Palacio.* E regione palatii. *De frente.* Ex adverso. *Cosa de enfrente.* Adversus, oppositus. *Hombre de gran frente.* Fronto, nis. *En la frente trae escrito que es vellaco.* Perfricta fronte improbitatem præfert.

Fre-

Freqüente. Frequens, assiduus, a, um.

Frequencia en acudir. Frequentia, æ. Assiduitas, tis. *De gente.* Frequentia, multitudo, concursus, us.

Freqüentemente. Crebrò, frequenter, assiduè.

Freqüentar. Frequento, as, ventito, as. Locum frequenter adire. Assiduum esse in scholis, in ludo, &c. *Muy frequentadas son nuestras escuelas.* Academia nostra magna auditorum celebritate floret.

Fresas, frutilla. Fraga, orum.

Fresco. Alsus, subfrigidus. *Tiempo fresco.* Subfrigida tempestas. *Pescado, ó queso fresco.* Piscis, aut caseus recens, nondum sale conditus. *Dinero fresco.* Pecunia recens allata, nuper accepta. *Tomar el fresco.* Auram accipere, captare. *Quedamos muy frescos.* Spes nostra refrixit, frustrata est.

Frescura. Algor, oris. Frigus opacum.

Frescura de arboles. Amœnitas, tis.

Fresno arbol. Fraxinus, i.

Freza. Fimus, i. Stercus, oris.

Fria cosa. Frigidus, gelidus, a, um.

Frialdad. Frigiditas, tis. *De algun dicho.* Insulsitas. *Riense de la frialdad de tus dichos.* Una in tuis salibus insulsitas ridetur.

Friamente. Frigidè, insulsè.

Frieras. Vide *Sabañones.*

Frio. Frigus, oris. *Hace frio.* Frigida tempestas est. *Ya entra el frio.* Frigus ingruit. *Estar, ó tener frio.* Frigeo, algeo es. Frigidum, algidum esse.

Frio de terciana. Horror, rigor, oris. *Temblar de frio.* Frigore concuti, tremere.

Friolento. Frigori obnoxius. Alsiosus.

Friolera. Dicterium insulsum.

Frisar el paño. Pannum defricare, ut illos excites, atque erigas. *Esto frisa en aquello.* Hoc illi finitimum est, proximè accedit, congruit mirificè.

Frisos de edificios. Acroteria coronarum.

Frito. Vide *Freir.*

Frivola cosa. Frivolus, levis, futilis.

Frixoles, ó fréxoles. Phaseolus, i.

Frontal. Ornamentum frontis altaris, altaris frontale.

Frontero, enfrente. Contrà, è regione.

Frontera de enemigos. Regni fines, urbes finitimæ hostibus confines.

Fronterizos. Finitimi, adversarii.

Fruncirse. Labia nimis comprimere.

Fruncido. Qui labia nimis comprimit.

Fruncimiento. Labiorum nimia compressio.

Fruslería. Res frivola. Nugæ, arum.

Frustrar los intentos á los enemigos. Conatus hostium eludere. *Frustróse el trabajo.* Labor frustra fuit. Periit opera.

Fruta. Pomum, i. *Temprana.* Præcox, præcoquum. *Tardia.* Serotinum. *Sazonada.* Maturum. *Agria, mal madura.* Acerbum, immaturum. *Pasada de madura.* Victum, languidum. *Dañada, podrida.* Vermiculosum, putridum. *Que se cae.* Caducum. *La cascara, ó corteza.* Putamen, inis. *El pezoncillo.* Petiolus, i.

Fruta de sartén. Tragemata, um. Bellaria, orum. Mensæ secundæ.

Frutales. Pomaria, orum.

Frutero, que vende fruta. Pomarius, ii.

Frutero. Velum, aut reticulum, quod calathis obtenditur.

Fruto. Fructus, us. *De la tierra.* Fruges. Fructus, uum. Proventus, uum.

Fructuoso. Fructuosus, frugifer, a, um.

Fructificar. Fructum ferre, reddere, mittere, fundere.

F ANTE U.

Fuego. Ignis, is. *De San Anton.* Sacer ignis, Erysipelas, atis. *De alquitran.* Ignis inextinguibilis. *Prendióse fuego en la casa.* Ignem domus concepit.

Gran fuego se ha prendido en la Ciudad. Magnum in urbe incendium excitatum est. Magna urbis pars incensa est, incendio deflagravit. Magnam urbis partem ignis corrupit, perdidit, disturbavit. Multæ ædes incendio conflagrarunt, combustæ, igne consumptæ.

Poner, ó pegar fuego á la Ciudad. Maleolos ad incendendam urbem abhibere.

re. Ignem tectis adhibere, subjicere, admovere. Faces ad urbis incendium immittere, conjicere, jactare. *Tañer á fuego.* Sigaum incendii nati cymbalo dare. Crebro campanæ pulsu ad extinguendum ignem vocare.

Fuelle. Follis, is. *Sonar los fuelles.* Follibus ventum accipere, & dare.

Fuente. Fons, tis. *Con caños.* Saliens.

Fuente, plato grande. Discus, i. Pollubrum, malluvium. *Fuentecilla.* Fonticulus, i. *Agua de fuente.* Fontana aqua.

Fuera. Extra, foris, vel foras. *En el aposento, ó fuera de él.* In cubiculo, & extra. *Dexar á uno fuera.* Excludere aliquem. *Echarle fuera.* Foras illum ejicere. *Fuera está.* Foris est, vel extra. *Fuera de la puerta.* Extra portam. *Dentro, y fuera.* Intus, & foris. *Por defuera.* Foris, extra, forinsecus, extrinsecus, deforis. *Á los de fuera podremos ocultar nuestros defectos, los de casa es fuerza que vean muchos.* Tecti ad alienos esse possumus, intimi multa videant necesse est. Cic.

Fuera de (ademas de, ó sino.) Præter.

Fuera de ti, no veo que tenga otro amigo. Præter te neminem mihi amicum video. *Fuera de otras cosas que le di.* Præter alia, quæ à me accepit.

Fuera de eso. Præterea, præter ea, præter hæc. *No estoy fuera de eso.* Non longe ab eo absum, nec cogitationem istam prorsus abjeci.

Fuera de que. Præterquamquod.

Fuera de que es impossible, no se puede fingir. Præterquamquod fieri non potest, ne fingi quidem potest.

Fuero. Jus, ris. Lex, gis. *Á fuer de soldado.* Jure, vel more militiæ. *No lo he por el huevo, sino por el fuero.* Non de re, sed de jure contendo.

Fuerte. Fortis, validus, valens, tis. *Hacerse fuerte.* Obsistere, repugnare, acriter se defendere. *Fuerte, Castillo.* Castellum, arx, cis.

Fuertemente. Fortiter, acriter, viriliter, valdè vehementer.

Fuerza. Vis, violentia, æ. *Hacer á uno fuerza.* Vim alicui adhibere. Vide *Forzar. Hazte fuerza.* Animo impera. Te ipsum contine. *Nada de esto me hace fuerza.* Nihil horum me movet. *Aqui me traen por fuerza.* Huc obtorto collo trahor. *Por fuerza no haré nada.* Nihil à me vi extorquebis. In cavea non canit luscinia. *Hace fuerza el Juez.* Iniquus est Judex, injuriam decernit, injustè judicat. *De grado, ó por fuerza.* Velis, nolis. Facies, vel invitus.

Fuerza, ó firmeza. Robur, oris. Firmitas, firmamentum, firmitudo.

Fuerzas. Viras, ium. *Hombre de muchas fuerzas.* Robustus, lacertosus. *Tiene grandes fuerzas.* Robore corporis, & firmitate præstat. Corporis viribus præcellit. Prævalidus est. *Dar fuerzas.* Vires addere, augere. *Quitarlas.* Debilito, enervo, as, Vires frangere, subtrahere. *Cobrarlas.* Vires recipere. Vide *Convalecer.*

Poned en este negocio todas vuestras fuerzas. In hanc rem toto pectore incumbe. Nervos omnes contende, conare quantum in te ipso est, enitere omni studio, ut rem conficias. Enixè, magnopere labora, ut, &c.

Fugitivo. Fugax, fugitivus. *De la guerra.* Desertor. *Que se pasa á los enemigos.* Perfuga, transfuga, æ. *Que anda como desterrado.* Profugus, i.

Fuina, ó ardilla. Sciurus, i.

Fulano. Unus, Aliquis, Quidam.

Fullero. Dolosus collusor, qui dolosè in ludo agit. *Fulleria.* Dolus, aut fraus in ludo. Dolosa collusoris calliditas.

Fulminar proceso. Negotium transigere, expedire, ut judices definiant, decidant. *Fulminar censuras.* Vide *Descomulgar.*

Funda. Theca, æ. Funda, æ.

Fundir las almohadas. Pulvines, vel cervicalia tomento insarcire.

Fundar. Condo, is. Fundo, as. *Temo no asentemos principios mal fundados.* Vereor, ne non benè provisa principia ponamus. Cic. *No está esto mal fundado.* Non levi fundamento hoc nititur.

Fundar Capellanía. Certam pecuniam annuam sacerdotio constituere. Annuis redditibus sacra sancire.

Fundar mayorazgo. Amplissimum patrimonium primogenito statuere, stabilire, hæreditario jure illi addicere, devincire, nullo jure alienandum.

Fun-

Fundacion. Fundatio, nis.
Fundador. Fundator, oris.
Fundamento. Fundamentum, firmamentum, i. *Esto se dice sin fundamento.* Hic rumor temerè in vulgus emanavit. Hæc sine capite, sine auctore feruntur. *No lo digo sin fundamento.* Non dico hoc temerè.
Fundir metales. Confluo, as. Fundo, is. *Cosa que se funde.* Fusilis, conflatilis.
Fundicion. Conflatio, conflatura, æ.
Fundidor. Fusor, oris. *Arte de fundir.* Ars fusoria. *Molde de fundir.* Vas fusorium.
Funebre cosa. Funebris, funereus, a, um.
Funeral. Funeris impensa. *Libro funeral.* Conciones, seu laudationes funebres.
Funesta cosa. Funestus, feralis, e.
Furia, ó furor. Furor, insania, æ.
Furias infernales. Furiæ, arum. Eumenides, um. Diræ, arum.
Furioso. Furiosus, furens, furibundus.
Furriel. Vide *Aposentador.*
Fusta. Liburnica, æ. Biremis, is.
Fustan Vestis xylina, gossipina.
Futil cosa. Futilis, vanus. *Decir cosas futiles.* Nugari, nugas agere. Frivola, & inepta effutire. *Hombre futil.* Garrulus, futilis, nugator. *Futilmente.* Temerè, ineptè.

G ANTE A.

Gaban. Lacerna crassa rusticana.
Gabela. Vide *Tributo.*
Gabilla de espigas, ó sarmientos. Spicarum, aut sarmentorum fascis, manipulus. *Gabilla de vellacos.* Nebulonum grex, sceleratorum turba, facinorossum manus.
Gacho, Buey. Bos demissis cornibus.
Gafo de pies, y manos. Pedibus, & manibus captus, ac debilis.
Gafas de ballesta. Unci, quibus nervus trahitur ad fibulam.
Gajes. Merces, edis, Stipendium, ii.
Gajo de uvas. Scapus, i.
Gala. Elegantia, concinnitas. *Vestido.* Vestis elegans, pretiosa. *Galas de dama.* Mundus muliebris. *Hace gala del desahogo.* Præ se libertatem fert. *Llevóse la gala á todos.* Inter omnes præstitit. Cæteris prelatus est. Vide *Aventajarse.*
Galan. Pulcher homo, præstanti corpore, elegans, politus, excultus. *Galancete.* Mundulus, politulus, i. *Estar galan, ó galano.* Eleganti, aut eximia veste conspicuum esse. Cultu corporis præstare, fulgere, prælucere. *Galan de alguna dama.* Procus, i. Amasius, ii.
Galantear. Procum agere. Puellam ambire. *Galanteo.* Procorum ambitio.
Galante. Munificus, urbanus. *Mostróse, ó anduvo muy galante.* Perurbanum, & munificum se præbuit.
Galanteria. Munificentia, urbanitas.
Galapago. Testudo, inis. *De guerra.* Testudo, continuata scutorum series, vel tabulatum coriis cilicinis contectum.
Galardon. Remuneratio, præmium, merces.
Galardonar. Munere, vel præmio aliquem remunero, vel remuneror. Debitum retribuere. Gratiam alicui rependere, referre.
Galardonador. Remunerator, oris.
Galeaza, ó galeota. Quadriremis, quinqueremis, is. *Galeones.* Naves admirandæ magnitudinis. Ingentes gauli.
Galeote. Remex, igis. Remo addictus.
Galera de dos, ó tres ordenes. Biremis, is. *Galera, carricoche.* Arcera, æ. plaustrum undique tectum.
Galeria. Ambulacrum superius, ventis undique pervium cum fenestris.
Galfarro. Satelles, itis.
Galga, ó galgo. Canis Gallicus. *Galga tras el cogote.* Pustula ad occipitium.
Gallardetes. Aplustra, orum, vel aplustria, um.
Gallardo. Eximius, præstans, superbus.
Gallardia. Præstantia, excellentia, æ.
Gallina. Gallina, æ. *Que pone.* Ferax. *Que ya no pone.* Effœta. *Clueca.* Glociens, glocitans. *Echada.* Incubans. *Del Cayro.* Africana. *Enana.* Pumila. *Pintada.* Meleagris, guttata. *Es un gallina.* Epèo timidior, & lepore. *Cosa de gallina.* Gallinaceus, a, um, ut ovum gallinaceum.
Gallinaza. Fimus gallinaceus.

Ga-

Gallinero. Gallinarium, ii. *El que trata en gallinas.* Gallinarius, ii.

Gallipavo. Gallopavus, pavo indicus.

Gallo. Gallus, i. Gallinaceus, i. *Iranse los huespedes, y comeremos el gallo.* Dimisso hospite, non abibis impunis. *Es el gallo del lugar.* Præstat inter suos, excellit ante omnes.

Gallear. Pro principe se gerere. Coriphæum agere. Primas sibi vindicare. Principatum affectare, in suis dominari.

Gallillo del guarguero. Epiglottis, idis, vel epiglossis, is.

Gallofa. Libellus de ordine quotidie recitandi, & Missam celebrandi. *Gallofa, ó mendiguéz.* Cibus mendicatus. *Andar á la gallofa.* Tristi mendicitate vitam producere. Victitare sorbillo.

Gallofero. Mendicus, Vagabundus.

Galón. Limbus aureus, vel sericus.

Galope. Tollutaris gressus equi.

Galopear el Caballo, andar al galope. Equum tollutim incedere.

Galopin de cocina. Mediastinus, i.

Gambetas hace el caballo. Fressus glomerat. Ungulas movet ad numerum.

Gamella, ó barreñon. Labrum, i.

Gamo. Dama, æ. *Corre como un gamo.* Currit velocissimè.

Gamuza. Damæ pellis concinnata.

Gana. Appetitio, libido, studium, voluntas, tis. *Gana de comer.* Cibi appetentia, esuries, ei, esuritio, edendi cupiditas. *No me da gana.* Non libet. Nolo. *Gana lo tiene.* Id appetit, vehementer cupit, flagrat cupiditate. *Gana me da de hablarle.* Cupido mihi incessit hominis compellandi. *Muchas veces me vine gana de escribirte.* Sæpe impetum cepi ad te scribendi. *Donde hay gana, hay maña.* Amor acuit ingenium. Musicam docet amor. *De buena gana.* Libenter, æquo, vel libenti animo. *Qué de mala gana lo dió!* Quam gravatè dedit, quam invitè, quam iniquo animo! *De mala gana escribo.* Non libenter scribo. Abhorreo ab scribendo. Tædet me scribere. Teneor scribendi tædio. Satietas me tenet scribendi. *Tener gana de comer.* Esurio. *De cenar.* Cœnaturio. *De casarse.* Nupturio, &c.

Ganado. Pecus, oris. *Hatos de ganado.* Pecuaria, orum. *Ganado mayor.* Armentum, i. *El que lo guarda.* Armentarius, ii. *Ganadero.* Pecuarius, ii. *Ser ganadero.* Pecuarium facere. Pecoribus pecuniam occupare.

Ganancia. Lucrum, i. Quæstus, us. *Dar á ganancia el dinero.* Pecunias occupare, fœnerari. *La ganancia de un año será para vos.* Unius anni præstus in rem tuam converte. *No hay ganancia sin gasto.* Non est lucrum sine sumptu.

Gananciales bienes. Bona labore parta, laboris, & industriæ fructus.

Gananciosa cosa. Quæstuosus, a, um.

Ganapán. Bajulus, i. Gerulus, i.

Ganapierde, juego. Osculana pugna.

Ganar. Lucror, aris. Lucrifacio, comparo, as, Acquiro, is. *El premio.* Præmium asssequi, consequi, ferre, lucrari. *Ganar el sueldo.* Facere stipendium. Mereo, es.

Ganó mucho á la Abogacia. Magnam agendis causis pecuniam comparavit, quæstus maximos, maximum lucrum fecit. Opes, & fortunas ex forensi munere mirum in modum auxit. Multum illi pecuniæ ex forensibus causis accessit, accrevit.

Ganar amigos. Amicos parare, gratiam apud aliquos inire.

A todos tiene ganada la voluntad. Omnium in se benevolentiam allexit, gratiam collegit. Humanitatis illecebra mirificè civium animos sibi devinxit, conciliavit, benignitate gratiam consecutus, beneficentiæ studio regnat in civium animis.

Ganarle por la mano. Aliquem prævertere, antevertere. Nuuntium prævenire. Gratiam alterius occupare, præoccupare. Palmam alicui præripere.

Ganar con malos tratos. Iniquis artibus, parum honestis rationibus aliquid acquirere, injustè comparare. *Ganar honra, y gloria.* Dignitatem, & gloriam parare. *Ganarle honradamente.* Honorem augere. Divitias bonis artibus, nullius injuria parare. *Lo mal ganado lleva el diablo.* Malè parta malè dilabuntur. *Tal vez el perder es ganar.* Præstat quandoque damnum, quàm lucrum facere.

Gancho. Pedum, i. Baculus incurvus.

Gan-

Ganga. Avis quædam in lacubus frequens.

Buena ganga es esa. Hic novum est aucupium. *Aquí no hay gangas.* Hic non est præstigiis, neque offuciis locus. *Pensó coger ganga, y cayó en la trampa.* Dum alios captat, captus ipse est. *Andar á caza de gangas.* Lustror, scortor, aris.

Gangoso. Qui naribus loquitur.

Ganso. Anser, eris.

Gañan. Ruris operarius. Rusticus.

Gañanes. Agrestes operæ.

Gañir. Gannio, is.

Ganzua. Clavis adulterina.

Garañon. Admissarius, ii. *El apuntador que le asiste.* Peroriga, æ.

Garapiña. Frigore concreta potio.

Garavato. Uncus, i. Harpago, nis. *Tiene garavato.* Cestum veneris habet.

Garavatos para sacar algo del pozo. Lupi ferrei. Harpago. *Garavatos escribir.* Vacillantes ducis litterulas.

Garbanzo. Cicer, eris.

Garbin. Capitis reticulum. Plagula, æ.

Garbo. Venustas, tis. Gratia, æ.

Garboso. Venustus, elegans, tis.

Garduña. Sciuri genus, columbis, & gallinis infestum.

Garfio. Uncus, i. Hucinus, i. *Despedazar con garfios.* Ferreis unguibus aliquem excarnificare, discerpere, dilaniare.

Gargajo. Conglobatum sputum.

Gargajear. Excreo, as.

Garganta. Faux, cis. Guttur, uris. *La voz de ella.* Gula, æ. *Por donde degüellan.* Jugulum, i. *Con el agua, ó cuchillo á la garganta.* In summo discrimine. Inter sacrum, & saxum. *Hacer de garganta.* Modulor, aris. Vocem inflectere cantu, ab accutissimo sono ad grassimum paulatim deducere.

Garganta del pie. Ima pars cruris.

Gargantilla. Monile, is. Murænula, æ. *De perlas.* Monile baccatum.

Gargarizar, hacer gargas. Gargarizo,

Gargarismo. Gargarizatio, gargarizatus, us. *Plin.*

Garita. Specula, æ.

Garitero. Cujus domus lusoribus, & aleatoribus patet.

Garlar. Garrio, is. Inania jactare.

Garlito para pescar. Nassa, æ. *Caer en el garlito.* Capi illecebris. Esca voluptatis decipi, teneri.

Garnacha. Senatoria toga, latus clavus.

Garra. Unguis aduncus. Vide *Agarrar.*

Garrillas. Mustellarum pelles crurales.

Garrafa. Phiala, æ. Tubo vitreus.

Garrafal cosa. Prægrandis, decumanus.

Garrapata. Ricinus, vel ricinum, i.

Garrido. Vide *Garboso, y galán.*

Garroba. Vide *Algarroba.*

Garrocha. Spiculum hamatum.

Garrochón. Vide *Rejon.*

Garrote. Fustis, is. *Dar garrote á uno.* Hominem laqueo strangulare, suffocare. Gulam alicui frangere. *Garrotazo.* Fustis ictus vehemens.

Garrotillo. Faucium inflammatio, tumor.

Garza. Ardea, ardeola, æ. *Garzotas.* Plumæ ardeæ sub pectore natæ.

Garzetas. Vide *Guedejas.*

Garzo. Glaucus, cæsius, a, um.

Garzon. Vide *Mancebo.*

Gastar. Consummo, is. *En algo.* In aliqua re impensam, vel sumptum facere. *No sé en qué se me gasta el dinero.* In quos sumptus pecunia mihi abeat, non intelligo. *Gastarle en cosas de provecho.* Rebus honestis, & commodis pecuniam impendere, expendere, insumere.

Gastar escasamente. Frugaliter sumptum facere. Sibi in sumptibus parcere, temperare. Angustè, & strictè impensam agere. Parcè pecuniam expendere, moderari.

Gastar sin duelo lo que es menester. Non gravatè, nec parcè sumptum necessarium facere. *No se gasta la mercadería.* Merces non expediuntur.

Gastar mal el tiempo. Tempus terere, frustra consumere. *Gastarle bien.* Tempus honestè impendere, traducere.

Gastar mal la hacienda. Fortunas suas prodigere, consumere patrimonium, profundere. Vide *Desperdiciar.*

Gastase el vestido, y otras cosas con el uso, y tiempo. Vestimentum, & ferrum usu atteritur, deteritur, attenuatur,

tur, consumitur, conficitur.

Gastar el tiempo en hablar. Eximere, vel extrahere dicendo diem.

Gasto. Sumptus, us. Impendium, ii. Expensa, æ. *No perdonó á gasto ningu-* Nulli sumptui pepercit. Non sibi in sumptu temperavit.

No hagais mas gasto de lo que sufre vuestra hacienda. Prout facultates ferunt, sic sumptum facito. Sumptum tibi ex opibus definito. Ut sibi res suppetunt, sic expende. Non te insolentiùs, atque sumptuosiùs jactes, quàm facultates ferunt.

Lo que se gasta en limosnas, no es gasto, sino ganancia. Quod in pauperum alimoniam insumitur, quæstus est, non sumptus.

No hay cosa mas bien gastada. Sumptus nusquam meliùs est positus.

Gastado con el uso. Attritus, detritus, accisus, extenuatus, adesus.

Gastador. Prodigus, profusus.

Es muy gastador. In sumptibus immodicus est, nimius, luxuriosus. Per luxum, ac libidinem, fortunas exhausit. Gurges est, & vorago patrimonii. Divitias in luxum, & ganeam absumpsit.

Gastadores del exercito. Operæ, arum. Fossores, lixæ, calones.

Gatillo, saca muelas. Dentarpaga, æ. *De graba...* ...ucis forcipula.

Gata, ó gato. Felis, felis. Catus, i. Ærulus, i. *Vender gato por liebre.* Fucum alicui facere. Palumbem pro columba, adulterinum pro legitimo supponere. *Están como perros, y gatos.* Perpetuò dissident. *Agarrarse como gato á los bofes.* Rem mordicus tenet. *De las contadas lleva el gato.* Non curat numerum lupus. *No hará mal á un gato.* Nulli nocere sustinet.

Gato de algalia. Felis zibethi.

Gato montés. Felis ferus, rusticus.

Gatopaus, ó mico. Cercopithecus, ci.

Gatear. Vide *Trepar. Andar á gatas.* Quadrupedis in modum ambulare.

Gatera. Januæ, aut parietis foramen, per quod felis transire possit.

Gavardina. Chlamydula rustica.

Gaveta. Capsula scrinii.

Gavia de la nave. Corbis, is. Galea, æ.

Gavilan. Accipiter. *El que vuela ácia baxo para coger la presa.* Humipeta. *El que vuela ácia arriba.* Sublimipeta. *Así se hacen los gavilanes mancos.* Captantis impetum eludere. Corvum delusit hiantem.

Gayta. Tibia utricularis.

Gaytero. Utricularius, ascaules, æ.

Gazafaton. Absurdum quid, & absonum.

Gazapo. Cuniculus bimestris.

Gazeta. Nuntii, & litteræ de bello, & aliis rebus scitu dignis.

Gaznate. Guttur, uris. Gula, æ.

Gazofilacio. Gaza, æ. Gazophilacium, ii.

Gaspacho. Offæ aceto, & oleo instrictæ.

G ANTE E.

Gemelos, ó mellizos. Fratres gemini, eodem partu editi. Gemelli.

Gemir. Gemo, ingemo, *ingemisco*, is. Gemitum edere. *Poco mal, y bien gemido.* In morbo, aut dolore levi gemitus ingeminat.

Gemido. Gemitus, us.

Genealogia. Genealogia, avorum series.

Genero. Genus, eris. *Y otras cosas de este genero.* Atque alia id genus, vel ejus generis. Et alia hujusmodi, ejusdem rationis.

Generacion. Progenies, ei. Proles, Soboles, is. Generatio, nis.

General del exercito. Imperator. *De religion.* Universæ Religiosæ familiæ præfectus, moderator. Præpositus generalis.

General donde enseñan. Gymnasium, Lycæum, Musæum, Athenæum, i.

General cosa. Generalis, communis.

Generalidad. Generalitas, tis.

Generalmente, en general. Generaliter, comuniter, generatim, universè.

Generoso. Vide *Noble, y liberal.*

Generosidad. Celsitudo animi. Munificentia, liberalitas. *Generosamente.* Liberaliter, munificè.

Gengibre. Zingiber, eris.

Genio. Genius, ii. *No es de mi genio.* Non est mei stomachi. Cic. *Genial inclinacion.* Naturæ studium, indoles, is.

Gente, de nacion. Gens, tis. *Gente fiera, y barbara.* Ferum genus, & ab omni cultu abhorrens. *Mucha gente.* Magna hominum frequentia, multitudo. *Vile entre mu-*

mucha gente. Vidi illum in turba. *Gente principal.* Patritia gens. Clarum genus. Viri primarii. Proceres. *Que gente es esta?* Quod genus hec hominum? *Gente del gordillo, gente vahuna.* Vulgus sine nomine. Gregalis turba, plebis quisquiliæ. *No trates con esa gente.* Noli cum ingeniis ejusmodi versari.

Gente de á pie. Vide *Infanteria.* *De á caballo.* Vide *Caballeria.* *Hacer gente para la guerra.* Delectum militum habere. Exercitum conflare, copias comparare, milites cogere, conscribere. *No hay gente en la plaza.* Magna est in foro solitudo.

Gentil hombre. Præstanti corpore adolescens, pulcher. *Gentil humor gasta.* Hilari est, ac prompto ad jocandum ingenio. *Gentil despacho por cierto.* Præclara verò expediendi ratio. *Gentilmente se defiende.* Egregiè se tuetur. *Es muy gentil estudiante.* Vir est egregiè eruditus.

Gentiles, sin fe. Ethnici, idololatræ. Gentiles veri Dei luce carentes.

Gentiles hombres de casas de Señores. Stipatores prompti ad obsequium. Statores, apparitores.

Gentileza. Corporis præstantia.

Gentilidad. Gentes idolis servientes.

Geografia. Geographia, descriptio terræ.

Geometria. Geometria, terræ dimensio.

Gerarquia. Hierarchia, æ. Rerum sacrarum, seu cœlestium ordo.

Gergon. Culcitra, straminea.

Gerigonza. Sermo perversus syllabarum mutatione, vel additione.

Germania. Latronum, lenonumque lingua.

Geroglyfico. Hieroglyphicus, a, um.

Gerundio. Gerundium, ii.

Gesto. Gestus, us. Actio. *Hacer un gesto.* Gestum agere. *Hacer gestos.* Gestio, is. Gesticulor, aris.

Gestero, figura. Mimus, i. Gesticulator.

Gestera. Mima gesticulatrix.

Geta, ó seta. Fungus, i. Boletus, i. *De gente negra.* Labia tumida, prominula.

G ANTE I.

Giba. Gibbus, i. Giber, ri, vel eris.

Giboso. Gibbus, a, um, gibber, era, um. Vide *Corcoba.*

Gigante. Gigas, antis.

Gigantea. Vide *Girasol.*

Gigantones. Colosseæ figuræ sericis vestibus ornatæ, quæ à saltantibus bajulis circumferuntur.

Gigote. Minutal, alis. Edulium ex concisis minutatim carnibus.

Gilguero. Carduelis, is. Acanthis, idis.

Gineta de Capitan. Ducis baculus brevi ferro præfixus, floco insignis.

Ginete. Eques levis armaturæ. *Es buen ginete.* Equitandi peritus est. Callidè equum agitat, strenuèque versat. *Mal ginete.* Equitandi imperitus. Qui equo uti nescit. *Ir á la gineta.* Stapedibus uti brevioribus.

Gira ó regocijo. Jubilum in vino, & epulis, jocandique licentia.

Girafa, animal. Camelopardalis, is.

Girapliega. Hierapiera, æ.

Girasól. Heliotropium, ii.

Girifalte. Accipiter albus.

Girón del vestido. Segmentum, i.

Gitanos. Fures vagabundi, abactores rapto vivere assueti.

G ANTE L.

Globo, ó bola. Globus, i. Sphæra, æ.

Globoso. Globosus, rotundus, a, um.

Gloria. Gloria, æ. Laus, dis. *La de el Cielo.* Æternæ vitæ gaudium. Summa beatarum mentium felicitas. *Gloria vana.* Inanis gloria, falsa, vana.

No hay gloria verdadera, sino la que procede de la virtud. Nulla vera gloria est, nisi quæ à virtute oritur, nascitur, proficiscitur. Omnis gloria non virtute parta, quæ à virtute non est, flaxa est, & caduca. Omnis laus, quæ cum virtute conjuncta non est, falsa est, & inanis.

Quitame mi gloria. Mea pro suis vendicat. Industriæ meæ laudem sibi tribuit, asciscit, adscribit. Gloriam meo labore partam sibi arrogat.

Gloriarse de sus cosas. Suis factis, vel

de suis divitiis gloriari. Majores suos, vel se de majoribus jactare. In hoste dolo victo se jactare. Gloriosè sibi de hoc facto blandiri. De se gloriosiùs loqui, prædicare.

No digo esto por gloriarme. Citra arrogantiam hoc dico. Absit verbo invidia. Nolim hoc arroganter dictum existimari.

Glorificar. Gloria aliquem afficere, decorare, gloriosum reddere.

Glorioso. Gloriosus, præclarus, inclytus, illustris. Qui in magna gloria est.

Gloriosamente. Gloriosè, præclarè.

Glosa. Commentatio, nis. Commentarium, vel Commentarius, ii. Scholium, ii. Expositio, nis.

Glosar algo. Aliquid commentari, interpretari, explanare.

Glosador. Interpres, etis. Commentator.

Gloton. Helluo, ganeo, nis. Vorax, cis. Ventri, gulæque deditus. Gurges, atque helluo. Abdomini suo natus.

Glotoneria. Helluatio, voracitas, ingluvies, ei. Insaturabile abdomem. Cic.

G ANTE O.

Gobernar. Guberno, as, administro, as. *Gobernó bien.* Feliciter rempublicam gessit, magna prudentiæ laude administravit. Magna cum laude reipublicæ præfuit, clavum Reipub. tenuit. Sapienter Rempublicam moderatus est. Ita se habuit in administratione, ut nec nimis severus, nec rursus negligens audiret.

Facil es gobernar á tus subditos, si les das buen exemplo. Nihil est negotii continere eos, quibus præsis, si te ipse contineas. Cic.

Gobierno. Gubernatio, administratio, procuratio. Magistratus, us. Regimen, potestas, tis. *Dar, ó entregar á uno el gobierno.* Dare, mandare, deferre magistratum alicui. *Tener el gobierno.* Gerere Magistratum, clavum reipublicæ tenere, provinciam obtinere.

Ya se le acabó el año del gobierno. Annuo munere perfunctus est. Annui muneris finem attigit. Annuum administrationis munus obivit, explevit. Administrationis tempus confecit, decurrit. Abiit jam administrationis tempus, & ille magistratu.

Gobernador. Gubernator, moderator provinciæ Præses, Præfectus.

Gobernadora. Gubernatrix, moderatrix.

Hacer Gobernador. Magistratum creare. Prætorem, aut Consulem designare, renuntiare. Muneri, aut provinciæ aliquem præficere. *No le quieren por Gobernador.* Omnium voce, à reipublicæ gubernaculo excluditur. Magistratum illum recusant, aspernantur, rejiciunt. Abhorrent ab ejus magistratu.

Gobernalle del navio. Gubernaculum, i. Clavus, i. *El que le maneja.* Nauclerus, i. Navicularius, naviculator.

Gola. Gutturis munimen. *Golilla.* Colli ornamentum, carbaso subjectum.

Golfo. Gurges, tis. Sinus, us. *El de Venecia.* Sinus Adrianus, vel Adriaticus.

Golondrina. Hirundo, inis. *Una golondrina no hace Verano.* Una hirundo non facit ver, neque aureus unus divitem.

Goloso. Lautioribus cibis deditus. Gulosus, liguritor, gulæ servus.

Golosina. Cibus delicatus, dulcis. *Golosinas.* Cupediæ, arum. Gulæ irritamenta. *Golosear.* Ligurio, is. Patinas lingere.

Golpe. Ictus, us. *De pechos.* Tunsio pectoris, pœnitentiæ signum. *Dar golpes á la puerta.* Januam, aut fores pulsare. *Cerrarla de golpe.* Januam impetu claudere. *Cayó buen golpe de agua.* Nimbus, aut largus imber effusus est. *Golpe de gente que acude.* Turba ac cursus multitudinis. *Todos recibiremos el golpe por vos.* Omnes corpora nostra pro te objiciemus. *Dió el golpe en vago.* Vires in ventum effudit.

Golpazo. Ictus vehemens.

Golpear. Tundo, is. Quatio, is.

Goma. Gummi. (Indeclinable.)

Gomia, tragon. Vorax, gurges, & helluo.

Gordo. Pinguis, crassus, obessus. *Mentira gorda.* Magnum & impudens mendacium. *No me hable gordo.* Me ne minis territes.

Gordura. Pinguedo, adeps, pis.

Gor-

Gordolobo, yerva. Verbascum, i.

Gorgojo. Gurgulio, vel curculio, nis.

Gorgoritos. Gutturis murmur in gargarizationibus.

Garguera. Patagium, ii.

Gorja. Gula, æ. Fauces, ium.

Está de gorja. Lætitia gestit, exultat gaudio. *Quitarle la gorja.* Vide *Degollar.*

Gorgear las aves. Garrio, is. Gutture modulari. *Los niños.* Lallo, as. *Cosa que gorgea.* Garrulus, a, um. *Gorgeo.* Garrulus cantus. Garrulitas, tis.

Gormar. Vide *Vomitar. Yo os lo haré gormar.* Haud impunè feres. Faciam ut te edacitatis pœniteat.

Gorra. Galericulum, Galericulus, pileus, i. *Quitarse la gorra.* Caput aperire. *Meterse de gorra.* Convivia non vocatum adire. Convivils se furtim immiscere.

Gorrion. Passer, eris. Passerculus, i.

Gorron. Brevi toga amictus.

Gota de licor. Gutta, guttula, æ. Stilla, æ. *Gota arterica.* Articularis morbus. *En las manos.* Chiragra. *En los pies* Podagra. *Gota coral.* Epilepsia, æ. Comitialis morbus. Herculeus, caducus. *Gota serena en los ojos.* Glaucoma, æ, vel glaucomatis. *Está con gota.* Articulari morbo laberat. Podagræ doloribus cruciatur.

Gotoso. Podager, gra, um. Podagricus. *De gota coral.* Qui epilepsia laborat.

Goznes. Compages ferreæ.

Gozo. Gaudium, ii. Lætitia, æ.

Gozar. Fruor, eris. Potior, iris.

Gozarse. Gaudeo, lætor. Gaudio affici, fungi. Gaudium accipere, agitare. *Mil años te goces.* Perpetuam tibi opto conjugii lætitiam. Longam, & beatam vitam cum conjuge exigas.

Gozoso. Gaudens, lætus, gaudio perfussus, exultans. *Mi gozo en el pozo.* Rupta anchora, spe, vel de spe decidi, depulsus sum.

Gozque, gozquejo. Canis, is. Catellus, i.

G ANTE R.

Graber. In æs, vel in ære, aut lapide incidere, insculpere, cælare. *Grabado.* Incisus, cælatus, insculptus.

Gracejo, ó donayre. Lepor, vel lepos, oris.

Gracia de Dios. Gratia Dei, qua Deo grati, & amici, reddimur, efficimur.

Gracia, ó favor. Beneficium, gratia, æ. *Hizome gracia de esto.* Gratis hoc mihi indulsit, donavit, obtulit, ultrò detulit. *De su bella gracia lo hizo.* Sponte sua fecit. *Estar en gracia de alguno.* Esse amicum alicui, esse cum illo in gratia. *Yo ha vuelto á su gracia.* Jam rediit cum illo in gratiam. Vide *Reconciliar.*

Gracia en la hermosura. Decor, oris. Venustas, tis. *Dar gracia á alguna cosa.* Decorem rei addere, afferre, venustatem adhibere, conciliare. *Tiene gracia en esto.* Ad hoc natus, & effectus à natura videtur. In hoc ejus ingenium maximè elucet, eminet, excellit.

Gracia en hablar. Gratia, venustas in dicendo. *Gracias.* Sermonis festivitas, facetiæ, sales, joci, lepos, oris. *Con qué gracia lo dixo!* Quàm lepidè dixit! Quàm venustè! *Tiene mil gracias este niño.* Puer est insignis festivitatis, lepidus, jucundus. *Cayóme aquello muy en gracia.* Mihi illud valdè arrisit, accidit mihi jucundissimum.

Gracias mohosas. Amari sales, amarè, & insulsè dicta. *Los gracias no han de ser pesadas, ni picantes.* Joci, & facetiæ citra ruborem adstantium excurrere debent. Jocandi genus ingenuum, & facetum esse oportet, non sine ingenii acumine, sed sine aculeo.

Ha caido en gracia al Principe aquel bufon. Scurra ille Principi lepidus est, & facetus, dicteriis gratiam cum illo inivit. Quidquid morio ille effudit, gratum illi accidit, melle dulcius illi est. *Á la verdad él no tiene gracia.* Næ ille frigidus est, & insulsus. *Sin gracia.* Illepidè, insulsè.

Gracias de indulgencias. Pontificiæ indulgentiæ, pœnarum remissiones, laxamenta, relaxatio. *Gracias á Dios, que, &c.* Immortales Deo gratias ago, quod, &c. *Á quien da tarde, ni grado, ni gracias.* Gratia, quæ tarda est, ingrata est. *Si vino á visitarme, pocas gracias, que no lo hizo por mi respeto.* Nihil

hil mihi præstitit, quod me visit, non enim mea gratia fecit.

Gracias, las tres hermanas. Gratiæ Charites Aglaia, Thalia, Euphrosine.

Gracioso en hablar. Lepidus, salsus, facetus, festivi sermonis homo. *Es muy gracioso, y entretenido.* Scitus est, & elegans jocorum artifex. Sermo ejus ita conditus est sale, & facetiis, ut in eo gratiæ omnes habitare videantur. Adeò urbanus est, & lepidus, ut vel tristissimis risum eliciat.

Graciosidad. Lepiditas, concinnitas, tis.

Graciosamente, con gracia. Lepidè, ingeniosè, festivè, venustè, bellè. *Dar graciosamente.* Dono, as. Gratis, aut dono dare. Gratuitò dare, conferre.

Grada. Gradus, us.

Gradas de Monjas. Crates, ium.

Grado, ó puesto. Honoris gradus, dignitatis locus, ordo. *Qué grado tenéis en la Universidad?* Quoti ordinis es inter Academicos? Quo loco, quibus insignibus inter eos emicas?

Huelgome que tengais el grado, que mereceis. Gaudeo te eum locum tenere, quo dignus es. Eo te loco esse, quo debes. Eum tibi delatum esse honorem, quo tua virtus, & sapientia luceat. Te ad gradum dignitatis evectum, sapientiæ tuæ parem. In eo te ordine collocatum, qui tibi debetur. Eò te ascendisse, quò tua jam diu virtus, & sapientia festinabat.

Grados, ó ordenes menores. Minores ordines. *Ordenarse de grados.* Minoribus ordinibus initiari, inaugurari. *De grado lo haré.* Libenter hoc faciam. *Subir de grado en grado.* Gradatim ascendere. *Hizolo mal de su grado.* Fecit vel invitus. *Mas por fuerza, que de grado.* Coactus, ac necessariò magis, quam ultrò. Coactus magis, quàm sponte. *Enojóse en tanto grado, que, &c.* Usque adeo iratus est, ut, &c.

Graduarse. Doctoris, aut Magistri insignia accipere. Ad Doctoris, aut Prolytæ gradum promoveri.

Graduóse en primer lugar. Post solemnia multiplicis doctrinæ experimenta in magna hominum frequentia honorificentissimum sapientiæ titulum prior consecutus est. Inauguratione publica Doctoratus apice exornandus cæteris prælatus est. Doctrinæ laurea ante alios ornatus, decoratus.

Grugea. Grana sacchar0 condita.

Grajo. Gracus, i. Graculus, i.

Graja. Monedula, æ.

Grama. Gramen, inis. Sagmen, inis.

Cosa de grama. Gramineus, a, um.

Gramatica. Grammatica, æ. Grammatice, es. *Gramatico.* Grammaticus, i. *Gramatiquillo.* Grammatista, æ. *No va poco en salir buen Gramatico, ó no.* Non parum refert utrum in Grammatica proficias, necne. *Gramatical cosa.* Grammaticus, a, um. *Gramaticalmente.* Grammaticè.

Gran, ó grande. Magnus, grandis, e. *Qué grande estás! que te conocí tamañico.* Quantus è quantillo jam es factus! *Grande estatura.* Procera statura, excelsa.

Grandes señores. Magnates, Dynastæ, proceres, um. Magistanes.

Grandeza. Magnitudo, granditas, amplitudo. *De animo.* Magnanimitas, animi magnitudo, celsitas animi. *De cuerpo.* Proceritas, tis. Magna statura. *De extraordinaria grandeza.* Proceritate enormi, vasta, & gigantea mole.

Grandiosa cosa. Magnificus, a, um. Magnificus apparatus, domus, convivium.

Grandiosamente. Magnificè.

Grana. Coccum, vel coccus, i. Purpura, æ. Murex, icis. Ostrum, i. Conchylium, ii. *Vestido de grana.* Vestis coccinea, ostrina, purpurea, conchyliata.

Granada. Malum punicum. Malum granatum. *Granado, arbol.* Malus punica. *Grano de granada.* Acinus, i. *La tela.* Tunica, folliculus, i. *La que divide los granos.* Cicum, vel cicus, i. *Lo granado del pueblo.* Homines honestissimi, egregii cives.

Granate, piedra preciosa. Carbunculus, i. Lapillus Carchedonius, Garamanticus.

Granja. Villa, æ. Suburbanum, i.

Granjear. Paro, as. Acquiro, comparo, as.

Granjero. Ad rem attentior. *Grangería.* Quæstus, us. *Hacer grangeria del gobierno.* Uti potestate ad quæstum. Habere

re quæstui rempublicam. Pretio habere addictam fidem, & religionem.

Granize. Grando, inis. *Granizar.* Grando de cœlo ruit, delabitur, præcipitat. Præceps cadit horrida grando.

Grano. Granum, i. *De uva, de yedra, ó granada.* Acinus, i. *Granillos duros de la uva.* Vinacei, vel vinacea, orum. *Granos del rostro.* Vari, orum, subtiles tumores. *Cosa llena de granos.* Granosus, a, um. *Todo grano de espiga.* Frumentum, i. *Granero.* Granarium, ii. Horreum, i.

Granar. Granum crassescere, grandescere. *Granar la espiga.* Granis gravidari. *Espiga granada.* Spica gravida, fœta granis.

Granzas. Acus, eris. *Mientras descanzas muja esas granzas.* Pro otio, & quiete molam me versare jubes, vel grave mihi onus imponis.

Grasa. Adeps, ipis. Pinguedo, inis.

Grasiento. Pinguedine sordidus.

Grasilla para el papel. Vernix, icis.

Grato. Gratus, a, um. *Para tenerle grato.* Ut gratiam ejus retineas.

Gratificar. Gratificor, aris. Gratiam referre. *Gratificacion.* Gratificatio.

Grave cosa. Res gravis, non levis, magni ponderis, & momenti. *Grave culpa es decir lo que se debe callar.* Gravis est culpa, tacenda loqui. *Persona grave.* Homo gravis, & constans, gravitate præditus. Ampli homines, cives amplissimi. *Hace del grave.* Affectat gravitatem. *Muy graves os haceis, ya que no os digneis, &c.* Valde jam lautus es, qui gravare, &c.

Gravedad. Gravitas, severitas, auctoritas, tis. *La gravedad del caso pide que se haga un exemplar castigo.* Severitatis exemplum flagitat rei attrocitas. *Tened gravedad.* Desine nugari. Gravem virum præsta. Noli saltantis personam in toga gerere. *Seria pecar contra la gravedad, y cordura, que mostraste desde niño, sentir demasiado este golpe.* Non est jam gravitatis, ac sapientiæ, quam à puero præstitisti, ferre immoderatiùs hunc casum. Cic.

Gravemente. Graviter, severè.

Graznar el cuervo. Crocito, as. *El ganso.* Gingrio, is. *Graznido de cuervo.* Crocitus, crocitatio, inis. *De ganso.* Gingritus, us. Cangior, oris.

Greda. Creta, æ. *Cosa de greda.* Cretaceus, a, um. *Embarrado con greda.* Cretatus. *Lugar de mucha greda.* Cretosus, a, um. *Greguescos.* Fœmoralia, um. Braccæ, arum.

Gremio, ó regazo. Gremium, sinus, us.

Gremios, ó Comunidades. Cœtus, Collegia, sodalitates, contubernia, tribus, greges. *Los que son de un gremio.* Collegæ, sodales, tribules, contubernales, &c.

Greña. Coma soluta, crines incompti.

Greña de caballo, de leon. Juba, æ. *Leon con greña.* Leo jubatus.

Gresca. Rixa, æ. Jurgium, ii.

Grevas. Ocrea, arum.

Grey. Grex, gis. Congregatio, nis.

Grieta. Hiatus, us. Scissura, æ.

Grifo. Gryps, phis. Gryphus, i.

Grillo. Gryllus, i. *Cantar el grillo.* Gryllo, vel grillo, as. *Grillos de los pies.* Compedes, dum. *Echarselos á uno.* Compedibus hominem vincire.

Grima. Horror, is. *Pone grima.* Horrorem incutit. Horrore afficit. Horrificat.

Griñon. Flagula, rica, æ.

Grita, ó griteria. Multorum vociferatio. Voces inconditæ. *Dar grito á uno, gritarle.* Sibilis, & contumeliis aliquem vexare, exagitare, abigere, explodere.

Gritar. Vociferor, aris. Quirito, as.

Grito. Vociferatio, clamor, quiritatus us. *Llorar á gritos.* Ejulo, as.

Grosero. Rusticus, agrestis, incultus.

Groseramente. Rusticè, inurbanè.

Grosería. Rusticitas, tis. *Grosero sois en porfiar.* Instas, rusticè sanè.

Grosura. Pinguedo, adeps, ipis. *La que se permitia en Sabado.* Animalium intestina, viscera, ungulæ, trunculi, capita.

Grua. Tympanum, i. Rota, quæ à calcantibus versatur, qua saxa sublevantur.

Grueso. Crassus, a, um. Vide *Gordo.* *Tiene la tabla tres dedos de grueso.* Tabula crassa est tres digitos. *El grueso de una cosa.* Crassitudo, crassamentum, i

Gruesa de la renta Eclesiastica. Annui redditus portio maxima, quæ certo die provenit.

Gru-

Grulla. Grus, is. *Grullada.* Nocturnus grex armatorum.

Grumete. Mesonauta, puer nauticus.

Grumo, cosa apiñada. Grummus, i, ut salis, vel ceræ grumis.

Gruñir. Grunnio, is. *Vieja gruñidora.* Anus criminatrix. *Gruñen los amos por no nada.* De nihilo heri oggänniunt.

Gruñido. Grunnitus, us.

Grupera. Vide *Gurupera.* *Ir á la grupa.* Coxis equi vehi. *Volver la grupa.* Terga dare. Vide *Huir.*

Gruta. Spelæum, i. Crypta, æ.

G ANTE U.

Guacharo. Valetudinarius, ii.

Guadamacil. Picturata pellis.

Guadaña. Falx fœnaria. *Aguadañar.* Fœnum metere, subsecare. *Guañin*, *ó aguadañador.* Fœniseca, æ. Fænisex, ecis.

Gualdra, yerva. Glastum, i.

Gualdrapa. Equi stragulum.

Guante. Cairotheca, æ. *Asentarle el guante.* Verbis aliquem castigare. *Guantero.* Qui chirothecas conficit, aut vendit. *Guanteria.* Chirothecarum taberna.

Guapo. In ostentationem compositus. *Está guapo.* Stat habitu, cultuque superbus.

Guarda, el que guarda. Custos, dis. Custodia.

Guarda del Rey. Prætoria cohors. *Los de la guarda.* Regii corporis custodes.

Guardajoyas. Scriniarius, ii.

Guardadamas. Anus, vel eunuchus puellarum custos. *Guardainfantes.* Arcuatum volumen, cycladi suppositum. Mulieris pompa. Cycladis tumor.

Guardamanjar. Promuscondus Regius.

Guardas de cerraduras. Seræ obices.

Guardas de presos. Custodiæ, arum.

Guardar. Custodio, servo, conservo, as. Tueor, tutor, aris. *Algo tengo de gurdar para mí.* Aliquid mihi debeo reservare. *Guardarsela.* Ultionem ad tempus diferre. *Eso no, guarda.* Absit. Ne Deus siverit. Deus, superique prohibeant. *Guardarse de alguno.* Cavere sibi ab aliquo. *Guardarse del peligro.* Cavere periculum. *Guardate.* Cave tibi.

Guardate de las ocasiones de pecar. Peccandi occasiones vita, fuge, time, exhorresce. Oculos ab eis averte, quæ mentem tibi eripiunt. Noli te in discrimen dare, imbecillitatis tuæ conscius. Quantum potes à lubrico recede, qui in sicco quoque parum fortiter stas.

Guardar la Ley de Dios. Vide *Mandamientos.* *Guardeos Dios.* Salve, salvere te jubeo. Salvus sis precor.

Guardador. Vide *Escaso.*

Guardia. Vide *Guarda.*

Guardian. Custos, dis.

Guarguero. Guttur, canalis animæ.

Guarida. Receptaculum, perfugium, ii.

Guarecerse. In asylum confugere, in locum tutum se recipere.

Guarismo. Arithmeticæ notæ breviores. Minuscula numerorum signa.

Guarnecer. Munio, instruo, is. *Mal guarnecido.* Malè instructus, malè munitus.

Guarnecer el vestido. Purpuram, aut limbum vesti prætexere. Vestem sericis, vel aureis segmentis ornare, distinguere. *Toga, ó ropa guarnecida.* Prætexta, æ. *Guarnecido de perlas.* Unionibus, vel margaritis distinctus.

Guarnicion de lugar. Munitio, munimen, munimentum, i. *De soldados.* Præsidium, ii. *De vestidos.* Fimbria, æ. Prætextus limbus. *Guarniciones de caballos.* Phaleræ, arum. *Guarnicion de espada.* Capuli ornamentum. *Imagenes guarnecidas.* Marginatæ tabulæ, sigilla plutæo inclusa.

Guarnicionero. Zonarius, ii.

Guarte, ó guardate. Cave tibi.

Guay de ti. Væ tibi.

Guebra. Jugum boum, vel mularum.

Gueco. Vide *Hueco.*

Guedejar. Cincinni, cirri, orum.

Guedejudo. Concinnatus, crinitus, cirratus. *Estoy para arrancarte esas guedejas.* Vix me contineo, quin tibi in cincinnos involem.

Guero. Ovum urinum. Vide *Huevo.*

Guerra. Bellum, i. *Civil.* Domesticum, civile, intestinum. *Prevenciones de guerra.* Apparatus bellicus. *Trata de hacernos guerra.* Comparat copias contra nos. Bellum conflat, apparat, suscipit, adornat contra nos.

Dios

Hacienda. Res familiaris. Bona, orum. Facultates, fortunæ, divitiæ, opes. *Bien sabeis quan perdida está mi hacienda.* Res meæ quam fractæ, dissipatæque sint, non ignoras. *Gran trabajo es tener poca hacienda con muchas obligaciones.* Gravissimum est, cum sis ordine superior, inferiorem esse fortuna. *Hacer hacienda.* Rem facere, augere. *Su hacienda hace.* Res suas agit.

Hacendilla. Modica res. Recula, æ.

Hacendado. Vide *Rico. Hacendosa muger.* Strenua, numquam cessans.

Hacina de leña. Lignorum strues.

Hacinar. Coacervo, as.

Hacinador. Coacervator, oris.

Hacha de cortar leña. Securis, is. *De armas.* Vide *Alabardas.*

Hacha de luz. Fax, tis. Cereus, i. Funale, is. *Hachones de pez.* Crassæ candelæ pice oblitæ.

Hado. Fatum, i. *No sé con qué hado naci, que todo me sucede al revés.* Nescio quo fato omnia mihi contra accidunt, ac destinaveram.

Halagar. Blandior, iris. Caput alicui demulcere. Blanditiis aliquem petere, blandissimè appellare. *Al caballo.* Popysmis, & plausu equo blandiri, dorsum demulcere, suavi sibilo equum allectare, mitigare.

Halagos. Blanditiæ, illecebræ, arum. *Atraher con alagos.* Blandimentis allicere, illicere, pellicere, blanditiis aliquem trahere, illiciis captare.

Halagüeño. Blandus, a, um.

Halcon. Falco, nis.

Halconero. Accipitrarius, ii.

Halda. Vide *Falda. Poner haldas en cinta.* Ad opus se accingere.

Hallar buscando. Invenio, reperio, is.

Hallar acaso. Offendo, is, reperio. *Aunque fuera aguja le halláras.* Vel acum invenisses.

Hallar por discurso. Invenio, excogito, as. *Halló traza con que escaparse.* Excogitavit quo pacto, invenit qua ratione hostium manus effugeret. *No hallo cómo pueda ser eso.* Non video, qua ratione id fieri possit.

Hallamos que debiamos condenarle. Comperimus, damnandum, aut puniendum esse. *Hallaronle con el hurto en las manos.* In furto, in scelere deprehensus fuit.

Hallo por mi cuenta, que esto es mejor. Experimento didici, re ipsa reperi, hoc esse commodius. *Cómo te hallas?* Quomodo te habes? Quomodo affectus es? *No sabré decirte cómo me hallo.* Nequeo tibi exponere, quo animo sim affectus. Cic. *Hállome viejo, y sin fuerzas.* Senectutis languore affectus sum.

No me hallo en esta tierra. Hujus loci natura cum mea non convenit. Cœlum hoc grave mihi est, & incommodum. Quæcumque hîc video, ingrata mihi sunt. *Pues yo bien me hallo aquí.* At ego bene me habeo, jucundèque hîc habito. Cœlum hoc, & gentis genius cum ingenio meo bene convenit.

Hallarse en, es *Estar. Hallóse en la batalla.* Prælio interfuit. *Hallabame entonces en poder de enemigos.* Eram tunc in hostium potestate.

Hallarse con, es *Tener. Si os hallais con dineros, prestadme diez reales.* Si tibi nummi suppetunt, commodes mihi velim decem drachmas. *Hállome con poca salud.* Valetudine utor minus prospera. *Quien guarda, halla.* Quæ quisque servat, parata ad tempus habet. *En Plauto lo hallarás.* Apud Plautum invenies.

Hallazgo. Munusculum pro re inventa.

Haloque. Vinum heluolum.

Hamaca. Lectum, vel rete pensile.

Hamapola. Papaver erraticum.

Hambre. Fames, is. *Canina.* Rabida cibi appetentia. Dira fames. *Tener hambre.* Esurio, is. Fame laborare. *Morimos de hambre.* Fame enecti, & pœne confecti sumus. Fame deficimus, perimus. Inedia cruciamur, & cibi penuria. *Matar la hambre.* Famem epulis eximere, lenire, sedare, explere, depellere. *Matar á uno de hambre.* Fame aliquem necare, extinguere.

Hambre, y esperar, hacen rabiar. Fames, & mora bilem in nasum conciunt. *Coger por hambre.* Fame obsessos domare, deditionem cogere, compellere. *Á la hambre no hay pan malo.* Optimum condimentum fames.

Hambriento. Famelicus, i. Qui esurit, qui

qui fame laborat. *Hambron.* Esurio, nis.

Hambrear. Esurio, is.

Hanega. Vide *Fanega.*

Harogán. Deses idis, iners, tis.

Harambel. Velum pensile.

Harapo. Ora vestimenti.

Harda, ó hardilla. Sciurus, i.

Harina. Farina, æ. *Enharinar.* Farinam alicui aspergere, affricare. *Enharinado.* Farina aspersus. *Harina de havas.* Lomentum, i. *Derramador de la harina, y allegador de la ceniza.* In minimis diligens, in magnis negligens.

Harnero. Vannus, Cribrum, i.

Harnés. Thorax solidus, ferreus,

Haro de crivo, ó cedazo. Circulus ligneus. *De argolla.* Annulus ferreus.

Haron, harona bestia. Tardus asellus.

Harpa. Cithara, æ. Lyra. *Harpista.* Citharœdus, i. Citharista, æ. Lyricen.

Harpadas manos. Manus aduncæ.

Harpia. Harpyiæ, arum.

Harpón. Spiculum hamatum.

Harrapiezos. Laciniæ, arum. *Llevarle por los arrapiezos.* Laciniis aliquem trahere, obtorto collo trahere.

Hartar. Satio, as. Saturo, as. Expleo, es. *Comer hasta hartarse.* Edere ad satietatem.

No me harto de ver esta pintura. Speciosissimæ hujus tabulæ aspectu mens expleri nequit. Juvat usque morari in hujus imaginis specie contemplanda, & oculos ejus pulchritudine pascere.

Harto. Satur, satiatus, saturatus. *De comer, y beber.* Distentus, ac madens. *Hartas veces.* Satis sæpe. *Hartos somos.* Satis multi sumus.

Hartos estamos de oir esto. Tædet ista toties audire. Sæpe repetita satietatem afferunt, fastidium pariunt.

Harto. (adverbio) Satis, sat, abundè. *Harto mejor fuera.* Satiùs sane esset. *Harto ha que ando en esto.* Satis diu hoc jam saxum volvo.

Harto tiempo ha que nos traes engañados. Satis diu verba dedisti nobis. *Harto á tiempo huvieras venido, si vinieras un dia antes.* Satis tempore venisses, si pridie venires.

Harto lo sufrí. Satis multa ab illo pertuli. Nimium diu mores ejus sustinui.

Harto honrado es, y comedido. Sanè probus est, & moderatus.

Hartazgo, ó artura. Satietas, saturitas. *Darse un hartazgo.* Se cibis ingurgitare. Ventrem dapibus infarcire, replere, saburrare.

Hasta de lanza. Vide *Asta.*

HASTA, aun. Etiam, vel quoque.

Hasta los enemigos le alaban. Hostes quoque illum laudant. *Hasta los niños se rien de tus impertinencias.* Ineptiæ tuæ vel pueris risum movent.

Hasta (alguna parte, ó lugar.) Usque, tenus.

Hasta Roma. Romam usque. *Hasta los hombres.* Humerorum tenus. *Hasta la cabeza.* Capite tenus.

Hasta (algun tiempo.) Ad, usque ad, usque in. *Hasta medio dia se estuvo en la cama.* In lectulo ad meridiem decubuit. *Hasta ayer duraron las Cortes.* Usque in hesternum diem tracta sunt comitia.

Hasta ahora. Etiam nunc. Adhuc.

Hasta ahora está en duda este negocio. Tota res etiam nunc fluctuat. Nihildum certi habemus.

Hasta ahora no. Nondum. Nihildum.

Hasta ahora no le culpan. Nondum reus agitur. Nihildum illi objicitur. *Hasta ahora no ha cogido nada.* Nihildum prehendit. Nihil adhuc expiscatus *est.*

Hasta aqui. Antehac, hactenus, hucusque.

Hasta aqui teniamos siquiera esperanza. Antehac sperare saltem licebat. *Hasta aqui tratamos de la limosna.* Hactenus de eleemosyna verba fecimus.

Hasta donde, hasta quando? Quousque?

Hasta alli. Usque eò. Usque illuc.

Hasta que, hasta tanto que. Quoad. Donec. Usque eò, dum. Usque eò, quoad. Usque, donec. *Espero hasta ver estas alteraciones en que paran.* Expecto quoad videam, dum videam, vel donec videam hæc, quæ commota sunt, quorsum evadant. *Estuvose quedo hasta que le vinieron cartas del Rey.* Usque eo se tenuit, quoad, vel donec litteræ à Rege venerunt. *No sosegará hasta acabarlo.* Non desinet usque dum perficiat. Nisi perfecta re, non conquiescet.

Has-

Hastil hastillero. Vide *Astil.*

Hastio. Fastidium, tædium, i. Satietas, tis. *Tengo grande hastio.* Magna me cibi satietas, magnum me fastidium tenet. Magno quodam gustus stupore afficior. Magnum mihi morbus cibi fastidium attulit.

Hato de ganado. Pecus, oris. Ovium, aut caprarum grex. *Hatos.* Pecuaria, orum. Pecudum, vel pecorum magni greges. *Hato, ó vestido.* Vestimenta, orum. *Tomar su hatillo, y caminar.* Sarcinulas colligere ad iter faciendum.

Hava. Faba, æ. *En las bestias.* Phlegmone in jumentorum gingivis.

Haya. Fagus, i. *Cosa de haya.* Faginus.

Haz, hacecillo. Fascis. Fasciculus, i.

Haz, y enves. Facies, & tergum.

Sobre la haz de la tierra. Super faciem terræ.

Haza de pan llevar. Vide *Aza.*

Hazaña. Facinus egregium. *Hazañas.* Res gestæ. Gesta, orum. Præclara facta. *Hacer una ilustre hazaña.* Præclarum, pulchrum, illustre, luculentum, immortale facinus edere, gerere, aggredi, suscipere. *Grande hazaña has hecho por cierto.* Egregiam verò laudem consequutus es. Habes cur tibi placeas.

Sus hazañas se han estendido por todo el mundo. Res ejus gestæ eisdem, quibus solis cursus, terminis continentur. Præclara ejus facta totum orbem illustrârunt. Res ab eo gestæ orbis terræ regionibus terminantur, definiuntur.

Hazañero. Vultuosus, amplificator, qui re levi nimis offenditur, exultat, perturbatur. Qui tragœdias in nugis agit.

Hazañeria. Inanis amplificatio. Mira de lente. *Hacerlas.* Levia, & vulgaris pro magnis, & miris attollere, prædicare. Fluctus in simpulo excitare.

Hazcona de Vizcayno. Pilum, i.

H ANTE E.

He aqui. En, ecce, *He aqui otra pendencia.* Ecce nova turba, atque rixa.

Hebra de hilo. Filum, i. *De seda.* Sericum filum. *Tiene hebra el argumento.* Argumentum est non imbelle.

Hebrero. Februarius, ii.

Hechizos. Veneficium, maleficium. *Para enamorar.* Philtrum, i. Poculum amatorium. *Hechizar.* Veneficiis aliquem petere, appetere, furiare, mentem alicui eripere.

Hechizado. Maleficis artibus affectus, carminibus devinctus. Potionatus. *Hechicero.* Veneficus, i. *Hechicera.* Venefica, æ. Saga, æ. *Hechicerias.* Maleficæ artes.

Hecho. Factum, i. Facinus, oris. *Mal hecho.* Facinus audax, crudele, indignum, illiberale. *Hacer de hecho.* Sine mora rem exequi, sine cujusquam sententia perpètrare. *Dicho, y hecho.* Dictum, factum. *Hecho, á trabajos.* Vide *Acostumbrado.*

Hechura, el trabajo. Opera, æ. *La labor.* Opus, eris. *Vaso de linda hechura.* Vas eleganti opere, affabrè factum. *Llevó diez reales de hechura.* Pro opera decem drachmas tulit. *En el oro no se pierde mas que la hechura.* In auro nihil præter manus pretium detrimenti fit. *Los que son hechuras suyas.* Qui ejus gratia, & ope dignitatem obtinuerunt.

Heder. Fœteo, es. Malè, graviter olere. Vide *Oler. Ya esto hiede.* Putidum hoc est, & nimium, ac vix ferendum.

Hedor, hedentina, hediondez. Fœtor, putor, graveolentia, æ. Gravis odor. *De los higados.* Gravis alitus præcordiorum.

Hediondo. Fœtidus, putridus, a, um.

Helada. Pruina, glacies, ei. *La que abrasa el campo.* Uredo, inis. *Flor helada.* Carbunculus, i.

Helar. Gelo, as. Glacio, as. Congelo, as. *Helarse.* Gelasco, is. Congelasco, is. Conglacio, as. *Hielase el agua.* Gelu aqua concrescit, comprimitur, astringitur. *Helaronse las viñas.* Vinearum gemmæ frigore obriguerunt, uredine exaruerunt. Vinearum fructus in spe pruina decoxit. *Quedóse helado al oir esto.* Ad hæc audita obstupuit.

Helada cosa. Gelidus, glaciatus, gelo constrictus. *Estoy helada de frio.* Frigore torpeo.

Hele. Ecce, eccum. *Hela.* Eccam.

Heleboro, yerva. Helleborum, i.

Helecho, mala yerva. Filix, icis.

Hel-

Helga. Anteriorum dentium rima.

Hembra. Fœmina, æ. *De los corchetes.* Orbiculus, quem uncinus prehendit.

Henchir. Impleo, es. Vide *Llenar.*

Hender. Findo, diffindo, is. *Hendera un cabello.* Vel substilissima perspicit. *Hendido en dos, tres, ó quatro partes.* Bifidus, trifidus, quadrifidus, a, um.

Henderse. Rimas agere. Hisco, dehisco. *Estar hendido.* Hio, as.

Hendidura. Rima, fissura, æ, fissio.

Heno. Fœnum. i.

Heñir. Massam iniri, subigere.

Herbaje. Pabulum, i. Pastio, nis.

Herbajar. Vide *Pastar, y apacentar.*

Herbolario. Herbarius. Rei herbariæ peritus.

Herboso. Herbidus, herbosus.

Heredad. Ager, prædium, fundus, i. *Muy grande.* Latifundium, ii.

Heredar. In demortui fortunas jure hæreditario venire, succedere. Hæredem esse bonorum alicujus. *Heredar con otros.* In partem hæreditatis vocari.

Heredero. Hæres, edis. *En primer lugar.* In prima cera. *En segundo, ó tercero.* In secunda, vel tertia. *En ultimo lugar.* In ima cera.

Heredero de toda la hacienda. Hæres ex asse. *De la mitad.* Ex semisse. *De la tercera parte.* Ex triente. *De la quarta.* Ex quadrante. *De la sexta.* Ex sextante. *De la Duodecima.* Ex uncia.

Heredero en confianza. Fiduciarius hæres. Fidei commissarius, ii. *Dexóme por heredero.* Me suorum bonorum hæredem fecit, constituit, instituit, nuncupavit, scripsit, testamento reliquit. Mihi sua bona, fortunas testamento legavit. *Despues de su hijo me dexó por heredero.* Ego secundum filium hæres ab illo institutus fui.

Herencia. Hæreditas, tis. *Acetar la herencia.* Hæreditatem adire, accipere, obire. *Aun no he tomado posesion de la herencia.* Nondum tradita mihi est hæreditas. Nondum in hæreditatem veni, perveni. *Á entrambos nos toca igualmente.* Hæreditas ex æquo ad utrumque nostrum pertinet, utrique aqualiter obvenit, æqua lance ad utrumque vergit. *Mas pena tuve con su muerte, que gozo con su herencia.* Hæreditas, quæ mihi ab amico obvenit, non tam pecuniosa fuit, & locuples, quam lacrymarum, & doloris plena.

Herege. Hæreticus, i. Sectarius, ii. Hæresi infectus, imbutus. *No hay que fiar de hereges.* Nunquam hæresis bona fide mansuescit.

Heregia. Hæresis, is. Hæretica impietas, pravitas, perfidia. *Dexar la heregia.* Hæresim abjurare, ejurare, execrari.

Heresiarca. Auctor hæresis. Hæreticorum dux, magister, & princeps.

Herir. Ferio, is. Ico, is. Percutio, is. *Haciendo llaga.* Vulnero, saucio, as. Cædo, is.

Herida, ó llaga. Vulnus, eris. Plaga, æ.

Dióle muchas heridas. Multa illi vulnera, multas plagas inflixit, imposuit. Multis illum vulneribus affecit, confodit, confecit. Multas ab illo plagas, multa vulnera accepit, pertulit.

Hermafrodito. Androgynus.

Hermano. Frater, tris. *De padre, y madre.* Frater germanus. *De parte de padre.* Frater consanguineus. *De parte de madre.* Uterinus frater. *Que nacieron de un parto.* Gemini, gemelli. *Son muy hermanos, y quierense mucho.* Sunt amore gemini. *Amor de hermano.* Fraterna charitas.

Hermanico. Fraterculus, i.

Hermano de leche. Collactaneus, i.

Hermana. Soror, oris. *De padre, y madre.* Soror germana.

Hermanar. Vide *Unir.* *Cosa de hermano.* Fraternus, a, um. *De hermana.* Sororius, a, um. *Como hermano me avises, ó reprehendas.* Fraternè me moneas, aut objurges velim.

Hermandad. Germanitas, fraternitas. *De Cofradia.* Sodalitas, sodalitium.

Hermita. Ædicula sacra.

Hermitaño. Eremita, eremicola, æ.

Hermoso. Formosus, pulcher, decorus. Forma egregius, insignis. Facie liberali.

Hermosura. Pulchritudo, species, decor. Venustas, forma, suavitas oris. *Sin afeyte.* Nativus decor, incompta pulchritudo.

Hermosamente. Pulchrè, venustè, decorè.

Her-

Hermosear. Decoro, as. Orno, as.
Héroe, hombre heroico. Heros, ois. *Muger heroica.* Heroina, æ. Herois, dis.
Heroica cosa. Heroicus, illustris, egregius, eximius, inclytus. *Heroicamente.* Heroicè, egregiè, magnificè.
Herrada. Situla, æ. Nasiterna, æ.
Herrador. Quadrupedum calcearius.
Herradura. Solea ferrea.
Herrar la bestia. Soleas ferreas jumento affigere. Ferreis soleis ungulas munire. *Herrar el ganado.* Notam pecudi inurere. *Al esclavo.* Stigma fugitivo inscribere. Servum notis Threiciis insignire.
Herraje. Ferrea munimenta.
Herramienta. Ferramenta, orum. Instrumenta ferrea. *Perdió una herramienta.* Ferramentum perdidit.
Herrero. Faber ferrarius. *En casa del herrero el cuchillo mangorrero.* Sutor malè calceatus. Sartor pannosus, Pistor sordido pane vescens.
Herrería. Officina ferraria.
Herrete de agujeta. Acicula, æ.
Herrumbre. Ferrugo, rubigo, inis.
Herrén, pasto de bueyes. Ocymum, i.
Herreñal. Arvum septum suburbanum, hordeo serendo aptum.
Herronada, ó picada. Rostri ictus.
Hervir. Ferveo, es. Effervesco, is. *Hacer hervir las legumbres.* Legumina fervefacere, defervefacere. *Agua hirviendo.* Aqua fervens. *Dexar de hervir.* Defervesco, is.
Hierve de gente este lugar. Maxima hominum multitudine urbs referta est, magna incolarum, ac civium frequentia celebratur.
Hervor. Fervor, ris. Æstus, us.
Hervidero. Scaturigo, inis.
Hirviente. Fervidus, a, um.
Hevilla, ó hevilleta. Fibula, æ.
Hez. Fæx, cis. *La del vientre.* Retrimentum, oletum, recrementum, i. *La del aceyte.* Amurca olei.

H ANTE I.

Hidalgo. Ingenuus, nobilis, immunis.
Hidalguia. Ingenuitas, immunitas, tis.
Hidropesia. Aqua intercus, hydropisis, is. Hidrops, opis. *Hidropico.* Hydropicus. Qui aqua intercute laborat.
Hiel. Fel, fellis. *No tiene el amor menos de hiel, que de miel.* Amor, & melle, & felle est fœcundissimus. *No tiene hiel este hombre.* Candido est, ac simplici animo.
Hiemar las tierras. Fimo agros fœcundare, fertiles reddere.
Hiermo. Eremus, i. Vide *Yermo.*
Hierno. Gener, eri.
Hierro. Ferrum, i. *De garrocha, ó saeta.* Spiculum hamatum. *Cosa de hierro.* Ferreus, a, um.
Hiezgo, yerva. Ebulum, chameacte, es.
Higo para mal de ojo. Amuletum contra fascinum. *Para escarnio.* Manus obscœnum in modum formata. *Darle una higa.* Manum obscœnum in modum formatam in aliquem porrigere, illi ostendere.
Higado. Jecur, oris. Hepar, atis. *Echar los higados por algo.* Vehementiùs aliquid appetere. Inhio, as. *Lo dulce es bueno para el higado.* Dulcia amica sunt hepati.
Higadillo. Jecusculum, i.
Higo. Ficus, i, vel us. *Por madurar.* Grossus, i. *Pasado.* Ficus passa. Carica, æ. *Higo sin sabor.* Marisca, æ.
Higuera. Ficus, i, vel us. *Higuera loca.* Sicomorus, i.
Hijastro. Privignus, i. Vide *Andado.*
Hijo. Filius, ii. Natus, i. *Unico.* Unigenitus. *Legitimo.* Legitimus, justa uxore natus. *Natural.* Libero, & soluto concubitu susceptus. *Bastardo.* Nothus, i. Spurius, ii. *Que nace muerto el padre.* Posthumus, i. *Que nace de pies.* Agrippa, æ. *Supuesto.* Subditicius.
Hijo del diablo. Á furiis oriundus. *Hijo de todos los diablos.* Ex omnium scelerum colluvione natus.
Hijo de padre. Patri non vultu solùm, & corporis habitu, sed moribus etiam similis. *Mucho le toca al hijo de la honra de su padre.* Magno honore filius ex patris dignitate efficitur. *Obrad como hijo de quien sois.* Memento cujus sis filius. *Hijo eres, y padre serás, qual hicieres, tal harás.* Qualem te parentibus præstiteris, tales tibi filios expecta.

Hi-

Hija. Filia, æ. Nata, æ. *Pequeña.* Filiola, æ.

Hijos, é hijas. Liberi, orum. Progenies, ei. Proles, soboles, is. *Tiene muchos hijos.* Multos suscepit liberos, generavit, procreavit. Plures illi nati, orti sunt filii. Numerosa prole familia ejus aucta est.

Hijuelo. Filiolus, i. *Hijuela.* Filiola.

Hijuela sobre la Hostia. Palla linea.

Hilo. Filum, i. Stamen, inis. *Hilo de pita.* Tenuissimum filum. *Hilo de perlas.* Linea margaritarum. *Irse al hilo de la gente.* Multitudinis judicio, aut consuetudine duci. Viam temerè ingredi, non qua eundum est, sed qua itur. *Por el hilo se saca el ovillo.* Cauda de vulpe testatur.

Hilar. Neo, es. Pensa carpere, trahere, quo filum deducas. *Hila delgado.* Subtiliter disserit. Minutissima expendit. *Muy gordo lo hila.* Pingue quiddam sonat. Non curat subtilia.

Hilandera. Lanifica, æ. Quæ filum net.

Hilachas. Retexta fila. *Hilas de heridas.* Linamentum saniei ebibendæ, sugendæ.

Hilaza. Stamen, inis. *Mala hilaza ha descubierto.* Pravæ indoli ulcus detexit. Pessimi ingenii signa dedit.

Hilera de ladrillos. Laterculorum ductus, ordo, series. *De casas.* Domorum series. *Primera hilera en el exercicio.* Prima acies. *Ir en hilera.* Ordine duci, procedere.

Hilvanar. Opus consuendum laxiore sutura committere. *Hilvan.* Sutura laxior.

Himno. Hymnus, i.

Hincar. Figo, is. Defigo, pango, adigo. *Hincar las rodillas.* Genua flectere. Genu niti. Poplitibus se excipere. *Hincado de rodillas.* Genu nixus, flexis genibus.

Hincapie. Pedum nixus. *No hagais hincapie en eso.* Non est quod spe nitaris, aut huic rei magnopere confidas.

Hinchar soplando. Inflo, as. *De otro modo.* Tumefacio, is. Extubero, as. *Hinchar los carrillos.* Utramque buccam inflare.

Hincharse. Tumesco, intumesco, turgesco. *Hinchado.* Tumidus, turgidus, inflatus, tumefactus. *Estar hinchado.* Tumeo, turgeo, es.

Hinchazon. Tumor, tuber, inflatio.

Hinojo. Fœniculum, marathrum, i.

Hiberbole. Superlatio, hiperbole, es.

Hipo. Singultus, us. *Hipar por algo.* Vehementiùs aliquid appetere.

Hipocrás. Vinum aromaticum.

Hipocresia. Virtutis simulatio, ficta pietas. Hypocrisis, is.

Hipocrita. Virtutis simulator. Qui pietatis specie sanctitatis famam captat. Simulandi arte eruditus. Hypocrita, æ. *El Rosario al cuello, y el diablo al cuerpo.* Crux in pectore, in corde Satan.

Hypoteca. Hypotheca, pignus, oris.

Hipotecar su hacienda. Bona oppignorare. *Bienes hipotecados.* Possesiones, fundi, prædia, ædes, quibus creditori cavetur. *Dexar las hipotecas al acreedor.* Hypothecis creditori cedere, de hypothecis decedere, eas creditori remittere, relinquere.

Historia. Historia, æ. *De lo que pasa entre año.* Annales, ium. *Hacer una buena historia.* In historia satisfacere. *Apenas nos lo pueden persuadir las historias.* Laborat annalium fides, ut id credamus.

Historiador. Historicus, i. *De tus hazañas.* Rerum à te gestarum scriptor.

Historial narracion. Historica narratio, historialis.

Hito. Meta, æ. Scopus, i. *Dar en el hito.* Metam tangere. Scopum attingere. *Mirar de hito en hito.* Immotis oculis intueri, attentè aspicere. Oculos in aliquo defigere. *Mudar hitos.* Locum, aut sedem mutare. *Tener la suya en el hito.* Vincere. In re aliqua exultare, triumphare.

H ANTE O.

Hobachon. Corpulentus homo, & pinguis, deses etiam, & ignavus.

Hobero caballo. Ovatis maculis equus insignis, aspersus, distinctus.

Hocicar la bestia Casu jumentum os in terram impingere.

Hocico de puerco. Rostrum, i. *Puso me hocico.* Torvum mihi os ostendit. *Andar con hocico.* Iracundiam torvo vultu præ se ferre. *Ho-*

Hogar. Focus, i. Foculus, i. Lar, aris.

Hoguera. Pyra, æ. Rogus, i. *Donde se queman muertos*. Bustum, i. Rogus, i.

Hogaza. Orbiculus, aut quadra panis.

Hoja de arbol. Folium, ii. Frons, dis. *De Laurél*. Laurea, æ. *Echar hojas el arbol*. Frondesco, is. Frondes emittere. *Al caer de la oja*. Adulto jam autumno.

Hoja de papel. Folium, ii. *Doblemos aqui la hoja*. Sermonem hunc paulisper intermittamus, postea revocandum.

Hoja de metal. Bractea, æ. *De lata*. Orichalci lamella. *Hoja de espada*. Ensis absque capulo.

Hojear el libro. Libri folia vertere, librum evolvere.

Hojaldre. Artolaganus, i. *De pastél*. Crustulum, i.

Hojarasca. Frondes, aut folia decidua. Quisquiliæ, arum. *Todo es hojarasca quanto dice*. Miræ nugæ sunt quiquid crepat, sonantiumque verborum exuviæ, & inaniæ.

Hojuelas de hojaldre. Crustula, edulia.

Holgar. Ferior, aris. Ferias agere, à labore quiescere, à negotiis vacare. *No he estado holgando*. Non desedimus, neque otiati sumus.

Holgarse de algo. Gaudeo, lætor tuo adventu, honore, dignitate. *Mucho me huelgo de eso*. Magnam ex eo voluptatem capio, suscipio, percipio, magnopere lætor. *Holgarse interiormente*. Gaudere in sinu. *No dudo que te holgarias de esto*. Non dubito, quin id gratum tibi acciderit.

Holgarse jugando. Ludo, colludo, is. *Irse á holgar*. Spatium ire.

Hoy nos hemos de holgar, largo, y tendido. Indulgendum nobis hodie genio est. Genialiter nobis hodie vivendum est. Genialis iste dies per ludum, & epulas, jocandique licentiam exigendus nobis est,

Holgado viene el vestido. Paulò laxior vestis est, quàm pro corporis modo.

Holgura. Jucunditas, oblectatio.

Huelga, ó holgueta. Feriæ, arum. Vacatio, cessatio ab opere. *Hoy es dia de huelga*. Dies hodiernus feriatus est. Hodie ferias agimus. Vacunæ sacra facimus.

Holgazan. Desidiosus, iners, tis, Otio, & inertiæ natus. Á negotiis abhorrens.

Hollar, ó pisar. Calco, as. *Ayrosamente huella*. Venustè graditur.

Hollejo. Folliculus, i. Siliqua, æ. Valvulus, i. *Hechar hollejo*. Siliquor, aris. *Quitarlos*. Folliculis grana exuere, deglubere. Siliquas excutere.

Hollin. Fuligo, inis.

Holocausto. Holocaustum, i.

Hombre. Homo, inis. *Pequeño*. Corpore exiguo, statura humili. *Es hombre ya*. Adulta ætate est. Ex ephebis excessit. *Qué hombre es este?* Quid hoc hominis? *Yo os diré en pocas palabras, que hombre es*. Exponam vobis breviter quid hominis sit.

Hombre de valor. Vir fortis. *Templado, y modesto*. Homo frugi. *Hombre muy de bien*. Vir optimus, integer. Probus, si quisquam alius. *Es hombre para mucho*. Multorum instar est. Ad multa natus, aptus, idoneus.

Hombre de altos pensamientos. Celsi animi vir, alta mente præditus. Qui nihil humile, nihil abjectum cogitat, sed ad celsa, & sublimia contendit, aspirat. *Parecele que no hay hombre como él*. Neminem præ se virum putat.

Hombre de su palabra. Bonæ fidei homo. Fidelis, & constans in promissis. *Yo soy hombre de verdad*. Mentiri non est meum. *Si sois hombre*. Si vir es. *Morid como hombre*. Fortiter mortem appete. *Ó mal hombre, que habias de ser echado al cabo del mundo*. Oh scelus, ó portentum! in ultimas terras exportandum. *Eso si, huela la casa á hombre*. Macte hac virtute. Perge in virum. Perge virum te præstare. Ut facis, virilite age. *No es hombre, sino*. Nullus est, nisi. *No tengo hombre*. Nudus sum à propinquis, inops ab amicis, omni ope destitutus.

Hombre de importancia. Homo gravis, & constans. Locuples, & honestus, non contemnendus. *No hay hombre con hombre*. Magna est inter eos discordia, magnum dissidium.

Hombrecillo. Homuncio, nis. Homunculus, i. *De no nada*. Homo diobolaris, nullius pretii.

Hombre con otro. Ad ejus magnitudinem accedere, aspirare.

Hombro. Humerus, i. *Llevar la carga al hombro.* Onus humeris portare, tollere. *Arrimar el hombro.* Laboranti sub onere succurrere, subvenire. *Mirar á uno por encima del hombro.* Despicere hominem, quasi despicatum, aut victum intueri.

Homicida. Homicida, æ.

Homicidio. Homicidium, ii.

Honda. Funda, æ. *Donde se pone la piedra.* Scutale, is. *Tirar con honda.* Funda lapidem excutere, jacere, emittere.

Hondero. Funditor.

Honda cosa. Profundus, altus, a, um. *Qué hondo está el pozo!* Ut altus est puteus! *No tiene mas que tres estados de hondo.* Altitudo putei staturam hominis ter non excedit.

Hondon. Fundus, i. Melius quam Fundum, i. *Irse al hondon.* Subsido, is. *Estar en el hondon.* In fundo esse, residere. *Hondonada.* Quod in fundo residet. Retrimentum, i.

Hondura. Profunditas, altitudo. *No os metais en esas honduras.* Altiora te ne quæsieris. Ne sciens, & prudens eo te demittas, unde vides exitum nullum esse. Cic.

Honesta cosa. Honestus, pudicus, a, um.

Honestar una cosa. Honesto, as. Honestatem rei conciliare.

Honestidad. Honestas, tis, pudicitia.

Honestamente. Honestè, decorè.

Hongo. Fungus, Boletus, i.

Honra, y honor. Honos, vel honor, oris. Decus, oris. Dignitas, laus, splendor, gloria, æ.

No sabes en qué consiste la verdadera honra. Sensum veræ gloriæ non capis. Veræ laudis, atque gloriæ gustum non habes. Unde vera gloria oriatur, in quo maximè consistat, nondum nosti.

Haced esto, si no es contra vuestra honra. Id ita præstes velim, ut rationem habeas dignitatis tuæ, ut ne quid inde tibi dedecoris accedat. In eo pergratum mihi facies, si non est à tua dignitate alienum. *Como no pierda nada de mi honra.* Dum ne quid dignitatis mihi decedat. Dum ne quid ex eo maculæ suscipiam.

Con hecho tan ilustre has ganado mucha honra. Tam præclaro facto multum honoris tibi acrevit, magnus tibi dignitatis, & gloriæ cumulus accessit, immensum gloria tua aucta est, immortalem tibi gloriam peperisti, comparasti.

Por ese camino alcanzarás grande honra. Hæc te via ad summum gloriæ culmen perducet. Perge qua cœpisti, si vis ad gloriæ verticem pervenire. Viam tene, quam iniisti, quæ est ad gloriam rectissima.

Mira por tu honra. Cura, ut dignitatem tuam serves, tueare, retineas. Cave ne quid de dignitate tua amittas, neve ornamentis ejus spoliatum te aliquando doleas.

Perdió su honra. Gloriam suam obscuravit, labefactavit, imminuit.

Volvió por su honra. Delevit maculam nulla sua culpa susceptam. Præclaro facto amissum decus recuperavit, dignitatem suam asseruit. Diluit impositum sibi crimen. Honorem ex calumniis vindicavit.

Tomó por punto de honra el acabarlo. Ad dignitatem suam pertinere censuit inchoata perficere. Constantiæ duxit extrema persequi.

Tiene eso por honra. Id sibi honori, gloriæque ducit. Gloriosum id sibi existimat.

Váme mi honrilla en esto. Honos hic meus agitur. De honore hic certatur, & existimatione mea.

Hombre sin honra. Ignobilis, inglorius. Nullis rebus gestis, nulla laude celebris nulla commendatione famæ.

Honrar, y respetar á uno. Aliquem observare, colere, vereri, honore afficere, prosequi. Honorem alicui habere, præstare, tribuere. *Hombre honrado.* Honestus homo, honoratus, in honore habitus, honesto loco natus. *Es hombre honrado.* Homo est cum primis probus, bonæ fidei, & existimationis. *Es honrador de todos.* Suum cuique honorem defert. Omnes & singulos honorificè appellat. Minimè obtrectator est, aut maledicus. In omnes humanissimus, & suavissimus.

Desea mucho ser honrado. Vano splendore capitur. Inanis gloriæ umbras consectatur. Populi auram, plausumque captat. Inanes populi rumores colligit, au-

aucupatur. Omnia ad auram popularem refert.

Honradamente. Probè, laudabiliter.

Honorificamente. Honorificè, honoratè, cum honore, splendidè.

Honrosa cosa. Honesta res, præclara, honorifica, gloriosa.

Honras al difunto. Justa, orum. Exequiæ, arum. *Hacerlas.* Justa alicui facere, solvere, persolvere, peragere. Parento, as.

Convite de honras. Epulum funebre. Parentalia, orum, vel ium.

Hora. Hora, æ. *Ya es hora.* Jam hora, vel tempus est rei gerendæ. *Dió la hora.* Signum datum est. Hora stata sonuit. *Esperame una hora.* Ad horam me expecta *Porhoras espero el mensagero.* In horas nuntium opperior. *Á buena hora llegó.* Tempestivè advenit. Tempori adfuit, in tempore venit. *Á mala hora.* Intempestivè, non in tempore. *Á las dos de la tarde.* Hora secunda pomeridiana. Ad horam secundam post meridiem. *Vete en hora mala.* Abi in malam crucem. *Echóle en hora mala.* Malè verbis acceptum dimisit.

Hora en que uno nace. Horoscopus, i.

Horaco, ó abugero. Foramen, inis.

Horadar. Perfodio, is. Perforo, as.

Horca. Furca, crux, patibulum, i.

Horca de cargar. Merga, æ. *Horquilla.* Furcula, æ, furcilla, æ. *De la vid.* Vide *Rodrigón.*

Horcajarse. Equitantis in modum sedere. *Horcajadura.* Interfœmineum, i. Femorum interstitium. Perinæum, i.

Horfandad. Orbitas, atis.

Horma. Forma calcei. Modulus, i. Mustricola, æ. *Halló la horma de su zapato.* Fortis in fortem impegit.

Hormiento. Vide *Levadura.*

Hormiga. Formica, æ. *Paso de hormiga.* Gradus formicinus. *Pulso que hormiguea, mortal.* Pulsus formicans, debilis, & frequens.

Hormiguero. Formicarum antrum, nidus.

Hormiguillo. Pulmentum ex pane friato butyro, & avellana pinsita.

Hornazo. Panis coctus cum butiro, & ovis.

Horno de cocer pan. Furnus, i. *De cal.* Calcaria fornax. Calcaria, æ. *Boca de horno.* Præfurnium, ii. *Pala de horno.* Infurnibulum, i.

Hornaza. Fornax, cis. Caminus, i.

Hornero. Furnarius, ii. Furnariam exercens. *Hornera.* Pistrix, icis. Mulier furnariam exercens. Artopta, æ.

Hornija. Ramalia pro furno.

Hornillo. Clibanus, i. Fornacula, æ.

Horquilla. Furcilla, æ. Vide *Horca.*

Horro esclavo. Manumissus, libertus, i. *Vamos horros.* Uterque alteri in ludo lucrum remittamus. *Dar carta de horro al esclavo.* Manumissionis fidem chyropapho munire.

Horror. Horror, oris. *Qué horror me vino?* Qui me horror perfudit? Cic. *Esto me pone horror al pecado.* Hoc me à peccato deterret, *Tiene horror á casarse.* Abhorret à nuptiis, vel à ducenda uxore.

Horrenda cosa, horrible, horrorosa. Horrendus, horrificus, horribilis, horrisonus.

Horriblemente. Horrendum in modum.

Horrura. Illuvies, ei. Nautea, æ.

Hortaliza. Olus, eris. Olusculum.

Hortelano. Olitor, oris.

Hortelana. Olusculária, æ.

Hortiga. Urtica, æ.

Hosco. Torvus, a, um. *Vista hosca.* Torvus aspectus. *Mirar hosco.* Torvè intueri.

Hospedar á uno. Hospitio aliquem accipere, suis tectis, domo, ædibus excipere. *Hospedarse, ó estar hospedado en casa de otro.* Diversari, divertere apud aliquem. *Fue á hospedarse en casa de su amigo.* Ad amicum divertit. In amici domum divertit.

Hospedage. Hospitalitas, tis. Erga hospites benignitas, humanitas. *El que hospeda de buena gana.* Hospitalis, in hospites benignus.

Hospedería. Hospitium, ii.

Hospedero. Hospitii Præfectus.

Hospital. Hospitium publicum. *De peregrinos.* Xenodochium. *De enfermos.* Valetudinarium, nosocomium. *De huerfanos.* Orphanotraphium, ii. *Para criar Niños.* Brephotrophium.

Hospitalero. Hospitii publici præfectus.

Hospitalidad. Vide *Hospedage.*

Hosteria. Diversorium, ii.

Hostia. Hostia, æ. Bractea panis azymi.

Hostiario. Hostiarum capsula.

Hostigar. Vexo, as. Exagito, as.

Hostigado. Vexatus, exagitatus.

Hoy. Hodie. Hodiernus dies. Hodierna lux. *De hoy á mañana estará aqui.* Propè diem aderit. *De hoy en adelante. De hoy mas.* Dehinc, posthac, in posterum.

Hoya. Fossa, fovea, æ.

Hoyo. Scrobs, bis. *Hoyuelo.* Scrobiculus, i.

Hoz. Falx messoria. *Meterse de hoz, y de coz.* Temerè se intrudere.

Hozar los puercos. Rostro sues terram invertere, herbam eruere.

H ANTE U.

Hucha. Capsa fictilis. *Hacer hucha.* Nummos condere, & asservare.

Hueca del uso. Verticillus, i.

Hueca cosa. Cavus, a, um. Inanis, e.

Hueco de una cosa. Inanitas, tis. Cavum, i. *Suena ó hueco.* Vacuum sonat, & inane. Caput sine cerebro.

Huelga. Vide *Holgar.*

Huelgo, haliento. Spiritus, halitus, anhelitus, us. Anima, æ. *Echar el huelgo.* Spiro, as. Spiritum emittere. Respiro, exhalo, as. *Detenerle.* Continere animam.

Huella. Vestigium, ii.

Huerfano. Orbus, orbatus parentibus.

Huerta. Hortus, i. Horti, orum.

Huerto. Hortulus, i. Viridarium, ii. *Qué lindo huerto!* Quæ hortuli amœnitas! Quanta, & quàm grata lectissimorum florum varietas! Qui odor! Quæ herbarum copia? Quæ raritas, & novitas! Quam aptè omnia in areolas suas, pulvillosque disposita! In hoc viridarium natura contulisse videtur quidquid amœnum, & eximium habet.

Huesa, ó guesa. Sepulchrum, i.

Hueso, ó gueso. Os, ossis. *El de la fruta.* Ossiculum, i. *Sacar, ó desnudar los huesos de carne.* Ossa extrahere, nudare. Exosso, as. *Está en los huesos.* Macie confectus est. Vix ossibus hæret. *Cosa sin hueso.* Exos, ossis.

Huesped. Hospes, tis.

Huespeda. Hospita, æ.

Si venis à ser mi huesped os trataré con llaneza. Hospitium tibi apud me erit familiare scilicet, & sobrium, nec propter te majorem fumum vicinia videbit.

Es como el pez el huesped, que á tres dias hiede. Piscis nequam est, nisi recens, & hospes primo adventu gratus, sed ante triduum gravis est, ac molestus.

Hueste. Vide *Exercito.*

Huevo, ó guevo. Ovum, i. *De dos yemas.* Geminum. *Guero.* Irritum, urinum, cynosurum. *Empollado.* Pullescens. *Fresco.* Recens, callidum. *Añejo.* Requietum. *Blando para sorber.* Tremulum, molle, sorbille. *Encerado.* Edurum temperatum. *Duro.* Induratum, edule. *Frito, estrellado.* Frixum. *En tortilla.* Placenta ex ovis frixa. *Huevos mexidos.* Ova saccharo, vel melle commixta, subacta, lentoque igne in gyrum acta. *Puso un huevo, y ese guero.* Unum peperit, & urinum.

Humana cosa. Humanus, a, um. *Es muy humano.* Humanissimus est, comes, benignus. Est in eo humanitatis plurimum, mira morum facilitas. Vide *Cortés.*

Humanamente. Humanè, humaniter.

Humanamente no puede ser. Humanitùs contingere non potest.

Humanidad. Humanitas, tis. *Letras humanas.* Litteræ humaniores, amœniores. Studia humanitatis. Politior litteratura.

Humanista. Humanioribus litteris excultus. Humanitatis studiosus. Politiorum litterarum cultor eximius. Vide *Erudito. Humanistas ilustres.* Litterarum Proceres.

Humanarse. Submissiùs se gerere. Supercilium deponere. Fastum exuere. Humaniùs agere. Severitatem lenitate condire.

Humear. Vide *Humo.*

Humedad. Humor, oris. *De la tierra.* Terræ succus. Uligo, nis.

Humedo radical. Nutritius humor.

Humeda cosa. Madidus, humidus.

Humedecer. Madefacio, humecto, as. Humore aspergere, perfundere. *Humedecerse.* Humesco, Madefieri.

Humildad. Humilitas, tis. Submissio, animi demissio. *Qué bien parece la humildad, y modestia?* Modestia animi demissio quàm decet!

Humilde. Humilis, qui submissè se gerit, qui de se humiliter sentit. Sibi vilis ac despectus. Sui contemptor. Qui non laudari cupit, sed vilis reputari.

Humilmente, ó Humildemente. Humiliter, demissè, suppliciter, submissè.

Humillar á los soberbios. Superbos dejicere, deprimere, debellare.

Humillarse á otro. Se alicui submittere, ad pedes ejus se abjicere. Supplex ad eum accessit.

Humilladero. Ædicula sacra suburbana.

Humo. Fumus, i. *Los humos que tiene!* Quos sibi arrogat spiritus! *Cómo se le sube á las narices el humo de las alabanzas agenas!* Ut de alienis laudibus indignatur. *Yo le baxaré los humos.* Ego illius animos infringam, spiritus ejus compescam.

Humero. Vide *Chimenea.*

Humear. Fumo, as. Fumum emittere. *Cosa que humea.* Fumeus, fumifer, fumidus.

Humareda. Fumus ingens. Fumi nubes.

Humor. Humor, oris. *Es hombre de humor.* Hilari est, ac prompto ad jocandum ingenio. Festivus homo, ac facetus. *No estoy de humor.* Vapidè me habeo. *Ya conozco su humor.* Novi hominis mores. Notum mihi est hominis ingenium.

Hundir á uno. Hominem pessundare, deprimere, in tenebras abjicere, infra mortuos amandare. *Deseo verme hundido.* Me depressum, & abjectum cupio. *Hundir debaxo del agua.* Mergo, demergo, submergo, is. *Hundióse el navio.* Navis fluctibus obruta, oppressa est. Aqua navim absorbuit.

Hundirse la tierra. Subsideo, es, subsido, is. *Hundióse todo aquel aparato.* Omnis ille apparatus evanuit. *Hundióse aquel dinero.* Pecunia illa omnis in tenebris suppressa latuit.

Hungarina, ó hanguarina. Clamys, dis. Colobium, ii.

Huracán. Turbo rapidus. Typhon, onis.

Huraño. Vide *Esquivo.*

Huron. Viverra, æ.

Hurtar. Furor, aris. Surripio, is. Furtim aliquid avertere, auferre. *No hurtar.* Manus ab alienis abstinere, continere. *Hurtar de las Rentas Reales.* Fiscum, aut ærarium peculari, depeculari, expilare, compilare. *No te hallas sino hurtando.* Hora vitæ tuæ nulla vacua à furto reperitur.

Hurtar el cuerpo al golpe. Petitiones adversarii corpore effugere, corporis declinatione vitare.

Hurto. Furtum, i. *De cosa sagrada.* Sacrilegium. *Á hurtadillas.* Furtim.

Hurtada cosa. Furtivus, a, um. Furto ablatus. *El que hurta hombres, ó vende la obra agena por suya.* Plagiarius, ii. *Tal hurto.* Plagium, ii.

Huso para hilar. Fusus, i.

Husillo de lagar. Cochlea, æ.

Husmear, hulusmear, andar á la husma. Odore aliquid investigare, indagare.

Huir. Fugio, is. Fugam arripere, capessere. Se in fugam conjicere. Fugæ se mandare, commendare. Se fugæ, vel in fugam dare. Fuga sibi consulere. Aufugere. *Tratar de huir.* Fugam meditari, parare, adornare.

Huir de miedo de algun gran castigo. Solum vertere. *Huir lexos.* Profugio, is. *El que huye lexos, y anda como desterrado.* Profugus. *Huir del peligro.* Periculum vitare, fugere, cavere. *Huyendo de un peligro, dió en otro.* Incidit in Scyllam, cupiens vitare Carybdim. *No pienso huir.* Á consilio fugiendi absum.

Huida. Fuga, æ. *Poner en huida los enemigos, hacerlos huir.* Hostes fugare, in fugam convertere, conjicere, compellere.

Huido de España. Ab Hispania profugus.

I, Ia, &c. Vide Y, Ya, &c.

J ANTE A.

Jacerino. Lorica impenetrabilis.

Jacinto flor, y piedra preciosa. Hyacin-

cintus, i. *De color de jacinto.* Hyacinthinus, a, um.

Jaco de malla. Lorica hamis conserta.

Jactarse. Vide *Gloriarse.*

Jactancia. Jactantia, æ. Jactatio, nis.

Jactancioso. Jactator, jactabundus.

Jadear. Anhelo, as. Ilia ducere Ilia trahere. *Hor. Plin.*

Jaez de caballo. Phaleræ, arum. *Otras cosas de este jaez* Alia id genus.

Jabarrar. Parieti tectorium inducere.

Jalde, color. Rufus, flavus.

Jaléa. Mali cydonii succus saccharo conditus, concretus, densatus.

Jalvegar la pared. Parietem peniculo dealbare. *Jalvegarse las mugeres.* Vide *Afeytarse.*

Jalveque. Vide *Afeyte.*

Jamás. Nunquam. *Jamás me dixo una mala palabra.* Nunquam me verbo læsit. §. *En las dudas, y preguntas.* Unquam, aliquando. Nunquando, num aliquando. *No sé que me haya ofendido jamás.* Nescio an me læserit aliquando. *Qué hombre cuerdo se enojó jamas sin causa?* Quis unquam sanus temerè iratus est? *Hasme oido esto jamás?* Nunquando id de me audisti?

Jamon de tocino. Perna, æ.

Jaqueca. Capitis dolor. Cephalæa.

Jaqueta, ó jaquetilla. Colobium, i.

Jara, jarabe. Vide *Xara.*

Jardin. Viridarium, ii. *Jardinero.* Topiarius, ii. *Ser jardinero.* Topiariam facere.

Jarra. Alba fidelia. Aqualis, is.

Jarro. Urceus, i. *Para vino,* Œnophorum, i. *El jarro hace tres quartillos.* Tres sextarios capit urceus. *Echarse el jarro á pechos.* Urceo sitim explere. *Jarrear el vino.* Vinum per os dolii frequentius haurire.

Jarrete. Poples, itis. *Hombre de buen jarrete.* Lacertosus, robustus.

Jaspe. Jaspis, dis. *Jaspear.* Maculis elegantibus aspergere. *Jaspeado.* Maculis aspersus, distinctus, insignis.

Javali. Aper, pri.

Javalina. Venabulum, i.

Jaula para pajaros. Cavea, æ.

Jaulilla del tocado. Reticulum, i.

Jayan. Eximiè procerus, proceritate insigni. Vide *Gigante.*

Jazmin. Alba viola.

I ANTE D.

Ida Abitus, discessus, us. *La ida del humo.* Abeas non rediturus.

Idea. Forma, æ. Species, ei. Idea, æ.

Idioma Idioma, tis. Dialectus, i. Sermonis proprietas.

Idiota. Illiteratus, indoctus.

Idolo. Idolum, i. Simulacrum, i.

Idolatrar. Idola colere, venerari. *Idolatra en él.* Illum effusissimè diligit, in deliciis habet, nimio plus amat.

Idólatra. Idolorum cultor.

Idolatría. Idololatria, æ. Idolorum cultus.

Iegua, Ielo, Iema, &c. Vide *Y.*

I ANTE G.

Iglesia, ó Templo. Templum, ædes is.

Iglesia catolica. Ecclesia Catholica, orthodoxa. Fidelium cœtus *Iglesia Cathedral.* Cathedralis Ecclesia. *Iglesia Colegial.* Ecclesia Collegiata. *Parroquial.* Parochialis.

Iglesia me llamo. Ecclesiæ nomen inclamare, ingeminare. *No le vale la Iglesia.* Templi immunitate non gaudet. *Valele la Iglesia.* Sacro Templi perfugio uti debet, perfrui, gaudere. Adita, quæ tenuit, & aræ hominem sibi vindicant, & à profana injuria prohibent. *Sacaronle de la Iglesia.* Ab aris, ad quas confugerat satellitum vi, & audacia abductus est, tractus, avulsus.

Ignominia. Vide *Afrenta.*

Ignorante. Ignarus, imperitus, inscius, imprudens, indoctus. Bonarum artium rudis, nullis litteris eruditus, nullis instructus disciplinis.

Ignorancia. Inscitia, ignorantia, æ. Insipientia, æ. Imperitia, æ. *Pequé de ignorancia.* Ignoratione peccavi.

Ignorar. Ignoro, as. Nescio, is. *Quién hay que ignore esto?* Quis ita rerum omnium inscius, ut hæc ignoret? *No ignoro esto.* Non hoc me fugit, non me fallit.

Ignorantemente. Inscienter, inscitè.

Igual. Æqualis, e. Par, is. *En edad.* Æqualis, coævus, qui ejusdem ætatis est, vel eadem ætate. *No es mi igual.* Non est mihi comparandus. *Cada qual con su igual.* Pares cum paribus facilè congregantur. Æqualem uxorem ducito. *No son los dedos de la mano iguales.* Non pares ingenio, aut virtute fratres. Servus servo præstat, & dominus domino. *Suelo igual.* Planum pavimentum. *Pared igual.* Ad perpendiculum ductus paries.

Igual te fuera callar. Præstat tibi tacere. Nimio satius esset, si tacuisset.

IGUAL. fuera (de quien se indigna.) Mirum ni, mirum quin. *Igual fuera que cediera de mi derecho.* Mirum quin cedam de jure meo. Mirum si jus meum persequor. *Igual fuera que sintieras otra cosa.* Mirum ni secus sentias.

Igualar. Æquo, as. Æquum, seu planum facere. Complano, as. *Igualarse con otros.* Aliis, vel cum aliis se æquare, adæquare, æquiparare. Vide *Comparar.*

Iguala con el criado. Conventio, nis.

Igualdad. Æqualitas, paritas, tis. *Del peso.* Æquilibrium, æquipondium, ii. *De noches y dias.* Æquinoctium, ii.

Igualmente. Æquè, pariter, æqualiter. *Partir igualmente.* Ex æquo dividere, æquis partibus secare, æquas partes facere.

I ANTE J.

Ijada. Ilia, um. *Dolor de ijada.* Ilium dolor, morbus ilium. *Tenerle.* Ex ilibus laborare, ilium dolore cruciari. *El que le tiene.* Iliosus, vel ileosus.

Ijada de atun. Tynni sumen.

Ijares. Ilia, um. *Que rebiente por los ijares.* Ut ilia illi rumpantur. Ut ilibus dirumpatur.

I ANTE L.

Ilicita cosa. Illicitus, quod non licet.

Iluminar. Illumino, as. Imaginem variis coloribus distinguere. *Iluminacion.* Decor imagini pigmentis additus. *Iluminada imagen.* Pigmentis decorata imago.

Iluso. Illusus, delusus, deceptus.

Ilusion. Illusio, deceptio, nis.

Ilustrar. Illustro, as. Splendorem addere, lucem afferre. *Es tanta la opinion de tu ingenio, que puedes ilustrar qualquier asunto.* Tanta est tua ingenii claritudo, & æstimatio, ut possis, vel obsoletis nitorem dare, fastidiis gratiam, novis auctoritatem.

Ilustrar la oracion. Sententiis, figurarumque luminibus orationem distinguere, exornare, decorare.

Ilustre. Clarus, illustris, inclytus, insignis, luculentus, a, um.

I ANTE M.

Imagen. Imago, simulachrum, effigies, ei, icon, nis. *De bulto.* Ficta imago, vel effigies. Statua, signum. *De pincél.* Picta imago. Pictura, æ.

Imaginar. Animo, aut mente fingere, concipere. Imaginari aliquid, cogitatione moliri. *Pudose imaginar peor disparate?* Quid unquam occurrit ineptius, aut vigilanti cuiquam, aut dormienti?

Imaginacion. Cogitatio, imaginatio, phantasia, æ. *De cosa falsa.* Phantasma, tis. *No me pasó por la imaginacion.* Ne cogitavi quidem. Nihi mihi ejusmodi in mentem venit.

Imaginativa. Facultas cogitandi, imaginandi, species concipiendi.

Imaginable cosa. Quod mente concipi potest, & sub cogitationem cadit.

Imán, piedra. Magnes, etis.

Imitar. Imitor, æmulor, aris. *Debemos imitar las virtudes de los Santos.* Sanctorum virtutes imitari debemus. Clarissimorum virorum exempla, præ oculis habeamus ad imitandum. Sanctorum vestigiis insistere oportet, eosque moribus, & vita referre. *Dime uno á quien tú hayas imitado.* Unum cedo auctorem tui facti. Cic.

Imitacion. Imitatio, æmulatio.

Imitador. Imitator, æmulator.

Imitable cosa. Imitabilis, e.

Impaciencia. Intolerantia, impatientia. æ. *Impaciente.* Impatiens, iracundus, proclivis ad iram. *Impacientemente.* Iniquo animo, ægrè, molestè, impatienter.

Impacientarse. Vide *Enojarse.*

Im-

Impassible. Doloris expers.

Impedir. Impedio, obsto, intercedo. *No impidais mis aumentos.* Ne meis commodis officias. Ne meis rationibus obstes. *Quien impide tus aumentos?* Quis tibi impedimento est, quin emergas? Quid moræ est, quin divitiis, & honore augeare? Quis obstat, quominus dignitatem acquiras? Quis moram affert, quo minus promovearis?

Impedimento. Impedimentum, obex, icis. Obstaculum, mora, æ.

Impenetrable. Impenetrabilis, invius.

Impensada cosa. Improvisus, a, um.

Imperar. Regno, as. Rerum potiri.

Imperio. Imperium, ii. *Tenerle.* Cæsarea potestate gaudere, imperare, dominari. *Mandar con imperio.* Impero, as. Imperiosè jubere.

Imperial cosa. Imperatorius, Cæsareus, Augustus, a, um. *Los imperiales.* Cæsariani. *Imperioso hombre.* Imperiosus, severus in imperando.

Imperceptible. Quod percipi non potest.

Imperfecta cosa. Imperfecta res, impolita, rudis, adumbrata, manca. *Imperfectamente.* Impolitè, rudi Minerva.

Impersonal. Impersonalis, e. *Impersonalmente.* Impersonaliter.

Impertinencia. Ineptiæ, arum. *Tengolo por impertinencia.* Ineptum hoc, & intempestivum censeo. Puto hoc ad rem non pertinere.

Impertinente. Importunus, intempestivus, ineptus. *Impertinentemente.* Ineptè, importunè, intempestivè.

Imperturbable. Impavidus, imperterritus.

Impetrar. Exoro, as. Impetro, as.

Impetracion. Impetratio, nis.

Impetu. Impetus, incursus, us. Vis.

Impetuoso. Violentus, rapidus, vehemens. *Opuseme al impetu de los enemigos.* Hostium vim excepi, impetum suscepi, sustinui, retardavi.

Impetuosamente. Cœco impetu, rapidè, ferociter.

Impio. Impius. *Impiedad.* Impietas, tis.

Impiamente. Impiè, inhumaniter.

Implacable. Implacabilis, inexorabilis. Qui placari non potest.

Imponer. Instruo, is. Vide *Ensayar.*

Imponedor. Instructor, hypocrita, æ.

Imposicion. Instructio, meditatio, nis.

Importar. Est, interest, refert. *Qué importa?* Quid interest? quid refert? Quid ad rem?

Importa mucho hacerse á buenas mañas. Magna interest, multum refert à teneris labori assuescere. *No te importa tanto, que.* Non tanti est, ut. *Creeme que importó.* Fuit tanti, mihi crede. *No te importa saber lo que yo quiero hacer.* Quid in animo habeam, non est à re tua ut dicam.

Importante cosa. Res magni momenti.

Tuvo por muy importante ganar al Corregidor. In maximo negotio habuit, beneficiis Prætorem demereri. Operæ pretium se facturum censuit, si gratiam à Prætore iniret. Rem magni momenti duxit, Prætoris voluntatem conciliare.

Importancia. Momentum, utilitas, pondus, gravitas rei. *Es de alguna importancia.* Momenti aliquid habet. Alicujus momenti est. *No es de mi importancia* Momenti non est. Nullius, aut parvi momenti est. *Esto es de grandisima importancia.* Maximi momenti hoc est. In eo cardo rei vertitur. Ex hoc omnia pendent. In hoc posita sunt omnia.

Importuno. Importunus, molestus. *Jesus, que hombre tan importuno!* Proh, hominem importunum, ac molestum!

Importunar con ruegos. Importunè aliquem urgere, importunis precibus obtundere, premere, vexare, oppugnare, occidere.

Importunidad. Importunitas, improbitas in petendo, aut exigendo.

Importunamente. Importunè, molestè.

Imposible. Impossibilis, e. Quod fieri non potest. *Imposibilidad.* Impossibilitas. Repugnantia, æ.

Impotente. Inhabilis ad generandum. Qui in re venerea perficere non potest.

Impotencia. Impotentia, infirmitas, tis.

Imprenta. Typographia, æ. Prælum, i.

Imprimir. Imprimo, is. *Libros.* Scripta typis mandare, prælo committere, subdere, supponere, subicere.

Impresor. Typographus, i.

Impresion. Impressio, editio, nis. *Esta es*

es la primera impresion. Hæc est prima editio. Nunc primum prodit liber.

Impresionarse de algo. Affici, moveri aliqua re.

Improbable. Improbabilis, e.

Impropio. Improprius, a, um. *Impropiedad.* Impropria locutio. Acyrologia, æ.

Impropiamente. Impropriè.

Imprudente. Imprudens, incautus, improvidus, inconsideratus.

Imprudencia. Imprudentia, inscitia, æ.

Imprudentemente. Imprudenter, temerè, inconsultè, inconsideratè.

Impugnar. Impugno, as. Adversor, aris.

Impulso. Impulsus, us. Impulsio, nis. *Tenia impulsos de vengarme.* Ad ultionem inclinabat animus. Ultionis desiderio flagrabam, ferebar.

Impuro. Impurus, impudicus.

Imputar. Vide *Achacar, y atribuir. Las cosas que me imputan.* Quæ mihi tribuuntur, imputantur, adscribuntur. Quæ in me conferuntur.

I ANTE N.

Inaccesible. Inacessibilis, e. Quo ascendi, vel aspirari non potest.

Inadvertencia. Inconsiderantia, æ. Imprudentia, æ. *Inadvertido.* Inconsideratus, imprudens. *Inadvertidamente.* Inconsideratè, per imprudentiam.

Inagotable. Inexhaustus, a, um.

Inanimado. Inanimus, inanimatus.

Incansable. Indefessus, infatigabilis.

Incapáz. Indocilis, inhabilis, e.

Incauto. Incautus, improvidus.

Incautamente. Incautè, temerè.

Incendio. Incendium, deflagratio.

Incentivo. Incitamentum, invitamentum, irritamentum, incitamen, inis.

Incesto. Incestus, us. Incestum, i.

Incestuoso. Incestu pollutus, incestus, a, um. *Incestuosamente.* Incestè.

Incidente. Casus in lite occurrens.

Inciense. Thus, uris. *Incensar.* Thus adolere, adhibere. *El altar.* Sacras aras thure obire, suffire, thuribulo lustrare. Thuribulum ad altare ducere.

Incensario. Thuribulum, i.

Incierto. Incertus, incompertus, inexploratus. Quod non constat.

Incertidumbre. Dubitatio, rei obscuritas, obscuratio, incertitudo.

Incitar. Incito, as. Incendo, impello, is. *Vos me incitais á esto.* Tu me, ut hoc facerem, incitasti. Tu mihi auctor, tu suasor fuisti. Consilio, & impulsu tuo feci.

Incitacion. Incitatio, instigatio.

Incitador. Impulsor, hortator, oris.

Inclemencia. Inclementia, æ. Duritia. *Del tiempo.* Intemperies, ei.

Inclinar la cabeza. Caput inclinare, demittere. *Inclinarle á las letras.* Ad studia aliquem hortari. *Inclinarse á la Filosofia.* Ad Philosophiam propendere, *Mas me inclino á creerlo.* Magis inclinat animus, ut credam.

Inclinado. Proclivis, propensus, pronus, inclinatus ad veniam. *Nuestra alma de suyo es inclinada á lo bueno.* Noster animus naturæ quodam studio ad honestatem inclinat, sponte sua ad virtutem vergit, propendet; sed corporis voluptatibus retinetur. *Bien inclinado.* Bonæ indolis homo. *Mal inclinado.* Perversus, ingenio malo, pravoque.

Inclinacion del cuerpo. Corporis inclinatio. *Del alma.* Propensio, facilitas. *Á la virtud.* Indoles, is. *Al vicio.* Proclivitas ad libidinem.

Incluir. Includo, is. Contineo, es.

Incluso. Inclusus, a, um.

Incomodidad. Incommodum, incommoditas, tis. Incommodatio. *Como no sea incomodidad vuestra.* Quod sine incommodo tuo fiat. Cic.

Incomparable. Incomparabilis. Cui nullus est comparandus. *Incomparablemente mejor.* Longè præstantissimus.

Incompatible. Quod cum alio consistere non potest.

Incomprehensible. Incomprehensus, incomprehensibilis. Quod hominis captum superat.

Incomunicable. Incommunicabilis, e. Quod communicari non potest.

Inconsideracion. Inconsiderantia, æ. Temeritas, tis. *Inconsiderado.* Inconsideratus, temerarius, inconsultus.

Inconsideradamente. Inconsideratè, In-

consultè, inconsultò, temerè.

Inconsolable. Inconsolabilis, e.

Inconstante. Inconstans, levis, e.

Inconstancia. Inconstantia, levitas.

Inconstantemente. Leviter, inconstanter.

Incontinente. Incontinens, Intemperans, proclivis ad libidinem.

Incontinencia. Incontinentia, æ. Proclivitas ad venerem.

Incontrastable. Inexpugnabilis, insuperabilis, inconcussus, invictus.

Inconveniente. Incommodum, i. *Que inconveniente hay en esto?* Quid obstat quominus hoc fiat. *Hay otro inconveniente, que, &c.* Accedit aliud incommodum, quod, &c.

Incordio. Panus inguinis. Bubo nis.

Incorporeo. Incorporeus, incorporalis, corporis expers.

Incorporar uno con otro. Unum cum alio miscere, commiscere, permiscere. *En algun Colegio, ó familia.* In Collegium, vel familiam hominem allegare, cooptare.

Incorporarse en la cama. Pectore tenus in lecto se erigere, residere.

Incorregible. Inemendabilis, e. *Tienenle por incorregible.* Pro eo habetur, ac si corrigi non possit.

Incorrupcion. Integritas, tis.

Incorrupto. Incorruptus, integer.

Incorruptible. Quod corrumpi non potest.

Incredulo. Difficilis ad credendum. Incredulus. *Incredulidad.* Difficultas ad credendum, incredulitas, tis.

Increible. Incredibilis, e. *Paréceos esto increible?* Numquid hoc vobis incredibile videtur? An putatis hoc fidem excedere, nec verosimile esse, nec dignum, cui sit habenda fides?

Increiblemente. Incredibiliter. *Increiblemente se huelga.* Vix credas, quantopere lætetur.

Inculcar una cosa, ó repetirla muchas veces. Aliquid inculcare, sæpius iterare, ingeminare, replicare.

Inculpable. In quem culpæ suspicio non cadit, à quo culpæ suspicio longè abhorrere debet. Vir summa integritate, singulari vitæ innocentia.

Inculto. Incultus, rudis, impolitus.

Incurable. Insanabilis, e. Cujus desperata curatio est.

Incurrir en la pena. Mulctam committere. *En descomunion.* Excomunicationis pœnam subire, excomunicationem incurrere.

Indecente. Indecorus, indecens, tis.

Indecencia. Indignitas, dedecus, oris. *Qué vergüenza! qué indecencia!* Ó propudium! ò dedecus!

Indecentemente. Indecorè, indecenter, turpiter, inhonestè.

Indecible. Inenarrabilis, infandus. Quod verbis exprimi non potest.

Indecisa cosa. Res injudicata. *Dexóle indeciso.* Nihil de ea re statuit. Rem injudicatam reliquit.

Indeclinable. Indeclinabilis, e.

Independente. Nulli obnoxius. Nulli addictus, devotus, devinctus.

Indeterminado. Indifferens, tis.

Indicar. Indico, as. Ostendo, is.

Indicio. Indicium, signum, argumentum.

Indicios daba de lo que tenia su corazon. Sermonis ansas dabat, quibus reconditos ejus sensus tenere possemus.

Indice del libro. Index, elenchus, i.

Indiferente. Indifferens, tis. Quod nec prodest, nec obest. *Estar indiferente.* In neutram partem propendere, *inclinare.* Neutri addictus esse. Dubium, mediumque se partibus præstare. *Indiferente estoy para todo lo que viniere.* Æquo animo, quodcumque obvenerit, excipiam.

Indiferencia. Æquitas animi. Indifferentia, æ. *Consultar un negocio de grandisima importancia con indiferencia.* De re maxima æquo animo deliberare. *Lo que me amonestas, que me porte con indiferencia, mientras pudiere, me parece bien.* Quod me mones, ut me integrum, quoad possim, servem, gratum est. Cic.

Indiferentemente. Indifferenter, indiscriminatim, nullo discrimine.

Indigesto. Crudus, i. Qui non concoquit.

Indigestion. Cruditas, tis.

Indignarse. Indignor, aris. Stomachor, aris. Irascor, eris. *Esto me indigna.* Hoc mihi stomachum movet, bilem com-

commovet, iram suscitat.

Indignado. Commotus, iratus.

Indignacion. Indignatio, stomachus, i.

Indigno. Indignus, a, um.

Indignidad. Indignitas, dedecus, oris.

Indignamente. Indignè.

Indirectamente. Indirectè, obliquè.

Indiscreto. Imprudens. *Indiscrecion.* Imprudentia. *Indiscretamente.* Imprudenter.

Indisoluble. Indissolubilis, e.

Indispensable. Quod legibus solvi non potest. In quo dispensare non licet.

Indisposicion. Valetudinis infirmitas. Invaletudo, affectio, nis.

Indispuesto. Languidus, æger, gra, um.

Individuo. Individuum, i. *Mirar por el individuo.* Valetudinem tueri.

Indivisible. Individus, a, um.

Indocto. Vide *Idiota.*

Indomable. Indomabilis, e.

Indomito. Indomitus, ferox, cis.

Indubitable cosa. Res certissima, quæ in dubium vocari non potest.

Indubitablemente. Haud dubiè.

Inducir. Suadeo, hortor, induco, is.

Inducimiento, ó induccion. Hortatus, us, suasio, consilium, inductus, us.

Inducidor. Suasor, hortator, oris.

Indulgencia. Venia, æ. Pœnæ remissio.

Indulto. Indulgentia, immunitas, tis.

Industria. Industria, sagacitas, solerti a.

Industriar. Instruo, is.

Industrioso. Industrius, sagax, solers, ti s.

Inefable. Ineffabilis, e. Quod verbis exprimi non potest.

Inepto. Ineptus, inhabilis, e.

Inescrutable. Quod scrutari non licet.

Inestimable. Inæstimabilis, e. Quod nullo pretio comparari potest.

Inevitable. Fatalis, ineluctabilis.

Inexcusable. Necessarió subeundus.

Inexorable. Inexorabilis, implacabilis, e.

Inexplicable. Inexplicabilis, e.

Inexpugnable. Inexpugnabilis, e. *Temian el Castillo por inexpugnable.* Arx perinde habebatur, ac si expugnari non posset.

Infalible. Certissimus, omninò certus. Quod fallere, aut abesse non potest.

Infaliblemente. Haud dubiè, sine dubio. Certè, utique, nimirum.

Infamar á uno. Infamiæ, aut turpitudinis notam alicui inurere. Infamia aliquem notare. Labem ejus nomini inspergere. Famam ejus obscurare, sugillare, dignitatem lædere, existimationem labefactare, violare. *Está muy infamado.* Gravi & diuturna flagrat infamia. Inhæret ipsi labes nunquam eluenda, dedecus inexpiabile. Infamia notatus est. Famosi de illo rumores dissipantur. Malè audit apud cives.

Infame. Infamis, famosus, ignominia notatus, infamiæ labe aspersus.

Infamia. Infamia, æ. Nota turpitudinis. Ignominia, æ. Famæ macula.

Infamemente. Turpiter, ignominiosè.

Infante. Infans, tis. *Hijo del Rey.* Regis filius post Principem natus. *Infanta.* Regis, & Reginæ filia.

Infantes en la guerra. Pedites. *Dos mil Infantes.* Duo milia peditum.

Infanteria. Phalanx, gis. Peditatus, us. Pedestres copiæ.

Infanzon. Heros, ois.

Infatigable. Vide *Incansable.*

Infecundo. Infecundus, sterilis, e.

Infeliz. Infelix, cis. Infaustus, calamitosus, miser, ærumnosus.

Infelicidad. Vide *Desdicha.*

Inferior. Inferior, is. *Á ninguno es inferior en el valor.* Virtute nemini inferior, nemini cedit. Animi præstantia nemini secundus.

Inferir. Infero, rs. *De aqui se infiere, que no puede, &c.* Hinc fit, efficitur, conficitur, colligitur, concluditur, sequitur non posse, &c.

Infestar. Infesto, as. *La costa de España.* Hispaniæ oram infestam habere. *Caminos infestados de ladrones.* Infestæ latronibus viæ.

Inficionar. Inficio, is. Vitio, as.

Infiel, Gentil. Ethnicus, i. *Desleal.* Infidelis, infidus, a, um.

Infidelidad á Dios. Impietas, tis. *Al amigo.* Infidelitas, perfidia, &c.

Infielmente. Infideliter, infidè.

Infierno. Inferni, orum. Orcus, i. Tartarus, i. Tartara orum. Infernus, i. Infe-

ferorum sedes, regio. *Irse al Infierno.* Ad inferos detrahi, detrudi, devolvi, dejici, præcipitari, præcipitem agi, deturbari. *No quiero infernar mi alma por pocas cosas.* Nolo vilis lucri causa æternis suppliciis affici, pœnis addici sempiternis, æterna morte mulctari.

Infernal cosa. Infernus, a, um. Tartareus, teterrimus, execrandus.

Infimo. Infimus, a, um.

Infinito. Infinitus, innumerus, interminatus. Innumerabilis, immensus. *Infinidad.* Infinitas, immensitas. *Infinitamente.* Infinitè, sine fine.

Inflamar. Inflammo, as. *Inflamarse la llaga.* Vulnus tumore ardere, flagrare, acriter intumescere, inflammari.

Inflamacion. Inflammatio, tumor ardens.

Inflexible. Inflexibilis, e.

Influir. Influo, is. Ago, efficio, is. *No influyó en eso.* Nihil ad eam rem contulit. *El Cielo influye en la tierra.* Cœli vim, ac virtutem terra sentit, ejus influentia afficitur. Cœli vis in terram influit.

Influencia, ó influxo. Efficientia, æ. Efficacia, æ. Efficacitas, actio, vis.

Informar á uno. Hominem de re doceo, edoceo, erudio, certiorem facio. *Informarse de alguno.* Ex aliquo quærere, exquirere, sciscitari. Illum de re interrogare. *Si eres Juez, informate.* Si judicas, cognosce. *Ya estoy informado de lo que pasa.* Res gesta ad me delata est. Omnia mihi cognita sunt, & explorata. *Informarse de quien es Fulano, qué hacienda tiene, y quántos años.* Inquirere in aliquem, in ejus patrimonium, & annos. *Informarse de su vida, y milagros.* In acta ejus inquirere.

Informacion. Quæstio, inquisitio. *De testigos.* Interrogatio testium. *Hácese informacion de vuestra vida.* In vitam tuam inquiritur. *Parece que se ha hecho bastante informacion.* Satis quæsitum esse videtur.

Informante. Quæsitor, oris.

Informe. Testimonium, ii. *Mentir en el informe.* Mentiri pro testimonio. *Informe cosa.* Informis, e.

Infortunio. Vide *Desdicha.*

Infundir. Infundo, is. *La naturaleza infunde amor á los hijos.* Insitus est parentibus mirus quidam amor in filios.

Librarle de peligro. Periculo aliquem liberare. Laqueis illum explicare, expedire, ex periculo eripere, à vi, & hoste incolumem præstare. *Librarse de enfado.* Molestia defungi, se expedire. Molestiam depellere.

Librarle de la infamia. Nota aliquem eximere. Infamiam ab illo propulsare. *Bien habeis librado.* Benè, præclarè tecum actum est. *No sois el peor librado.* Non pejori, quàm cæteri, conditione evasisti.

Á bien librar, por la guerra serás Capitan. Summum, si militiam sequaris, centuriæ præficieris. *Á bien librar, por eso te desterrarán.* Minimùm, ob hanc causam exulabis. *Dios me libre de eso.* Absit hoc à me. Dii meliora. Ne Deus siverit.

Librar dinero. Tessera nummaria syngrapham alicui dare, qua exhibita pecuniam accipiat.

Libranza. Tessera nummaria, syngrapha.

Libre. Liber, a, um. *De lengua.* Liberius dicax, petulanti lingua. *De las prisiones.* Vinculis solutus, expeditus. *Libre soy, y á nadie sujeto.* Ingenuus sum, & mei juris. *Libre de cuidados.* Curis vacuus.

Libre, que fue esclavo. Libertus, i.

Libre alvedrio. Libera voluntas, liberum arbitrium. *Libremente.* Liberè, audacter.

Librèa. Vestis discolor, polymita.

Libro. Liber, i. Volumen. *Nuevamente impreso.* Nuper excussus. Nunc primum prodit. Vide *Componer, ó imprimir.*

Libro de cuentas. Codex accepti, & expensi. *Libro de caxa.* Rationarium, ii. Rationum liber. *Libro de memoria.* Commentarius, vel commentarium, ii. *Manual.* Enchiridium, ii. *Comenzar libro nuevo.* Novam viæ rationem instituere.

Librillo. Libellus, i.

Librero que vende libros. Bibliopola, æ. *Que los escribe.* Librarius, ii. *Que los enquaderna.* Bibliopegus, i.

Libreria. Bibliotheca, libraria æ.

Licencia. Venia, copia, æ. Facultas, potestas, tis. *Darla.* Veniam dare, concedere. Copiam, facultatem, potestatem alicui dare, facere. *Licencia te doy para irte.* Per me tibi abire licet. Facio tibi abeundi potestatem. *Con licencia de Vm.* Pace tua. Bona tua venia.

Licencia, que uno se toma. Licentia, æ. Immodica libertas. *Con la licencia que se toman de mentir, me echan á mi la culpa.* Pro ea, quam sibi sumunt, mentiendi licentia, culpam in me conferunt. *Tomóse mucha licencia.* Immodica liberalitate abusus est.

Nuestra escuela nos da licencia para de-

defender qualquiera cosa probable. Nobis nostra schola magnam licentiam dat, ut quodcumque maximè probabile occurrat, id nostro jure defendere liceat. Cic.

Licenciaod. Prolyta, æ. Licentiatus. In secundo litterarum gradu, & honore constitutus. Doctoribus, & magistris proximus, suppar. *Primero en licencias.* Qui palmam in hoc honoris gradu cæteris præripuit, primasque tulit, reliquis prælatus.

Licencioso. Licentior, licentiosus.

Licenciosamente. Licentiùs, prælicenter, audacter. *Para hablar mas licenciosamente.* Ut licentiùs garritet. Quò impuniùs dicax esset. Cic.

Licion. Vide *Leccion.*

Licita cosa. Licitus, a, um. *Licito es.* Licet, licitum est. Fas est.

Licitamente. Jure. *Puede licitamente quedarse con eldinero.* Licet illi retinere pecuniam. Jure pecuniam retinere potest. Jus habet retinendi pecuniam.

Licor. Liquor, oris. Latex, icis.

Lid. Certamen, contentio, nis.

Lidiar. Contendo, is. Altercor, aris.

Liebre. Lepus, oris. *Pequeña.* Lepusculus. *Diòme gato por liebre.* Fucum mihi fecit. Palumbem dedit pro columbo.

Lienzo. Linteum, ei. *De narices.* Vide *Pañuelo. Lienzo de pared.* Continuus, & longus parietis ductus.

Liendre. Lens, dis.

Liga para cazar. Viscus, i. *En la plata.* Mixtura æris. *De la plata.* Periscellis, dis. Fascia cruralis, vel crurulis.

Liga, ó confederacion. Fœdus, eris. *Los coligados.* Fœderati, orum.

Ligar. Ligo, as. Vide *Atar.*

Ligadura. Ligamen, ligamentum.

Ligero. Velox, pernix, icis. Celer, eris. Agilis, citus, a, um. *Ligero de cascos.* Homo levis, levi sententia. *Carga ligera.* Onus leve. *Armados á la ligera.* Leviter armati.

Ligeramente. Celeriter, leviter.

Ligereza. Velocitas, celeritas, pernicitas, agilitas, tis.

Lilio. Vide *Lirio.*

Lima, ó limon. Malum medicum.

Lima para limar. Lima, æ. Scobina.

Limar. Limo, as. Elimo, as. *Limar lo escrito.* Scripta castigare, perpolire, perficere, ad limam revocare, ursino more fingere.

Limaduras. Ramenta, orum. Scrobs, bis.

Limbo. Limbus, i.

Limites. Limes, tis. Modus, terminus, i. *Sin limite.* Sine modo, indefinitè.

Limitar, poner limite. Definio, is. Limito, as. Restringo, is. Modum statuere, adhibere. *Limitacion.* Limitatio, definitio, nis.

Limon, arbol. Malus medica.

Limonada. Promulsis, dis.

Limosna. Eleemosyna, stips, is. *Pedirla.* Eleemosynam petere, rogare, corrogare. Stipem ostiatim cogere, panem quæritare. *Darla.* Eleemosynam largiri, eregare. Stipem conferre. Pauperum inopiam sublevare. Egenis succurrere, subvenire, opem ferre, opitulari. *Vivir, ó sustentarse de limosna.* Aliena misericordia vivere. Tristi mendicitate vitam trahere, producere. Emendicata stipe vitam degere, tolerare.

Limosnero de oficio. Ab eleemosynis.

Hombre limosnero. In pauperes liberalis, benignus, munificus.

Limpio. Mundus, lautus, purus, defœcatus, purgatus, limpidus.

Limpieza. Munditia, mundities, ei.

Limpiamente. Purè, sincerè, integrè.

Limpiar. Mundo, as. Eluo, is. Purgo, expurgo, as. Detergo, abstergo, is. *Las narices.* Nares emungere.

Limpiar la Ciudad, ó caminos de ladrones. Latrones ex urbe ejicere, expellere. Latronum sentinam exhaurire. Infestam itineribus grassatorum manum abigere, avertere, fugare. Á latrociniis itinera tuta reddere.

Limpiarse de lo que le achacan. Purgare se ab imposito, & commentitio crimine. Calumniam contundere, obterere.

Limpio de calentura. Febri prorsus carens. Febris expers. *No se limpia de calentura.* Non omninò febri caret. Febris ab eo prorsus non decedit. Nonnulla febris vestigia manent.

Limpio de linage. Sine ulla generis macula. Ex antiquissima majorum laude ab

ab omni, vel Judaicæ superstitionis, vel hæreticæ impietatis labe purus. *Esto me queda en limpio.* Deductis expensis, vel pensione soluta hoc mihi reliquum, vel residuum est.

Linage. Genus, eris. P[illegible]es, familia, gens, stirps, pis. *Es de ilustre linage.* Claris ortus parentibus, avis, majoribus. Honesto, vel illustri loco natus. Nobili genere, ex nobili familia, clara stirpe. Regia progenie, ex antiquissima familia. Clarus majorum imaginibus. Codro generosior, & Sparta. Cera, & ære nobilis.

Es de baxo linage. Loco humili natus est, obscurus ortu, nulla commendatione majorum, nullis imaginibus, nulla majorum laude commendatus. Infimæ conditionis homo, infimi ordinis. Ignobilis, obscurus, terræ filius. Ex infima plebe, è reipublicæ fece. Vili projectus in alga.

Linajudo. Jactor generis sui.

Linaza. Lini semen.

Lince. Lynx, cis. *Quién hay tan lince, que en tantas tinieblas no tropiece?* Quis est tam linceus, qui in tantis tenebris nihil offendat? Cic.

Linde, ó lindera. Limes, itis. Confinium, ii. *Lindar una heredad con otra.* Agrum agro confinem esse, contiguum, conterminum.

Lindo. Bellus, a, um. Pulcher, elegans.

Lindamente. Bellè, pulchrè.

Lindeza. Vide *Belleza.*

Linea. Linea, æ. *Descender de alguno por linea recta.* Recta linea ab aliquo originem ducere.

Lino. Linum, i. *Muy delgado.* Byssus, Carbasus, i. *Cosa de lino.* Lineus, a, um. Bissinus, carbasinus, carbaseus.

Linero. Linarius, ii. Linopola, æ.

Liño en las viñas. Ordo vitium. *Entreliño.* Interordinium, ii.

Lintel. Superliminare, is. Limen superius. Hyperthirum, i.

Linterna. Laterna, æ. *El que la lleva.* Laternarius, ii.

Lio, ó fardo. Onus colligatum. Sarcina, æ. *Hacer los lios.* Onera colligare. Sarcinas conficere.

Liquido. Liquidus, fluidus. *Hacerse liquido.* Vide *Derretirse.* *Liquidar la paga.* Solutionem explicare.

Liras. Carmen liricum.

Lirio blanco. Lilium, ii. *Lirio cardeno.* Iris, dis. *Amarillo.* Hemerocallis, is. *Colorado.* Narcissus, i.

Liron. Glis, ris. *Duerme como un liron.* Altum dormit. Arcto somno tenetur. Endymionis somnum dormit.

Lisa cosa. Lævis, e. Lævigatus, lubricus. *Lisura.* Lævitas. *Con poca lisura me tratais.* Haud candidè mecum agis.

Lisiar. Lædo, is. Elido, is. *Lisiado.* Læsus, luxatus, debilitatus.

Lisongear. Assentor, adulor, aris. Ad gratiam, & voluntatem alicujus loqui. Gratiam ejus blanditiis aucupari. Verborum lenociniis aliquem petere, captare.

No lo digo por lisongearte. Non hoc auribus tuis do.

Lisonja. Assentatio, adulatio. *Lisongilla.* Assentatiuncula, æ. *Gusta de la lisonja.* Gaudet assentatiunculis. Verborum blanditiis capitur. *Esas lisonjas bellaqueria son.* Assentationes istæ non longè absunt à scelere. Cic.

Lisonjero. Assentator, adulator. *No solo no gusto de lisonjeros, pero ni aun los puede ver.* Non modò assentatoribus non arridet, sed ne vultum quidem eorum ferre potest. Adulatorum gestibus etiam succenset, tantum abest, ut arrideat.

Lista. Census, us. Catalogus, i. *Ponerlo en lista.* In censum aliquem referre. *Borraronle de la lista de los culpados.* Exemptum est de reis nomen ejus.

Lista en la tela. Licium, aut linea diversi coloris. *Listada tela.* Virgata vestis, variata, polymita.

Liston. Fasciola, æ. Lemniscus, i.

Listo. Vide *Solicito.* *Qué listo anda!* Ut satagit, & hac, atque illac volitat! Quàm celeriter ultrò, citròque recursat!

Litéra. Lectica, æ. *Los que la llevan.* Lecticarii. *Andar en litéra.* Lectica vehi, ferri, vectari. *Palos de litéra.* Asseres, um.

Litigar. Vide *Pleytear.*

Litigante. Litigator, oris.

Liviano. Levis, ventosus, vanus.

Liviana muger. Libidinosa mulier.

Livianamente. Leviter. Levi de causa.

Li-

Liviandad. Levitas, inconstantia, æ. *En amores.* Libido, inis.

Livianos. Pulmo, onis.

Lizo para urdir. Licinium, ii.

L ANTE L.

Llaga. Vulnus, eris. Plaga, æ. *Llaga vieja.* Ulcus, eris. *Incurable.* Insanabile. Chironium vulnus. *Que hace materia.* Purulentum, suppuratum. *Señal de la llaga.* Cicatrix, cis. *Llagar.* Vulnero, saucio, as.

Llama. Flamma, æ.

Llamarada. Flammæ impetus.

Llamar. Voco, as. Arcesso, accerso, accio, is.

Por su nombre. Appello, as. *Llamóme bufón.* Scurram me appellavit. *Como te llamas?* Quod est tibi nomen, qui vocaris? *Llámome Pedro.* Petrus appellor. Petrus, vel Petro mihi nomen est.

Llamar á la puerta. Fores, vel januam pulsare. *Á voces.* Inclamo, as. *Llamar al Medico.* Medicum arcessere, accersere, adducere, adhibere. *Llamarle aparte.* Hominem sevocare, seducere. *De donde está, ó reside.* Aliquem evocare. *Vino llamado de su padre.* Accitu patris advenit. *Sabes para qué te envié á llamar?* Scis qua gratia te arcesserim?

Llamar á Consejo. Concilium, vel Senatum vocare, convocare, cogere.

Llamóle Dios á la Religion. Deus illi hanc mentem injecit, illum impulit, ut Religiosam vitam susciperet. Divino aspiranti numine, religionis portum tenuit.

Llamamiento. Vocatus, us. Accitus, us. *Llamamiento de Dios.* Cœlestis impulsus, mens à Deo injecta.

Llana de albañil. Trulla, æ.

Llano. Planus, æquus, a, um.

Es hombre llano, sin doblez, ni malicia. Candido est, ac simplici animo, moribus antiquis, doli inscius, fraudis expers, minimè versutus, nulla simulatione tectus. Simplici, & aperta veritate gaudet. Ab illo dolus, & simulatio longè abest, prorsus abest.

Llanamente. Planè, simpliciter, candidè, sine fuco, ac fallacia. *Diré llanamente lo que siento.* Dicam ex animo quod sentio. *El, como era tan llano, no supo dissimular.* Ille, ut fuit semper apertissimus, non celavit, sed indicavit.

Llaneza. Simplicitas, facilitas, tis.

Llanura. Planities, ei. Æquor, oris.

Llanta, especie de berza. Cauliculus, i.

Llantén, yerva. Plantago, nis.

Llanto. Planctus, us. Plangor, is. Ejulatus, ploratus, ululatus, us. *Sobre muerto.* Lessus, us. *Hacerle.* Plango, is. Lamentor, aris.

Llares. Climactères, um.

Llave. Clavis, is. *Contrahecha.* Adulterina. *Llave de fuente.* Epistomium, ii.

Llave maestra. Clavis ad seras omnes reserandas habilis. *Sobrellave.* Superior clavis, communi superaddita. *Esta es la llave de todo.* Claustra hic imperii sita sunt. Hæc summa rerum est. *La llave de Italia.* Italiæ claustrum.

Llavero. Claviger annulus.

Llegar. Accedo, is. Devenio, pervenio, aspiro, as. *No pueden llegar á hablarle, por estar tan ocupado.* Ad illum propter occupationem aspirare nemo potest. Cic. *Llegame esto al alma.* Hoc me altè pungit, valdè cruciat. *No llega á la agudeza de Marcial.* Nihil ad Martialis acumen. *Parecese mas á Virgilio, pero no llega á él con mucho.* Virgilio proximus accedit, sed longo intervallo tamen proximus. *No pueden llegar á aquella bizarria.* Ad eam laudem aspirare non possunt. Cic.

Llegamos á tratar de concierto. Producti sumus, ut de fœdere, vel pretio ageremus. *Llegó á lo mas que pudo su virtud.* Omnia summa, virtute duce, consecutus est.

Llegada. Accessus, us. Adventus, us.

Lleno. Plenus, refertus. *En la casa llena presto se guisa la cena.* In domo abundanti facilè cœna paratur.

Llenar. Impleo, expleo, repleo. *De borra.* Tomento farcio, refercio. *No me llena eso.* Non mihi satisfacit. Non usquequaque placet. Non respondet optatis, neque aures implet. Nonnihil in eo requiro, vel desidero. *Llenóle el ojo.* Placuit illi omnino. *Llenar el puesto que tiene.* Parem esse dignitatis fastigio, Offi-

cil.

cii partes explere. *Llenar el vacio de otro.* Alterius vices explere. Antecessoris laudem adæquare *Llenóle las medidas.* Par pari retulit. Vices rependit. Debitam illi gratiam retulit.

Llevar. Fero, rs. *Cosa de peso.* Porto, importo, as. *Á caballo, en carro, ó nave.* Veho, adveho, aveho, is. *Al rededor.* Circumago, ciacunfero, rs. *Llevar hurtando.* Aufero, averto, surriplo. *Guiando, ó acompañando.* Duco, deduco, is. *Llevarle por fuerza.* Hominem abducere, obtorto collo trahere.

Llevar adentro. Infero, introfero, induco. *Delante.* Præfero. *Llevar adelante lo comenzado.* Inceptum persequi. *La suya.* Sententiam suam pertinaciter defendere, tueri. *Mas amigos de llevar la suya adelante, que la verdad.* Contentionis cupidiores, quam veritatis. *Mal llevó esto su padre.* Molestè id pater tulit. Graviter, & iniquo animo tulit. *Mal se llevan estos hermanos.* Malè convenit inter fratres, invicem aversantur. Uterque alteri molestus est.

Llevóse el aplauso. Plausum omnium tulit. *No me llena eso.* Nihil ista me movent, neque his capior illecebris. *No te dexes llevar de malos consejeros.* Ne prava aliorum consilia te auferant.

Lleva mucho trigo esta tierra. Hic ager tritici ferax est, abundè frumenti fert. *Lleva mucha agua el rio.* Tumidus amnis fluit, latè fluit, pleno alveo exundat, difluit. *Lleva poca agua.* Angustè fluit amnis.

Llevar la nave á jorro. Remulco navem trahere. *Las cabras al monte.* Agere caprellas in montem.

Llevóme un real de pena. Drachmam mulctæ nomine à me exegit. *Llevóse su merecido.* Digna tulit factis. Eodem bibit poculo. Dedit malum, & accepit.

Llevar Catedra, ó Prebenda. Cathedram, aut præbendam consequi, obtinere. Cæteris in petitione Cathedræ præferri. *Toda la hora me llevó este punto.* Hujus rei disputatio exhausit, & quodammodo absorbuit orationem meam.

Llevadera cosa. Tolerabilis, e.

Llorar. Lacrymor, vel lacrymo, as. Ploro, fleo. Lacrymas fundere, profundere. *Llóro mi desdicha.* Meam vicem lugeo, casum defleo, deploro. *Me haces llorar con eso.* Me in eundem lectum vocas. Eo mihi fletum excitas. *Dexa de llorar.* Modum lugendi fac. Lacrymas comprime. Parce lacrymis nihil profuturis. Noli lacrymis assiduis contabescere.

Llorar el niño. Vagio, is.

Llorar á gritos. Ejulo, ululo, as.

Llero ó llanto. Fletus, us. Ploratus, us.

Llero de niño. Vagitus, us.

Lloron. Plorabundus. In fletu nimius.

Lloroso. Lacrymans, lacrymosus.

Llover. Pluo, is. *Mucho ha llovido estos dias.* Copiosa his diebus pluvia decidit, maxima fuit imbrium vis. Assiduos imbres habuimus. Assiduè, & copiosè pluit.

Temo no le llueva acuestas. Vereor ne malo suo hæc moliatur; ne quas parat compedes ipse gestet; ne quam aliis machinatur, illum pestis conficiat.

Llovizuar. Tenuiter pluere.

Llueve sobre mojado. Post verbera objurgatio. Post bellum tumultus.

Lluvia. Pluvia, æ. *Grande.* Imber copiosus, largus, densissimus.

Llovediza agua. Aqua pluvia, pluvialis, pluviatilis.

Lluvioso. Pluvius, pluviosus, a, um.

L ANTE O.

Loa. Laus, dis. *De comedia.* Prologus, i. Præludium, ii. Vide *Alabanza.*

Loar. Laudo, as. Vide *Alabar.*

Loable. Laudabilis, laude dignus.

Loablemente. Laudabiliter.

Loba, vestido. Tunica talaris. *De pretendiente.* Distincta toga.

Loba, animal. Lupa, æ.

Lobo. Lupus, i. *Lobo cerval.* Chaus, i. *El lobo, y la vulpeja ambos son de una conseja.* Magna inter molles concordia. Improbi in malum facillè conspirant. *Ha visto las orejas al lobo.* Insidias prospexit.

Lobanillo. Carbunculus, i. Spongiosus tumor.

Lobrego. Obscurus, tenebricosus.

Lobreguéz. Vide *Escuridad.*

Loco. Amens, tis. Demens, vecors, vesa-

sanus, insanus. *Loco de amor, y de miedo.* Homo audacia furens. *Loco furioso.* Fanaticus, furiosus, furibundus. *Es loco perenal.* Perpetua amentia laborat.

Loco se vuelve por esto. Hoc ad insaniam concupiscit. *Está loco.* De potestate mentis abiit. Desipit, insanit, debacchatur. Cerebrum illi non est. Elleboro indiget. *Cada loco con su tema.* Suum cuique studium maximè probatur. *Cada uno es loco por su camino.* Nemo est, qui non aliqua re desipiat. Sua cuique insania est, neque omnibus eadem. *Tú no eres loco de atar, qué haces esto?* Tu non es constringendus, qui hac audacia es, & stultitia? *Vuelvesme loco.* Adigis me ad insaniam. Furorem mihi suscitas. Furere me cogis. *Un loco hace ciento.* Pernicioso unius exemplo plures corrumpuntur. Tumultuosa unius voce seditio conflatur, concitatur, commovetur.

Locura. Amentia, dementia, insania, stultitia, æ. *Locura furiosa.* Furor, is. *No sé qué locura le ha dado.* Nescio quæ hominem intemperiæ tenent, vel quibus agitantur intemperiis. *Qué locura te tomó?* Quæ te dementia cepit? Quis te tantus furor invasit? Quo furore correptus, œstrove insaniæ percitus es? *No hay sacarle de su locura.* Nemo illum à concepto furore revocare potest.

Locamente. Stultè, insanè, stolidè.

Loquear. Desipere, insanire.

Locutorio de Monjas. Locus ad colloquia cum sanctimonialibus destinatus.

Lodo. Lutum, cœnum, i. *Cosa de lodo.* Luteus, a, um. *Enlodado.* Lutosus, lutulentus. *Ponerle á uno de lodo.* Conviciis aliquem fœdare.

Lodazal. Locus lutulentus, cœnosus.

Lo demás. Cæterum, cæteroqui. *Sino es el no estar contigo, lo demás lo pasé muy á mi gusto.* Præterquamquod sine te, cæterum satis commodè me oblectavi. *Lo demás á mi no se me da nada.* Ego cæteroqui æquo animo fero. *La demás gente.* Cætera turba. Reliqua multitudo. *Los demás.* Cæteri, reliqui.

Logica. Logice, es. Logica, æ.

Logico. Logicus, dialecticus, i.

Logrobecerse, ó lobreguecerse. Vide *Escurecerse.*

Logro. Lucrum, fœnus, oris. Usura. *Dar dinero á logro.* Pecuniam fœnerari, vel fœnerare. Fœnori pecuniam dare, fœnore occupare. In fœnore nummos collocare. *Tomar á logro.* Pecuniam ab aliquo fœnerari, fœnori accipere. *Dinero dado á logro.* Pecunia fœnebris. *Dias de la paga de los logros.* Fœneralia, ium.

Lograr sus prendas. Ingenii dotibus egregiè uti. Naturæ dona optimè collocare. *Lograr su dicha.* Fortunæ bonis, vel parta felicitate, diù gaudere, potiri.

Lograrse. Longam, & beatam vitam agere, ducere, vivere. *Bien logrado va.* Satis diu, fortunatèque vixit. *Los estremados no se logran.* Immodicis brevis est ætas.

Logrero. Fœnerator, usurarius.

Loma de algun cerro. Collis perpetuus.

Lo mas. Summùm, plurimum. *Lo mas del tiempo gasto en estudiar.* Plurimum ætatis, maximam temporis partem studiis impendo. *Lo mas que puede dar.* Summum quod dare, vel præstare potest. *Lo mas presto que puedas.* Quàm primum. Quàm ocyssimè. Quàm maxima celeritate. *Lo mas que puedo acordarme.* Quoad longissimè potest mens mea respicere spatium præteriti temporis. Cic.

Lombriz. Lumbricus, i.

Lombriguera, yerva. Abrótonum, i.

Lomo. Lumbus, i. *Tiene buenos lomos.* Robusta habet latera.

Longaniza. Lucanica. Farcimen.

Lonja de mercaderes. Mercatorum porticus. *De tocino.* Carnis porcinæ segmentum, petaso, nis.

Loor. Vide *Alabanza.*

Lo que. Quod. §. *Á veces es* Illud quod, *como quando decimos*: Lo que tiene de. Lo bueno, ò malo es que, v. gr. *Lo que tiene de bobo es, que cree facilmente.* Illud ei stultitiæ vertas, quod credulus est. *Lo que tiene de malo es, que por un dicho perderá un amigo.* Illud in eo vituperes, quod unius joci gratia amicum exturbat. *Lo malo es, que piensa que se lo dicen por mal.* Illud ægrè feras, quod invidiosè sibi dictum putat. §. *Despues de verbos de entendimiento, y de lengua.* *LO QUE, no es* Quod, *sino* Quid. *No te he dicho ya lo que has de hacer?* Edixine ti-

tibi, quid facto opus sit? *Ya sé lo que quieres.* Scio quid velis. *Estás en lo que has de responder?* Tenes quid respondere te oporteat? §. *Á veces es* Quàm, ò quantum. *Mira lo que dexas atrás.* Respice quantum post te reliqueris. *Considera lo que emprendes.* Intuere quantum petas. *Si supieras lo que te estima.* Si scires quanti te faciat. *Quisiera que le dieses á entender lo poco que á mi se me da de eso.* Vellem ex te intelligeret, quàm id non curem.

Lo que (de quien se admira.) Ut, Quàm. *Lo que tuvimos que vencer en tu modestia!* Quàm diu luctandum nobis fuit cum modestia tua! *Lo que repite un Consul, y un Antonio!* Quàm frequenter usurpat, Consul, & Antonius! *Lo que se enfada de oir alabar á sus iguales!* Ut invidet æqualium laudibus!

Lo que has de hacer (de quien aconseja.) Omnino oportet. Magnopere censeo. Auctor tibi sum. *Lo que has de hacer es pedirle perdon.* Omnino oportet, veniam ab eo petas. *Lo que has de hacer es apartarte de él.* Congressum ejus omnino vites censeo. *Lo que has de hacer es dexarlo.* Auctor tibi sum, ut desistas. Magnopere censeo desistas. §. *Quando se dice con ironia se dice.* Cave, si sapis. *Lo que has de hacer es irselo á decir.* Cave si sapis, rem ad illum deferas. *Lo que has de hacer es reirte.* Cave, si sapis, rideas.

Loquear. Vide *Loco.*

Loriga. Lorica, æ.

Los demás. Cæteri. Vide *Lo demás.*

Los mas. Plerique, pleræque, pleraque.

Losa. Leve saxum. Quadratus lapis. *Enlosado.* Lapididibus quadris stratum. *Losa de sepulcro.* Sarcophagus, Assius lapis.

Lo uno porque. Primum quia. *Lo otro porque.* Deinde quia. Tum quia. *Merece el castigo, lo uno por descuidado, lo otro por mal hablado.* Pœna afficiendus est, cùm ob negligentiam, tum ob maledicentiam. Pœnas dare debet, vel incuriæ, vel probri.

Lozano. Vide *Bizarro.* *Qué lozanos están los trigos!* Ut segetes luxuriant! Quæ segetum luxuries!

Lozania. Vide *Bizaría.*

L ANTE U.

Lucha. Luctatio, colluctatio, palestra, lucta, æ. *Luchar.* Luctor, aris. Colluctor. *Luchador.* Luctator, athleta, æ. *Arte de luchar.* Ars palæstrica. *El que la enseña.* Palæstricus, palæstrita, æ.

Luego al punto. Statim, continuò, illicò, è vestigio, actutum, confestim. *En viendome, luego se turbó.* Ubi me aspexit, statim commotus est, illicò expalluit, continuò vultus ejus immutatus est. §. *Luego de aquí á un poco.* Mox jam, citò, brevi. *Luego volveré á verle.* Mox revisam illum. *Luego iré allá. Luego voy.* Citò tecum ero. Jam propero, tibi ut obsequar. *Luego te cansas, y lo dexas.* Brevi lassaris, & cessas. Citò deficis, & desinis.

LUEGO (en orden.) Deinde, tum, postea. *Primero entraste tú, luego yo, y los demas.* Primùm, tu ingressus es, deinde ego cum reliquis. §. *Á veces es nota de ilacion, y en Latin*, Ergo. *Si los que no codician son dichosos: luego los que codician, infelices.* Si hi, qui nihil cupiunt, sunt beati: ergo qui cupiunt, miseri. *Luego ninguno hay que no tenga trabajos. Ninguno.* Nemo ergo non miser. Prorsus nemo. Cic.

Luego que. Ut ubi, ut primum. Simul ac. Simul atque. Statim ut. *Luego que le notaste de poco entendido se puso colorado.* Simul atque inscitiam ejus subnotasti, rubore suffusus est. Ut illum inscitiæ nota perstrinxisti, continuò erubuit.

Lugar. Locus, i. *Poblado.* Oppidum. *En algun lugar.* Usquam, alicubi, ullo in loco. *En qué lugar?* Ubi? *En otro lugar.* Alibi. *En ningun lugar.* Numquam, nullibi. *En qualquier lugar.* Ubilibet, ubivis. *En todo lugar.* Ubique, ubique locorum, usquequaque. *Donde quiera se hace lugar.* Ubique illum suæ dotes commendant. *Hacedme lugar.* Cedite mihi locum. Date mihi locum. *No hay lugar.* Non vacat. *No tengo lugar para esto.* Non vacat mihi id exequi. Id per negotia agere non licet. *No ha lugar la sospecha.* Non est suspicioni locus. Non licet sus-

picari. *Hacedle favor en lo que hubiere lugar.* Peto, ut quoad ejus fieri possit, illi faveas. *No ha lugar lo que pedis.* Neque jus, nèque æquum postulas. Nullo jure id fieri potest. *No da lugar á ruegos.* Nullum precibus locum relinquit.

Lugar de la escritura. Locus sacræ paginæ. *De muchos sentidos.* Anceps, & multiplex, multis sententiis obnoxius. *Á muchos ha dado en que entender este lugar.* Multorum ingenia torsit hic locus. *Poner otro en su lugar.* Alium in ejus locum sufficere, substituere. *No deis lugar á eso.* Ne siveris. *No daré yo lugar á eso.* Non feram, non patiar, non sinam. *Tengole en lugar de padre.* Parentis apud me locum obtinet.

Lumbral. Vide *Umbral.*

Lumbre, ó luz. Lumen, inis.

Lumbre, ó fuego. Ignis, focus, i. *Hacer lumbre.* Focum extruere, ligna succendere. *Estar á la lumbre.* Ad ignem calefieri. Stare, aut sedere ad focum. *Á su casa ni por lumbre.* Fame potius peream, quàm quidpiam ab eo rogem.

Lumbrera. Luminare, is. *Lumbreras de la Republica.* Reip. lumina.

Luminarias. Versicoloribus inclusa lumina chartis, in lætitiæ signum in alto collocata.

Luna. Luna, æ. *De espejo.* Speculi vitrum. *Luna nueva.* Novilunium, luna silens. *Quarto de luna.* Luna dimidiata. *Luna creciente, cuernos al oriente, &c.* Luna dum crescit, cornua orientem versus habet; cum autem decrescit, occidentem versus. *Luna llena.* Plenilunium, ii. *Conjuncion de la luna.* Solis & Lunæ concursus. *Cosa de luna.* Lunaris, e.

Lunatico. Lunaticus, i. Intervallis quibusdam mentis impos.

Lunar. Nævus, i. Næviculus, i.

Lunes. Dies lunæ. Feria secunda.

Luquete. Aurei mali segmen, quo vini sapor acuitur.

Lustre. Splendor, lux, cis. *Dar lustre á una cosa.* Lucem ei afferre, splendorem addere, gratiam conciliare. Rem expolire, novo quodam splendore, ac luce perfundere.

Lustroso. Splendidus, nitidus, a, um.

Lustro. Lustrum, quinquennium, ii.

Luto. Vestis pulla, atra, lugubris. *Ponerse luto.* Vestem pullam sumere, induere. Atratum procedere. In luctu, tristique veste squalere. *Quitarse el luto.* Pullam vestem exuere.

Luxuria. Luxuria, lascivia, libido, inis. Salacitas, tis. *Luxurioso.* Libidinosus, lascivus, salax, cis. Propensus in venerem. Libidini obnoxius, proclivis ad venerea. *Luxuriosamente.* Libidinosè, impudicè.

Luz. Lux, cis. Lumen, splendor. *Dar luz de algo.* Indicia rei ostendere, præbere. *El orden del sermon da luz á la memoria.* Ordo memoriæ prælucet, memoriæ lucem affert. *Poner algo á la luz.* In lucem aliquid dare, in bono lumine collocare. *Entre dos luces.* Crepera, dubia luce. Sub crepusculum.

Lucero de la mañana. Lucifer, i. Bosphorus, i. *De la tarde.* Hesperus, vesper, i.

Lucir. Splendeo, luceo, eluceo, es. Mico, as. *Será gran predicador, mas no se le lució en el sermon.* Sit licet eloquentia eximius, in concione certè orator visus non est. *Luce con lo que hurta.* Domus ejus furtis collucet. Splendor rei domesticæ è furtis est. *No se le luce lo que estudia.* Non olent lucernam ejus opera. Studium, & diligentia non elucent.

Lucido. Nitidus, splendidus.

Lucido en sus cosas. Splendidus, magnificus. *En tus ocasiones.* Expeditus in agendo. Gestu, & motu corporis venustus, decorus.

Lucimiento de casa. Splendor rei domesticæ. *En decir, y hacer.* Expedita, ac venusta agendi ratio, Gestus, & motus corporis decorus.

Luciernaga. Nitedula, nitella, cicindela, noctiluca, æ. Lampyris, dis.

Lucillo, ó sepulcro. Loculus, i. Urna, conditorium, capulus feralis. Tumulus, i.

M ANTE A.

M*acarronas, ó fideos.* Tyrotarichus, i. *Macarronicos versos.* Carmen ex corruptis linguis miscellaneum, & barbarum.

Macero. Macear. Mazacote. Masapan. Vide *Maz.*

Macerar. Macero, as, Consumo, is.

Macilento. Macilentus, attenuatus.

Machacar, ó Machucar. Contero, contundo, comminuo, is.

Machete. Machæra Cantabrica.

Macho. Mas, ris. *De carga.* Mulus sarcinarius. *De herrero.* Malleus ferreus gravior. *Hecho á machamartillo.* Opus solidum, perfectè elaboratum.

Machorra. Fœmina sterilis.

Machucar. Vide *Machacar.*

Machuco hombre. Maturi judicii vir.

Macolla. Manipulus spicarum.

Macizo. Mazorca. Vide *Maz.*

Madero. Lignum, tignum, trabs, bis.

Madera. Ligna, tigna, orum. Trabes. *Cortada en buena luna.* Tempestivè excisa. *Cubrir con madera.* Contigno, as. *Casa de mala madera.* Ædes malè materiata.

Madero de emplente. Aser, eris.

Maderamiento. Contignatio, nis.

Madexa de hilo. Fila decussato ligno convoluta. *Es una madexa sin cuerda.* Fluxioris vitæ homo, quasi scopæ solutæ. *Por tus madexas juzgas las agenas.* Ex te conjecturam facis.

Madrastra. Noverca, æ. *Dar madrastras á sus hijos.* Filiis novercam inducere. *Odio de madrastra.* Novercale odium. *Quien no cree á buena madre, crea á mala madrastra.* Qui lenitate abutitur, supplicio coerceatur. Si non vis currere sanus, curres hydropicus.

Madre. Mater, tris. Genitrix, cis. Parens. *Cosa de madre.* Maternus, a, um.

Es el nombre de madre regalado. Est nomen amans, indulgensque maternum. *Tal es la hija, como la madre.* Non abhorret à moribus matris filia.

Madre en las mugeres. Uterus, i. Matrix. *Mal de madre.* Vulvæ strangulatio.

Madre de perlas. Concha Cytheriaca, vel margaritifera.

Madre del rio. Alveus, ei. *Sacar el rio de madre.* Fluvii cursum detorquere. *Salió de madre.* Largiorem solito se præbuit. Liberalior, quam pro more in eo fuit. In omnes præter morem effusus, benignus.

Madreselva. Periclymenus, i. Caprifolium, ii. Sylvæ mater.

Madrigado toro. Taurus armenti pater. *Madrigado en algo.* Callidus, cautus, providus rei agendæ.

Madriguera. Cuniculus, i. Latibulum, i.

Madrina en el bautizo. Susceptrix, cis. *En la boda.* Pronuba, æ.

Madroño, arbol, Arbutus, i. *Madroño, fruta.* Arbutum, i. Unedo, onis.

Madrugar. De multa nocte vigilare. Primo manè, prima luce, primo diluculo, antelucano tempore, ante primam lucem è lecto surgere. Diem, & lucem prævenire. *Mas vale á quien Dios ayuda, que quien mucho madruga.* Deus utique nos respicit, qui industriam quandoque juvat, quandoque superat. Felicitas à Deo. *No por mucho madrugar, amanece mas aina.* Fatum nulla industria vincitur, nulla diligentia vitatur.

Madrugada. Diluculum, i. *Partió de madrugada.* Diluculo profectus est. Ante lucem se in viam dedit. *Cogerle de madrugada.* Antelucano tempore aliquem occupare, incautum excipere.

Madrugador. Vigil antelucanus. Qui ante lucem surgit.

Maduro. Maturus, a, um. *Madura fruta.* Mitia poma, matura. *Sin madurar.* Acerba, immatura. *Pasada de madura.* Victa, languida. *Con las duras las maduras.* Commoda cum incommodis. *Pasarse de maduro.* Elanguio.

Madurar la fruta, y otras cosas. Maturor, aris. Maturesco, mitesco, is. *Madurar un negocio.* Cœpta maturare. Rem maturè tractare. *No se ha de madurar esto á pulgaradas.* Non acri festinatione, sed maturè facto opus est. Festina lentè. *Dexarlo madurar.* Rem prorrogare, procrastinare.

Madurez. Maturitas, tis. *Es menester obrar con madurez.* Maturè agendum est, nec sine cunctatione properandum.

Maestre de campo. Castrorum Præfectus. Legionis Magister.

Maestro. Magister, tri. Doctor, præceptor, moderator. *Ser maestro de artes, de Teologia, &c.* Profiteri Philosophiam, Theologiam, &c. *Maestros de fama.* Magni nominis professores. *Hale tomado por maes-*

maestro. Se in ejus disciplinam tradidit. Illum sibi magistrum ascivit, præceptorem delegit.

Maestre de Santiago, de San Juan, &c. Magister, vel Princeps equitum, &c.

Maestresala. Structor, oris.

Maestrescuela. Gymnasiarchus, i.

Maestro de escuela. Magister ludi. *De Capilla.* Mesochorus, i. Magister chori. *Maestro de esgrima.* Lanista, æ. *De obras.* Architectus, i. *De danzar.* Chorodidascalus, i. *De ceremonias.* Designator. *Al Maestro cuchillada?* Aquilam volare doces?

Maestrillo. Magister inferior.

Maestra. Magistra, præceptrix, cis.

Maestria. Ars, tis. Artificium, ii.

Magacen. Horreum multarum mercium.

Maganto. Languidus, subtristis.

Magarza, yerva. Parthenium. Solis oculus.

Magestad. Majestas, tis. *De Dios.* Divinum numen. *De Rey.* Regia majestas, dignitas, amplitudo. *No desdice esto de vuestra magestad.* Non est hoc infra majestatem, non est à tua dignitate alienum, neque regem dedecet.

Magestuoso. Magnificus, amplissimus.

Magisterio. Magisterium, ii. Magistri dignitas, munus. *Obrar, ó hablar con magisterio.* Peritè, ex arte agere.

Magistral, Canonigo. Concionator, is.

Magistral cosa. Peritè, ex arte.

Magnanimo. Magnanimus. Vir magni animi. *Magnanimidad.* Magnanimitas, magnitudo animi. *Con magnanimidad.* Magno animo.

Magnifica cosa. Magnificus, a, um.

Magnificencia. Magnificentia, æ.

Magnificamente. Magnificè, regiè, splendidissimè, perampiè.

Mago. Vide *Hechicero, y Encantador.*

Magro. Macer, a, um. Exilis, tenuis.

Magullar. Sugillo, as.

Majada. Mapalia, ium. Magalia, ium.

Majar. Pinso, contero, is. Malleo tundere. *Majado.* Contritus, malleatus.

Majadero. Vide *Mortero.* *Es un majadero.* Stolidus est, & obtuso ingenio.

Majaderuelos. Puellarum bacilli pro reticulis texendis.

Majuela de zapato. Calcei corrigia.

Majuelo. Novella vitis, aut vinea. Novelletum, i. *Plantar majuelo.* Novello, as. Novellas vites pangere.

Mayo. Mayor. Mayorazgo. Mayoral. Mayordomo. Mayordomia. Vide *May* infra.

Maytines. Matutinæ preces.

Maiz. Millium Indicum.

Mal. Malum, incommodum, i. *Que mal tienes?* Quo morbo laboras? *Mal que se pega.* Morbus contagiosus, pestilens. *Un mal ido, y otro venido.* Ex morbo alius morbus existit. Ex naufragio captivitas. *Mal de todos, consuelo de bobos.* Levius malum accidit, quod omnibus commune est. *No hay mal que por bien no venga.* Nullum omnino malum est, quod alicui non prosit. *En hora buena vengas mal, si vienes solo.* Felicem hoc malo me, ni alia succedant. *Del mal el menos.* In malis minimum est eligendum. *Mal por mal estese Pedro en casa.* Contenti simus hoc Catone. *Mal haya yo, si tal hiciere.* Dii me potius ad suspendium adigant. *Mal haya yo, si tal hice.* Dispeream, si id in me admisi.

Mal ó malamente. Malè, pravè, perperam, nequiter, vitiosè, improbè. *Mal herido.* Graviter sauciatus. *Hirióle malamente.* Graviter illum sauciavit, gravi vulnere affecit. *Mal haya Antonio, que tal hizo.* Malè sit Antonio, qui sic egit. Ut illum Dii perdant, &c.

Mal acondicionado. Asper, acerbusque natura. *Mal acostumbrado.* Malè moratus. Solutis, pravisque moribus. *Malacuca.* Puer nequam, improbus. *Mal agestado.* Vide *Feo.*

Mal aliñado. Incultus, inelegans.

Mala ventura. Miseria, infelicitas. *Mal aventurado.* Miser, calamitosus, infelix. *Pasa mucha mala ventura.* Multis miseriis obnoxius est.

Mal casada. Malè nupta. Cui malè cum viro convenit. *Mal casado.* Ab uxore abhorrens, aversus.

Mal ceñido. Malè præcinctus.

Mal contento. Malè contentus, querulus.

Mal correspondiente. Inofficiosus.

Mal criado. Malè educatus.

Maldad. Scelus, eris. Improbitas, tis. Facinus, oris. Flagitium, ii.

Cómo pudiste hacer tan gran maldad? Quomodo tantum facinus in te admittere potuisti? Scelus tam nefarium concipere, tam immane flagitium suscipere, tanto te scelere astringere, polluere potuisti?

Maldecir. Malè precari alicui, malum imprecare. Execrari aliquem; diris illum devovere.

Maldiciente. Maledicus, obtrectator.

Maldicion. Execratio, imprecatio, nis.

Maldito. Execrabilis, execrandus.

Maldito seas de Dios, y de sus Santos. Ut te Deus, superique omnes perdant.

Malear algo. Corrumpo, is. Depravo, as.

Maleado. Corruptus, depravatus.

Mal entallado. Corpore inventus.

Malevolo. Invidus, malevolus.

Mal hablado. Conviciator, procax, cis.

Malhechor. Maleficus, sons, nocens, tis.

Malhumorado. Malè affectus, morbòsus.

Mal inclinado. Pravus, ac perversus, ingenio malo, pravoque.

Mal intencionado. Malevolus, malignus. Malè in alios animatus.

Mal llevado. Malè ablatus, a, um.

Mal maduro. Immaturus, acerbus, a, um.

Mal nacido. Ignobilis, terræ filius.

Malograrse. Præclaræ indolis puerum immaturum obire, magnæ spei adolescentem immatura morte præripi. *Malogras tu fortuna.* Fortunæ indulgentia abuteris. *Malogras tus prendas.* Egregias animi dotes perdis, corrumpis, dum te ad indigna adjicis, & indecora. *Malogróse el trabajo, y el gasto.* Opera, & impensa periit. *Mal lógro vea de sus cosas.* Malè illi res vertant.

Malogrado. Malè collocatus, vel immatura morte præreptus, aut fortunæ iniquitate depressus, abjectus.

Malparir. Abortum facere. Fœtum intempestivè ejicere. Vide *Abortar.*

Mal provecho le haga. Malè illi sit.

Malquisto. Invidiosus apud omnes, odiosus plerisque. *Malquisto está en la Ciudad.* In Civium odium, & invidiam incurrit, incidit. Vide *Aborrecer. Esto le hizo malquisto.* Hoc illi invidiam attulit, illum in odium, & invidiam adduxit, multorum in illum odia conflavit, concitavit.

Malquistar á unos con otros. Alterum alteri criminando, offensiones mutuas serere, omnes inter se committere.

Mal sano lugar. Locus insalubris.

Malsonante. Absonus, absurdus, a, um.

Mal sufrido. Querulus, iracundus.

Mal trapillo. Homuncio vilis, abjectus, neglectus. Gregarius miles.

Maltratar á uno. Malè accipere aliquem, vexare, exagitare. *Maltratóles de palabra.* Probris, & conviciis eos vexavit. Exagitavit. Verbis eos malè accepit. *Salió maltratado del combate.* In oppugnando malè acceptus est.

Mal tratamiento. Vexatio, afflictatio.

Malo, cosa mala. Malus, a, um. *Mal hombre.* Homo nequam, improbus, perditus, impurus, flagitiosus, vitiis contaminatus. Vide *Vicioso, y Vellaco. Malo de contentar.* Morosus, difficilis, fastidiosus, querulus. *Malo es; pero vaya.* Incommodum est, sed ferendum.

Mala muger. Impudica mulier, lasciva, libidinosa, vulgatæ ac venalis pudicitiæ, omnium prostituta libidini.

Malo de enfermedad. Vide *Enfermo. Malo me siento.* Vapidè me habeo. *Está muy malo.* Gravi, & periculoso morbo laborat.

Maleficio. Maleficium, malefactum, i.

Malicia. Malitia, fraus, dis. Dolus, i. *Mirad la malicia.* Attenditè malitiosi hominis interpretationem, vel fraudem hominis videte.

Malicioso. Malitiosus, versutus, vafer.

Maliciosamente. Malitiosè, callidè.

Maliciar algo. In malum, in deteriorem partem aliquid accipere, malitiosè interpretari.

Maligno. Malignus, malevolus, invidus.

Malignamente. Malignè, malitiosè.

Malignidad. Malignitas, malitia.

Maleta. Hippopera, bulga, æ.

Ma-

Maleza. Virgulta in sylvâ. Herbarum inutilium luxuries. *Hay mucha maleza en esta tierra.* Carduis, & vepribus ager luxuriat.

Malla. Lorica hamis conserta. *Las sortijas de ella.* Annuli, squamæ, arum.

Malsin. Delator, calumniator, oris.

Maltratar, y *malquisto.* Vide supra.

Malva. Malva, æ. *Nacido en las Malvas.* È quercubus ortus, terræ filius.

Malvado. Sceleratus, nefarius, impius.

Malvadamente. Sceleratè, impiè.

Malvaratar. Vide *Desperdiciar.*

Malvasia. Vinum Creticum, Chium.

Malvavisco. Hibiscus, vel hibiscum, i.

Mamar. Sugo, is. Lac ex mammis ore elicere, haurire. *Cosa que mama.* Lactens.

Dar de mamar al niño. Infantem lactare, uberibus admovere. *No nos mamamos el dedo.* Non pituitam à naribus altius, aut cæpe detergimus. *No dexó piante, ni mamante.* Nulli è viventibus pepercit. Omnes ad unum trucidavit. Omnia ferro, ignique vastavit, delevit. *Mamóla.* Os illi sublitum est.

Mamon. Lactens, tis. *Hacer á uno la mamola.* Mento frontem pueri per risum, aut contentum defricare.

Mamotreto. Pergrandis liber, quo multarum rerum farrago continetur.

Mamposteria. Fabrica è rudibus, & impolitis saxis. Paries cæmentitius.

Maná. Manna. Ros Syriacus, mel æreum. *Confitura.* Sacchari grana condita.

Manada de ganado menor. Grex, gis. *De espigas.* Merges, itis. Manipulus, i.

Manar. Mano, emano, as. *Mana podre la llaga.* Pus ex ulcere effluit.

Manantial. Fontis scaturigo, scatebræ.

Mancebo. Adolescens, juvenis. *Sin barba.* Impubis, vel impubes, is, & impuber, eris. *Mancebito.* Adolescentulus, ephebus, i.

Manceba de hombre casado. Pellex, icis. *Del que no es casado.* Concubina, æ.

Mancebia. Vide *Burdél.*

Mancera. Vide *Esteva.*

Mancha. Macula, labes, is. *Quitarla, ó sacarla.* Maculam delere, eluere.

Manchar alguna cosa. Fœdare, inquinare, commaculare, inficere, polluere, contaminare aliquid. Maculo, coinquino, as. Labe, vel macula afficere, aspergere.

Mancharse algo. Macula aliquid affici, obsolescere. *Manchóse la capa.* Pallium coinquinatum, infectum, pollutum est, maculam suscepit, concepit, contraxit.

Mancilla. Macula, labecula, æ. *Cordero sin mancilla.* Agnus sine macula.

Envidia me hayais, y no mancilla. Utinam meam sortem invidendam, non miserandam putes.

Manco. Mancus, a, um. Manucaptus, debilis.

Mancar á uno. Mancum aliquem, ac debilem reddere. *Mancóse para aquel ministerio.* Inhabilis factus est.

Mancomunarse para algo. Communi animo, ac voluntate aliquid suscipere. Vide *Conchabarse.* *De mancomun.* De communi sententia. Communi consensu.

Manda de testamento. Legatum, i. *Hacerla.* Aliquid testamento legare.

Mandar. Jubeo, præcipio, impero. *Como Juez.* Edico, is. Decerno, is. *So pena de la vida, que ninguno, &c.* Capite sancire, ne quis, &c. *Manda el mundo.* Summo cum imperio præest. Rerum potitur, omnibus dominatur, imperium in omnes tenet. *Los picaros, y gente perdida mandan en la República.* Ab improbis, & perditis civibus Respublica tenetur.

Mandar con aspereza. Acriùs, aut superbiùs imperare. *Mandar despoticamente.* Imperiosè jubere. *Mandar dar rehenes, ó pagar tributo.* Obsides, aut tributum imperare.

Mandar por señas. Gestu aliquid innuere. *Escúsaste á quanto te mandan.* Ad mandata claudus, cæcus, mancus, debilis es. *Mandasme lo mas trabajoso.* Gravius mihi onus imponis. Omnia mihi dura imperas.

Mandar, ó prometer. Promitto, spondeo. *Mandóme en testamento cien escudos.* Centum aureos mihi legavit. *Manda potros, y da pocos.* Multa quidem promittit, sed nihil præstat.

Mandarse uno bien. Membris facilè, & ex-

expeditè uti. *Muy bien me mando.* Quoquòversus me facilè verso. *Yo mando en mi casa.* Imperium domesticum mihi est. *Mandad lo que quisiereis, que haré lo que pudiere.* Quidvis oneris impone, ut potero, feram. *Mande allá á sus criados.* Domi suæ imperet. *Mucho trabajo le mando, si se escusa.* Magnum ei malum denuntio, si recusat.

Mandado. Jussus, us. Jussum, i. *Mandado, ó recado.* Mandatum, i. *Por su mandado lo hice.* Jussu ejus feci.

Mandadero. Nuntius, emissarius, ii.

Mandadera de Monjas. Nuntia, æ.

Mando. Imperium, ii. *Tener el mando, y el palo.* Rempublicam gerere. Cum imperio, & potestate in Republica versari.

Mandón. Imperiosus.

Mandamiento de Juez. Edictum, i.

Mandamiento de la ley de Dios. Divinæ Legis mandata, præcepta. *Guardarlos.* Servare, custodire, observare, adimplere præcepta. Præceptis obedire, parere. Ne latum qeidem unguem à Divinæ Legis præscripto discedere, recedere. *Quebrantarlos.* Divinæ Legis jura violare, perfringere, contemnere, polluere. Sacra Religionis vincula perrumpere, revellere.

Mandato. Superioris jussum.

Mandarín de la China. Proprætor, oris.

Mandil. Supparus, vel supparum, i.

Mandóble, ó revés. Transvectus, ictus.

Mandragora, yerva. Mandragora, æ.

Manejo de cosas. Tractatio, usus, us.

Manejar algo. Tracto, as. Verso, as.

Manejar con destreza el caballo. Equo peritè uti. Equum scitè tractare, flectere, versare, sistere, ad leve fræni signum gradus ejus augere.

Manera, ó modo. Modus, i. Ratio, nis. *De qué manera?* Quomodo, qua ratione, quo pacto? *De esta manera.* Sic, ita, hoc modo, in hunc modum. *Á manera de pelota.* Instar pilæ. In modum pilæ. *De otra manera.* Aliter, alio modo. *De otra manera no, (si no.)* Alioqui, vel alioquin, secus, aliter. *De otra manera no te creerán.* Alioqui tibi non credent. Secus fidem non facies. Aliter non persuadebis. *De manera què no puedes negarlo, aunque quieras.* Itaque negare non potes, si maximè velis. *Sintiólo de manera, ó de tal manera que, &c.* Ita, adeò, usque eò, usque adeò exarsit, ut. *En gran manera.* Admodum, valdè, impensè, majorem in modum, vehementer. *Sobre manera.* Supra, vel ultra modum. *De la misma manera que si.* Similiter ac si. Non secus ac si. Perinde ac si. Perinde quasi.

De la misma manera sientes que alaben á tus iguales, que si fuera descrédito tuyo. Æqualium laudibus perinde, atque conviciis tuis commoveris. Eorum commendationem, tamquam tuum dedecus aversaris. Æqualium præconia perinde tibi accidunt ingrata, quasi gloriam tuam imminuerint.

De quántas maneras? Quot modis? *De dos maneras.* Bifariam, dupliciter. *De tres.* Trifariam, trifariè, tripliciter. *De muchas.* Multifariam, plurifariam. *De qualquiera manera.* Quoquomodo. Quomodolibet. *Con hombres de esa manera, ni sentarse á la mesa.* Cum hujusmodi, vel ejusmodi hominibus nec cibum sumere. *De ninguna manera.* Minimè, nequaquam, nullo modo.

Manga. Manica, æ. *Ropa con mangas.* Tunica manicata. *Como si la tuviera en la manga.* Tamquam ex parato, & ad manum haberem. *Buenas son mangas despues de Pasqua.* Munera, quæ dantur, quocumque tempore prosunt. *Hacer algo de manga, ó venir de manga.* Rem de compacto gerere. Afferre domo meditatum scelus.

Hacerse con él de manga. Conspirare cum aliquo ad facinus.

Manga de Arcabuceros. Sclopetariorum manus, cohors, manipulus.

Mangazilla. Vide *Treta.*

Mango. Manubrium, ii. Capulus, i.

Mangar el mazo, ó el azadón. Malleo, aut ligoni manubrium indere, aptare, inducere, immittere.

Mangonada. Despectus, us. Rejectio. *Darle mangonada.* Manu illum aspernari, cubito rejicere.

Manguál. Cæstus, us.

Manguito. Manica pellicea, villosa.

Manía. Insania, æ. Vide *Locura.*

Maniaco. Manu ignavus.

Maniatar. Manus ligare, vincere.

Maniatado. Ligatus manibus.

Man-

Manjar. Cibus, i. Esca, daps, pis. *Sazonado.* Mollis, suavis. *Muy sabroso.* Optimi saporis cibus, suavissimus. *Desabrido.* Insulsus, insipidus. *Manjar blanco.* Leucophagum, maza, æ. *De Dioses.* Ambrosia, æ. *Partirle con los dientes.* Cibum dentibus dividere, digerere, conficere.

Manida. Mansio, nis. *De fieras.* Lustrum, latibulum, cubile, is. *De aves.* Nidus, i.

Manifiesta cosa. Res manifesta, clara, perspicua, aperta, minimè obscura.

Manifestar. Patefacio, detergo, aperio, prodo, edo, is. Manifestum facere. Vide *Descubrir*, *y Declarar.*

Manifestacion. Expositio, proditio, declaratio. *Manifiestamente.* Manifestè, manifestò, palàm, apertè.

Manilargo. Longimanus, a, um.

Manirroto. Vide *Liberal.*

Manillas, ó braceletes. Armillæ, arum.

Manillas de libros. Fibulæ, arum.

Maniotas de bestias. Pedicæ cannabinæ.

Manipulo. Manipulus, i.

Manirse la carne. Carnem tempore mollescere, mollem fieri, molliri. *Carne manida.* Caro tempore mollior aptior ad vescendum.

Maña. Ars, tis. Industria, artificium. *Date maña.* Age, propera. Diligentiam adhibe. *Esto mas quiere maña que fuerza.* Hic ingenio magis, quàm viribus opus. Id arte magis, quàm vi assequere. Ubi leonina non est satis, vulpina pellis est assuenda. *Dióse tan buena maña.* Tantam diligentiam adhibuit. Adeò strenuè rem gessit. *De maña lo tiene.* De more habet, Solet facere. Solemne hoc illi est.

Mañas. Mores, Ingenium. *Volverse à sus mañas.* Ad ingenium redire. Ad solita reverti, remigrare. *Quien malas mañas ha, tarde ó nunca las perderá.* Animum mutare difficile est. Mutat vulpes copillos de flavis in canos, mores non mutat. *Para que le haces ó esas mañas?* Quid sic instituis?

Mañoso. Industrius, artificiosus, solers.

Mañosamente. Artificiosè, ingeniosè.

Mañana. Cras, dies crastinus. *Pasado mañana.* Perendiè, post diem crastinum. *La mañana del dia.* Manè, Diluculum. *De la mañana à la tarde.* À manè usque ad vesperam. *Muy de mañana.* Multo mane, valdè manè, antè primam lucem. *Cosa de la mañana.* Matutinus, a, um. *Cosa de mañana.* Crastinus, a, um.

Mañera muger. Mulier sterilis.

Mano. Manus, us. *Derecha.* Dextera, vel dextera. *Izquierda.* Læva, sinistra. *Mano de mortero, ó almirez.* Pistillum, pilum, i. *De relox.* Index, icis. Gnomon, onis. *De papel.* Cartharum scapus, lurarum fasciculus. *De mano en mano va ya.* Per manus aliquid tradere, vel de manu in manum.

Mano en el juego. Primus, vel princeps in ludo. *Yo soy mano.* Mihi primus in ludo jactus obtigit. Primum ego in ludo locum obtineo, primas teneo. *Jugar de mano.* Primum ludere, jacere. *Dexarle que el contrario gane algunas manos.* Collusori manus remittere.

Manos à la labor. Manus ad opus. Strenuè in id incumbite, agite, properate. *Tener algo à mano.* Ad manum aliquid habere. *Tomarlo en las manos.* Manibus aliquid sumere, capere, accipere. *Tener en la mano.* Teneo, es. *Tener algo entre manos.* Habere aliquid in manibus, vel præ manibus. Rem magnam complexus sum, gravem, ac plurimi otii. *Alzar mano de obra.* Manum de tabula tollere. *No sabes acabar lo que tienes entre manos.* Manum de tabula tollere nescis. *No le hables à la mano.* Ne agentem interturbes, interpelles. *No me puedo ir à la mano en eso.* In hac re temperare mihi non possum. Continere me nequeo, quin, &c.

Tener mucha mano en alguno. Valere gratia apud aliquem, plurimum apud illum posse. *Traer la mano blanda, ó sobre el cerro.* Blandissimè cum aliquo agere, illum perhumaniter trahere, suavissimè apellare. *Darle mucha mano.* Magnam alicui licentiam dare, nimiam potestatem dare, facere. *Esto uno à otro se da la mano.* Alterum alteri viam præstat. *Dar la mano al caido.* Jacentem erigere. Vide *Favorecer.* *Darle de mano.* Manu illum aspernari, rejicere. Vide *Desdeñar.*

No dexar el libro de las manos. Librum de manibus numquam deponere. *Manos*

que-

Mismo. Met. *Yo mismo.* Egomet. *Tú mismo.* Tumet, tu ipse. *Vosotros mismos.* Vosmet. Vos ipsi, &c.

Misterio. Mysterium, ii. *Haceis misterio de una niñeria.* Tragœdias in nugis agis. Levia pro magnis venditas. Inania pro miris probas. In simpulo fluctus excitas.

No tiene esto mucho misterio. Non est id factu, aut explicatu difficile, nec Oedipo conjectore opus est. *No sé qué misterio halian en esto.* Nescio quid mirum, aut magnum hic comminiscantur, aut quid omnino inde suspicari liceat. *Qué misterio tiene, que entre, ó que salga á tal hora?* Quid tum, si id temporis ingreditur, aut egreditur? *No se hace esto sin misterio.* Non hoc sine causa fit. Non temere fieri solet.

Misterioso, ó mistico. Mysticus, arcanus, a, um. *En sentido mistico.* Mysticè.

Mistura. Vide *Mezcla.*

Mitad. Dimidium, ii. *La mitad de un pan.* Dimidium panis, vel dimidiatus panis.

nis. *La mitad menos, ó menos de la mitad me dieron.* Dimidio minus, vel minus dimidium accepi. *Costará la mitad menos.* Dimidium minoris constabit.

Mitigar. Mitigo, as. Vide *Ablandar.*

Mitra. Infula sacra. Mitra.

M ANTE O.

Moatra. Vide *Mohatra.*

Mochila. Mantica, æ. *Hacer su mochila.* Commeatum sibi providere. Consulere annonæ.

Mochiller. Cacula, æ. Calo, onis.

Mocho. Mutilus, truncatus, mutilatus.

Mochuelo, ave. Assio, onis.

Mocion. Motio, nis. Motus, us.

Moco. Mucus, i. *Mocoso.* Mucosus. *Moquita.* Pituita è naso pendens.

Moco de candil. Lucernæ fungus. *Mocos de Herrero.* Scoria, æ. Recrementum, i.

Modelo. Archetypus, i. Norma, æ.

Moderar. Moderor, aris. Moderationem adhibere. Modum adhibere, statuere. *Moderarse.* Continere se, sibi temperare, modum sibi præscribere.

Moderacion. Modus, i. Moderatio.

Moderado. Moderatus, modestus, temperatus, modicis contentus, frugalis, homo frugi. *Moderada comida.* Tenuis victus. *Moderadamente.* Modicè, moderatè.

Modernos. Recentiores, juniores. Nostri temporis auctores. *Todo lo moderno es mas limado.* Recentissima quæque emendatissima. Cic.

Modestia. Modestia, æ. Compositus pudor. *Modesto.* Modestus, ad modestiam compositus, virginali pudore præditus puer.

Modestamente. Modestè, moderatè.

Modo. Modus, i. Ratio. *De vida.* Institutum, i. Vivendi ratio, vitæ conditio.

Modorra. Veternus, i. Lethargus, i. *Amodorrido.* Veterno captus, oppressus.

Modorro. Stupidus, taciturnus.

Mofa. Cavillatio, irrisio, onis. Sanna, æ.

Mofar. Cavillor, aris. Irridere aliquem suspenso naso. *Mofador.* Sannio, nis. Irrisor, cavillator.

Mofletes. Buccæ defluentes.

Mogollon. *Comer de mogollon.* Sine symbolo cœnare, aliena vivere quadra.

Moharracho. Vide *Momarracho.*

Mohatra. Versura in venditione, cum res eo pacto venditur, ut statim venditor illam minoris redimat, pecuniamque emptori tradat, longo post tempore quantam in prima venditione reddendam. *Hacer una mohatra.* Versuram in venditione facere.

Mohatreros. Fœneratores callidi, qui venditionis nomine abutuntur ad quæstum.

Mohina. Stomachus, indignatio. *Dar mohina á uno.* Stomachum alicui movere.

Amohinarse. Stomachari, subirasci, indignari.

Mohino de condicion. Stomachosus. Turbidus animi. *Tres al mohino.* Turbidum, & impotentem irritare, præcipitem impellere.

Moho. Muscus, i. Mucor, oris. *Del cobre.* Ærugo, rubigo inis. *De algun lugar sucio.* Situs, us. *Mohecerse.* Mucesco, is. Mucorem, aut rubiginem contrahere. Musco, aut rubigine affici. Mucidum fieri.

Mohoso. Mucidus, muscosus, a, um.

Mojar. Madefacio, is. Tingo, intingo, is. Perfundo, is. *Mojarle la polvora.* Irati hominis conatus retardare. *Mojado.* Madidus, intinctus. *Llueve sobre mojado.* Post verbera objurgatio. *Estoy todo mojado.* Madidè madeo.

Mojigato. Subdolus, veterator, qui summissionis larva quæstum captat.

Mojigatez. Callida summissio.

Mojon. Limes, itis. Terminus, i.

Molamatriz. Mola, æ. Caro informis in utero mulieris.

Molde. Typus, i. Forma, æ. *De la Imprenta.* Matrix, icis. *De molde viene esto aqui.* Aptissimè hoc quadrat, peropportune cadit. *Volverla al molde.* Aliquid recoquere, reformare, denuo fingere.

Molduras en los vasos. Emblemma, tis. *En otras cosas.* Crustæ marmoreæ, eboris, vel ebeni segmenta.

Moler. Molo, is. Tero, is. Tundo, is. *Moler á uno.* Vide *Cansar, y enfadar.* *Molerle á palos.* Fustibus hominem contundere, debilitare, permolere.

Mo-

Moledor. Vide *Molesto.*

Molienda. Molitura, æ.

Molino. Mola, æ. Moletrina, æ.

Molino de viento. Mola alata. *De agua.* Hydromyla, æ. *De aceyte.* Trapes etis. Trapetum, i. *Traer el agua á su molino.* Inclinare omnia ad causæ suæ commodum. *Con agua pasada no muele el molino.* Rosam, quæ præteriit, ne quæras iterum.

Molinillo. Mola trusatilis.

Molinero. Pistinarius, ii.

Molesto. Molestus, gravis, importunus.

Molestia. Molestia, importunitas.

Molestar. Molestiam alicui exhibere, afferre. Negotium facessere. Molestia aliquem afficere. Molestum, gravem, importunum alicui esse.

Molimiento. Fatigatio, nis.

Mollares almendras, ó nueces. Amygdalæ, vel nuces molli cortice.

Molleja en las aves. Ventriculus avium. *Es una molleja este hombre.* Auricula infima mollior.

Mollera. Sinciput, tis. *Aun no tiene cerrada la mollera.* Nondum ad animi maturitatem pervenit.

Mollete. Panis spongiosus.

Momento. Momentum, i. *Cosa de poco momento.* Res parvi momenti, contemnenda, levissima, risu digna. Munus levidense. *En un momento se ahogó.* Momento aqua eum absorbuit. *Fue de mucho momento para salir de duda el parecer que tú diste.* Magnum pondus accessit ad tollendam dubitationem judicium, & consilium tuum. Fuit tanti ad tollendam, &c.

Momo, figura. Mimus, i. Gesticulator. *Hacer momos.* Aliorum dicta, aut facta, gestu exprimere, effingere.

Momarrachos. Personati ludiones.

Mona. Simia, æ.

Mono. Simius, ii. *Es mona de quanto vé.* Cuncta affectat imitari. *Aunque la mona se vista de seda, mona se queda.* Simia semper est simia, quamvis aurea gestet insignia.

Monillo. Simiolus, i.

Moneria. Gesticulatio, nis.

Monacillo. Daduchus, i. Cerifer, i.

Monarca. Monarcha, æ. Rex, gis.

Monarquia. Regalis dominatio. Principatus unius. Monarchia, æ.

Monasterio. Cœnobium, ii.

Mondar. Purgo, as. Mundo, as. *Mondar una pera.* Nudare pomum putamine. Putamen pomo detrahere. *Mondar los dientes.* Scalpere dentes, fricare. Lentiscum mundare.

Mondadientes. Dentiscalpium, ii.

Mondadura, ó cascara. Putamen, inis.

Mondongas de palacio. Nobilium puellarum famulæ, quæ in Regis aula degunt.

Mondongo. Popinæ vile opsonium.

Mondonguera. Botularia, æ.

Moneda. Nummus, i. Pecunia, moneta, æ.

Moneda de vellon. Ærea moneta, cuprea. *De oro, ó plata.* Aurea, vel argentea. *Moneda con liga.* Ærosa moneta. *Cercenada.* Accisa, arrosa. *Falsa.* Adulterina, improba. *Batir moneda.* Cudere, procudere, ferire, percutere, signare pecuniam, æs, aurum, argentum. *Hacer moneda falsa.* Pecuniam adulterare, signo adulterino cudere. *Pagar en la misma moneda.* Par pari referre.

Monja. Sanctimonialis, is. Virgo Deo sacra, consecrata, Religiosa fœmina. Virgo velata.

Monge. Monachus, i.

Mongil. Ricinium, vel recinium, ii.

Monicion. Vide *Amonestacion.*

Monipodio. Monipodium, ii. *Hacer monipodios.* Societatem coire, conventicula agere. Vide *Conchavarse.*

Moño. Caliendrum, i. Suggestus comæ.

Monstruo. Monstrum, i. Portentum, ostentum, prodigium. *Es un monstruo de vicios.* Ex omnium scelerum importunitate concretus est. *Todo él es un monstruo.* Quantus quantus est, nil nisi monstrum est.

Monstruosa cosa. Monstruosus, portentosus.

Monstruosamente. Monstruosè.

Monta. Vide *Suma.* *No es cosa de monta.* Momenti non est. *En eso está la monta.* Hæc totius rei summa est. Hoc est vel maximum in hoc negotio. *No es de tanta monta, que.* Tanti non est, ut.

Montante. Prægrandis gladius, qui utra-

utraque manu vibratur, & circumducitur. Romphæa, xiphomachæra, æ. Græc.

Montar. Vide *Sumar. Tanto monta esto.* Tanti hoc æstimatur, tanti penditur. *No monta nada para el caso.* Nihil ad rem.

Montar á caballo. In equum inscendere.

Montados en la guerra. Equites.

Montaña. Montes, ium. Sylva, æ.

Montañes. Montanus, sylvestris, monticola, sylvarum incola. *Montaraz.* Montivagus, ferus. *Montés.* Ferus, sylvestris. *Montuoso.* Montuosus, a, um.

Monte. Mons, tis. *Lo mas alto de él.* Jugum, i. Supercilium, cacumen, inis. *La caida, ó ladera.* Dorsum, i. Clivus, i. *La falda.* Radix, icis. *Á la falda del monte.* Ad radices montis. Sub ipsis montis radicibus. *Andar á monte un muchacho.* Profugum puerum vagari. *Del monte sale quien al monte quema.* Turdus, sibi malum cacat. Faber, quas gestat compèdes, ipse fecit.

Montear. Feras in sylvis venari.

Montear un edificio. Ædificium delineare, describere.

Montero. Venator, oris.

Montera. Pileum venatorium.

Montería. Venatio, nis. Vide *Caza.*

Monton. Acervus, i. Cumulus, i. Congeries, ei.

Montoncico. Grumus, i. Grumulus, i. *Á montones.* Acervatim.

Monumento. Sepulchri monumentum. Tumulus honorarius. Cœnotaphium.

Moquita. Pituita è naso pendens.

Mora, fruta. Morum, i.

Morado, color. Violaceus, ferrugineus.

Moral, arbol. Morus, i.

Moral, cosa. Moralis, e. *Moralidad.* Morale, is. Sententia moralis. *Moralizar algo.* Ad mores aliquid traducere, moraliter explicare.

Moralmente. Moraliter.

Morar. Habito, as. Colo, is. Incolo, is. Domicilium habere. Commoror, aris. *Morar en el campo.* Rure vitam agere.

Morada. Habitatio, domicilium, sedes, habitaculum. *Morada, ó estancia.* Mansio, nis. *Morador.* Habitator, incola, accola, æ. *El que mora en el campo.* Colonus, i. *En casa de alquiler.* Inquilinus, i.

Moratoria. Temporis prorogatio ad solvendum creditoribus.

Morcielago. Vespertilio, nis.

Morcilla. Botulus, i. *No dan morcilla á quien no mata puerco.* Non seritur beneficium sine spe lucri.

Morcillo del brazo. Musculus, lacertus, i.

Morcillo caballo. Subniger equus.

Mordaz. Mordax, cis. *Hombre mordaz.* Maledicus. Obtrectator, oris. *Mordacidad picante.* Aculeata mordacitas. *Mordazmente.* Maledicè, aculeatè.

Mordaza. Frænum linguam comprimens.

Morder. Mordeo, es. Morsu apprehendo.

Mordedura, ó mordisco. Morsus, us. Morsiuncula, æ. *Mordiscarse, andar á mordiscos los perrillos.* Morsicatim ludere.

Moreno. Subniger, fuscus, a, um.

Morillos de hogar. Lares, ium. Ferrea sustentacula lignorum ad focum.

Morir. Morior, eris. Emorior. Vita, vel de vita decedere. É vita cedere, discedere, excedere, migrare. Obire, vitam cum morte commutare. Mortem obire. Extremum vitæ spiritum edere. Spiritum Deo reddere.

Estando para morir me encomendó sus hijos. Jam morti propinquus; In extremo vitæ constitutus; Cum jaceret moribundus; Cum animam ageret; Extremum vitæ spiritum editurus; Moriturus penè intermortuis vocibus liberos mihi suos commendavit.

Moriase por él. Illum deperibat. Ejus desiderio flagrabat, tabescebat.

Ya murió. Diem suum obiit. Excessit è vita, animam efflavit, animam egit. Occidit, obiit. Vitam finivit, terminavit. Mortalitatem explevit. Corporis vinculis exsolutus est. Stadium vitæ decurrit. Vitæ fabulam peregit. Fato functus est. Cessit è vita.

Murió de repente. Repentina morte obiit. Insperata morte correptus, occupatus est. Subita vi morbi interceptus est. Repentè illum mors oppressit. Subito mortis impetu extinctus est, exanima-

matus est. Repente occidit.

Murió en agraz. Intempestiva morte præreptus est. Immatura morte decessit. Ante diem cecidit. Acerbo funere elatus, præpropera morte sublatus est. Immaturus obiit.

Murió de enfermedad. Morbo oppressus interiit. Morbo confectus est, extinctus est. Morbo consumptus defecit.

Murió santamente. Piè, & religiosè vitam finivit. Æquissimo animo spiritum Deo reddidit. Ingenti pietatis sensu vitam cum morte commutavit. Ab exactis hujus vitæ militiæ laboribus tamquam ad triumphum evocatus decessit.

Murió peleando. In acie cecidit. Pugnans interemptus est. In acie vitam profudit. In prælio fortiter occubuit.

Murió mal. Iniquissimo animo mortem pertulit. Impiè, & infeliciter interiit. Impiam animam indignabundus effudit, exhalavit. Miserè periit.

Ayudóle á bien morir. Extremum morientis spiritum piis adhortationibus excepit. Morienti, moribundo, animam agenti piè subvenit. In extremo vitæ periculo, certamine, conflictu, salutarem illi opem tulit.

Morisco. Maurus neophytus.

Morisma. Maurorum secta, vel imperium.

Morlaco, ó morlon. Morio, onis.

Morocada. Vide *Morueco.*

Moroso, tardon. Lentus, tardus, piger.

Morosidad. Tarditas, tis. Cunctatio.

Morrion. Galea, æ. Cassis, idis.

Mortaja. Emortuale linteum. Indusium funebre. Ferale amiculum.

Mortal, sugeto á la muerte. Mortalis, morti obnoxius. *Mortal, que causa muerte.* Lethalis, lethifer, mortifex, funestus, exitialis.

Mortalmente. Lethaliter, mortiferè.

Mortalidad. Mortalitas, atis. Mortalis vitæ conditio, naturæ fragilitas.

Mortandad. Multorum mors, interitus, strages, pernicies, exitium.

Mortecino. Exanguis, semimortuus, semianimis. *Hacerse mortecino.* Morti se vicinum facere, simulare. *Carne mortecina.* Morticina, cum pecus non mactata, sed mortua est.

Mortero. Mortarium, ii. *Mano de mortero.* Pilum, i. *Morteruelo, ó almodrote.* Moretum, i. *Morteruelo de muchachos.* Buxeum crepitaculum.

Mortificarse. Se ipsum vincere, frangere. Fraudare animum, geniumque suum. Cupiditatibus imperare. *No tener mortificadas sus pasiones.* Animi perturbationibus fluctuare, versari, jactari.

Mortificar sus pasiones. Motus animi turbulentos coercere, comprimere, aversos à ratione flectere, rationis imperio detrectantes domare, frangere. Animum à visibilium specie ad cœlestia revocare.

Mortificar los sentidos. Omnem sensibus suavitatem excludere. Rerum pulchritudinem oculis aspernari, aurium blandimenta respuere, non odore, non tactu, non sapore ullo capi.

Mortificacion. Cupiditatum moderatio, perturbationum animi sedatio, carnis castigatio. Cura, & studium corporis, & animi continendi, domandi.

Mortificado. Suarum cupiditatum domitor, moderator. Perturbationum undis inconcussus, omni affectione vacuus, aut major.

Mortuorio. Funus, eris. Vide *Entierro.*

Morueco. Verbex vetulus. *Moracada.* Arietatio. *Dar moracadas.* Arieto, as.

Mosayco, labor, y obra. Opus vermiculatum, segmentarium, musivum, mosaicum, vel museacum, minutis segmentis elaboratum. *Labrar á lo mosayco.* Tesselis discolorum lapidum vermiculatas animalium effingere formas, discriminare effigies.

Mosca. Musca, æ. *De perro.* Cynomia. *Importuno como mosca.* Hic importunè ubique adest, & occurrit undique. *Ojear las moscas.* Muscas abigere, pellere. *Haceos miel, y comeros han moscas.* Familiaris dominus servum efficit superbum. *Como se mosquea!* Ut excutit, & retorquet in se conjecta verborum jacula!

Moscardon. Crabro, nis. Asilus, i. Œstrum, i.

Moscatel. Uva apiaria, apiana.

Mosqueador. Flabellum, i. Muscarium.

Mosqueta, flor. Viola lutea.

Mosquete. Sclopus longior, major. Tubus furcillis librari solitus.

Mosquetazo. Sclopi explosio, ictus.

Mosqueteros. Majores sclopetarii.

Mosquito. Culex, icis.

Mostachos. Alæ superioris labri.

Mostaza. Sinapis, is. Sinapi. *Indeclin.*

Mosto. Mustum, i.

Mostrar. Ostendo, is. Demonstro, as.

Mostrar algo con el dedo. Indico, as.

Mostrar lo escrito. Edere, proferre, exhibere scriptum. *Mostrar gravedad.* Gravitatem præ se ferre.

Mostrarse liberal. Præstare munificentiam. Liberalem, ac munificum se præbere, præstare. *Á ver, muestra.* Ostende sis. Sine videam.

Mostrador de relox. Index. Gnomon, onis.

Mostrencos bienes. Amissa, & incerta bona, quorum dominus ignoratur, nec reperitur. *Los bienes mostrencos son del primero que los toma.* Quæ libera sunt, transeunt in jus occupantis. *Hombre mostrenco.* Vagus, qui nullius est jurisdictionis, homo vastus, & agrestis.

Mota. Flocculus, i. Atomus, i. *Desmotar el paño.* Panni flocculos adimere.

Mote. Inscriptio. Laconica sententia.

Mote malo. Apellatio ignominiosa. Ignominia, probrum, i.

Motejar. Cavillor, aris. Scommata in aliquem jacere, scommatis in aliquem ludere. Cavillo aliquem sugillare. *Motejarse unos á otros.* Conviciis se mutuò petere, dicteriis certare. Aliquid in altero invicem cavillari. *El que moteja.* Facetus, aut amarus cavillator.

Motete. Modulus, i. Modulatio, nis.

Motilar. Tondeo, es. Vide *Trasquilar.*

Motilón. Intonso vertice laicus.

Motin. Tumultus, us. Seditio, nis. Vide *Alborotar*, y *Amotinarse. Apaciguar el motin.* Tumultum, aut seditionem componere, comprimere, restringere, sedare. *Primer motor.* Seditionis actor, vel prima causa.

Motivo. Causa, æ. Ratio, nis. *Qué motivo tienes para hacer esto?* Quid te impulit, ut hæc susciperes? Quid causæ fuit, cur hæc faceres? Quo auctore, cujus suasu, & impulsu id aggressus es?

Motivar algo. Causam aliquid faciendi dare, ansam præbere.

Mover. Moveo, commoveo, es. *Mover afectos.* Afferre motum animis.

Mucho movió á los oyentes hoy el Predicador. Magnum hodiè concionator auditorum animis motum excitavit. Magnus animorum factus est motus in concione. Concionatoris oratio auditorum animos vehementer accendit, inflammavit, magnopere ad virtutem, & mundi contemptum impulit, incitavit, concitavit. Ejus oratione universa concio gemitibus, & suspiriis exarsit. Orationis aculeis incitata concio lamentationi, & lachrimis temperare non potuit.

Moverse, ablandarse. Commoveri, re aliqua, duci, frangi, flecti animo.

Moverse á hacer algo por miedo, odio, compasion, interés, &c. Adduci, impelli, induci, incitari, concitari odio, metu, misericordia, pretio, cupiditate, &c.

Muevése el Cielo con grandisima velocidad. Cœlum maxima celeritate fertur, vertitur, versatur, agitatur, summa incitatione volvitur, rotatur, convolvitur, contorquetur.

Mover la muger. Fœtum intempestivum edere, abigere, abortire, abortare.

Movediza cosa, ó movible. Mobilis, levis, inconstans, volubilis, versatilis.

Movimiento. Motus, us. Motio, nis. Commotio, nis. Agitatio, nis.

Moxicon. Colaphus, i.

Moyo de vino. Amphoræ vini sedecim.

Moza en edad. Puella, adolescentula. *De servicio.* Ancilla, æ. Famula, æ.

Mozo ó mancebo. Adolescens, tis. Juvenis, is. *De poca edad.* Impubes, is. Ephebus, i. Impuber, eris. *Mozo de servicio.* Famulus, i. Servus, i. *De espuelas.* Servus à pedibus. *De caballos.* Agaso, nis. *De cocina.* Mediastinus, i. *De mulas.* Mulio, nis.

Mocedad. Adolescentia, æ. Juventus, tis. Juventa, æ. Juvenilis ætas. *Mocedades.* Amores juveniles, juventutis maculæ, tenebricosissimum adolescentiæ tempus. *Mocear.* Juvenari, lascivire, scortari.

Mo-

Mozalvete. Adolescentulus, ephebus, i.

Mozeton. Robustus adolescens.

M ANTE U.

Muchacho. Puer, eri. *Muchachillo.* Puerulus, pusio, nis.

Muchacha. Puella, æ. *Mochachilla.* Pupa, æ. *Muchacheria.* Puerilitas, pueriles ineptiæ. *Muchachada.* Puerilis nequitia. *Cosa de muchacho.* Puerilis, e. *De muchacha.* Puellaris, re. *Como muchacho.* Pueriliter. *Como muchacha.* Puellariter. *Plin.*

Mucha cosa. Multus, a, um. Magnus. *Hay muchisimo trigo, y vino.* Maximus est frumenti, & vini numerus. Ingens frumenti, & vini copia est. *Mucho le estiman.* Magni æstimatur, magno in pretio habetur. *Mucha licencia se toma.* Magnam sibi licentiam vindicat. Multa sibi licere putat. *Qué mucho que ganase la Ciudad, estando desprevenida?* Quid mirum, si urbem occupavit? Quid operis fuit urbem occupasse, nullo præsidio munitam?

MUCHO. Muy. Multùm, valdè, magnopere, vehementer. *No me da mucho cuidado á que pueda aludir tu respuesta.* Quorsum recidat responsum tuum non magnopere laboro. Cic. *Que no me pago yo mucho de ninguna de mis cosas.* Nihil enim meorum valdè miror. *Lo que antes me habia caido muy en gracia, me enfada ahora mucho.* Quod mihi valdè arriserat, nunc vehementer displicet §. *Con los comparativos, y superlativos, y con Ante, y Post se usa* Multò. *Mucho menos me movian las amenazas.* Multó minus movebant me minæ. *Mucho antes que.* Multò ante quàm. *No mucho despues.* Non multò post. §. *Con los verbos que significan Ventaja, y Distancia, y con los adjetivos, y adverbios de diversidad se usa* Longè *elegantemente. Aventajase mucho á los demás.* Longè cæteris antecellit. *Pareceme que yo no me aparto mucho de las opiniones de Aristoteles.* Ab Aristotelis inventis tibi videor non longè aberrare. *Lo qual es muy diferente.* Quòd longè secus est, longè dissimile. *Son muy diversas esas artes.* Istæ facultates longè sunt diversæ, atque sejunctæ. Cic.

Mucho (tiempo.) Diu. *Mucho me detuve en estos pensamientos.* Diu his cogitationibus immoratus fui. *Mucho ha que salió de con su amo.* Diu est, cum ille ab hero discessit. *No ha mucho que yo le vi.* Haud sanè diu est, cum illum vidi.

Muchos. Multi, plures, complures. *Aqui hay muchas cosas de nuevo.* Nova hic complura sunt. *Muchisimos.* Plurimi, permulti. *Muchisimo importa.* Plurimùm interest, permultùm refert. *Nunca mucho cuesta poco.* Difficilia quæ pulchra.

Muchas veces. Sæpe, crebrò, indentidem, subinde, frequenter, sæpenumerò, persæpe, sæpe, sæpius.

Muchedumbre. Multitudo, inis. *De gente.* Magnus hominum numerus, ingens hominum conventus, concursus, cœtus. Magna caterva, frequentia, celebritas.

Muda en la voz. Vocis flexus subraucus in adolescente ætate. *Mudar asi la voz.* Galludasco, is. Hirquitallio, is. *El que está en muda.* Hirquitallus, i.

Muda que usan las mugeres. Offucia, æ.

Mudar. Muto, as. Commuto, as.

Mudar el semblante, ó color. Immutari facie. Vultum mutare, variare. Varios præferre colores. *Mudar platica, ó de platica.* Sermonem alió trahere, transferre, convertere, flectere ad alia. *Mudar casa.* Aliò migrare, commigrare. In aliam domum immigrare. Sedem, aut domicilium mutare. *Mudar de pais.* Solum vertere. *Qien se muda, Dios le ayuda.* Qui solum vertunt, pœnam, aut calamitatem subterfugiunt.

Por qué os habeis asi mudado? Miror quid acciderit, quod tibi afferret commutationem tantam voluntatis? Cur tam subitam instituti mutationem fecisti? Cur mentem, cur sententiam mutasti? Cur calculum reduxisti? Cur vela ventis, & funem, talumque reponis? Cur à te ipso defecisti? Quid te mutavit?

Mudar de estilo. Stylum vertere. *No mudaré de parecer, por mas que digan.* Nemo me à sententia deducet, depellet, deterrebit. Hanc ex animo opinionem nemo mihi evellet. Nullius orationis vi sententia decedam.

Mudable. Mutabilis, volubilis, versatilis. Vide *Inconstante.*

Mudanza. Mutatio, commutatio. *En danzar.* Saltationis varietas. *Hacer mudanzas.* Variè ad numerum movere pedes. Saltationem variare. Aliter, atque aliter saltare.

Mudanzas de esta vida. Variabilis hujus vitæ conditio. Temporum vicissitudo. Fortunæ vices.

Muela de la boca. Dens molaris. *De molino.* Mola, æ. *La de arriba.* Catillus, i. *La de abaxo.* Meta æ. *Á quien le duele la muela, que se la saque.* Tuum tu negotium gere.

Muela de gente. Corona, æ. Circulus, i.

Muela de trigo. Acervus tritici.

Muelle de cerradura. Pessulus, i.

Muelle de mar. Artificialis portus, aggestis molibus excitatur.

Muerdado. Viscum quercicum.

Muermo. Distillatio in pecude.

Muerte. Mors, tis. Obitus, us. Interitus, us. Vitæ exitus. Occassus, us. Excessus, us. Supremus dies hominis. *Muerte violenta.* Cædes, is. Nex, cis. *Muerte repentina.* Abruptæ vitæ exitus. *Hacer una muerte.* Cædem facere. Necem alicui afferre, inferre. Vide *Matar. Pareceme que la muerte está bien hecha.* Jure mihi cæsus videtur.

Cerca estoy ya de la muerte. Mea ætas non longè abest à funere. Vocor jam ad exitum vitæ. Moriendi jam instat dies. Non longè dies ille abest, qui mihi vitam finiet.

Esto para mi es á par de muerte. Hoc mihi mortis instar est. *Aborrecele á par de muerte.* Cane pejus, & angue odit hominem. Studio, ac voluntate ab illo abhorret.

No fenece el alma con la muerte. Non una cum corpore animus extinguitur. Non sic deletur homo, ut penitus intereat, sed manet animus immortalis. Mors non interitus animi, sed corporis est.

Muerto. Mortuus. *De hambre, y de sed.* Fame, & siti enectus. Vide *Morir.*

Muesca. Crena, æ.

Muestra. Indicium, signum, documentum, argumentum, significatio, specimen. *La muestra del paño.* Panni specimen. Speciosior telæ pars. *Muestra, dechado.* Exemplar, aris. Archetypus, i.

Desde niño dió muestras de virtud y de ingenio. Speciem à pueritia eximiæ virtutis, & ingenii prætulit. Jam ab ineunte ætate præclarum ingenii specimen, honestatisque præbuit. Á puero optima ejus indoles apparuit; futuræ probitatis, & ingenii non vulgaria documenta dedit. Ab adolescentia ingenii ejus lumen effulsit.

Dió muestras de flaqueza. Inclinari visus est. Pedem referre cœpit, gradum retrò dedit. Impetum ægrè sustinuit. Loco motus est.

Muger. Fœmina, æ. Mulier, eris. *Casada.* Uxor, conjux, nupta. *Por casar.* Innupta, cælebs, ibis. *Soltera.* Libera, soluta. *Parlera.* Garrula. *Muger honrada, siempre acompañada.* Mulier pudica ne sola sit usquam. *Muger varonil.* Virago, inis. Virilis animi fœmina. *No hay que fiar de muger.* Mulieri ne credas unquam, ne mortuæ quidem. Fœmina nihil infidius.

Mugercilla. Muliercula, æ. *De mal vivir.* Meretricula. *Cosa de muger.* Muliebris, æ.

Mugeriego. Mulierosus, mulierum appetens, frequens in earum colloquiis.

Mugeril cosa. Muliebris, e. Fœmineus.

Mugerilmente. Muliebriter.

Mugre del paño. Sordes panni.

Mugriento. Sordidus, a, um.

Mugrón. Propago, inis. Tradux.

Mula. Mula, æ. *De alquiler.* Meritoria. *No hay mula sin tacha.* Nulla est alauda sine crista. Nemo adhuc extitit, cujus virtutes nullo vitiorum confinio læderentur.

Muleta, mula nueva. Mulá annicula, vel bima.

Mulo. Mulus, i. *Muleto, hijo de caballo, y burra.* Burdo, nis. Hinnus, i. Pumilius, vel Pumilio mulus.

Mulatero. Mulio, nis. Mularum custos.

Muladar. Sterquilinium, fimetum, i.

Mulato. Hybrida fuscus, ex Æthiope, aut Mauro, & alba fœmina natus.

Muletas. Furcillæ subalares. Caudorum fulcra.

Mullir. Mollo, is. *Mullir la cama.* Lec-

Lectum quàm mollissimè sternere. *Mullir un negocio.* Rem aliquam molliri.

Multa. Mulcta, æ. Pœna pecuniaria.

Multar. Mulcto, as. Mulctam alicui indicere.

Multiplicar. Multiplico, as. *Multiplicacion.* Multiplicatio, onis.

Multitud. Multitudo, inis. Turba, æ.

Mundo. Mundus, i. Mundi universitas. Universa rerum natura. Orbis terrarum. Cœlum, & quidquid cœli ambitu continetur. *Hombre docto, si le hay en el mundo.* Vir doctus, si quisquam alius. *Pues hay hombre en el mundo, que esto dude?* An hoc dubitabit quisquam hominum? *Todo el mundo lo dice.* Omnium gentium litteris, atque linguis hoc testatum est. Omnes hoc uno ore conclamant. Omnes ita prædicant. Omnium voce, & consensu certum est.

Desde que el mundo es mundo. Ab orbe condito. Post orbem conditum. Ex quo homines esse cœperunt. Post hominum memoriam, ex omni memoria. Post genus hominum natum. *Segun anda el mundo, cerca está de acabarse.* Ut nunc sunt mores, propè est ut mundus pereat. *Cosa del mundo.* Mundanus, a, um.

Mundano. Qui mundi gloriam amat.

Mundana, muger. Meretrix. Vulgare scortum.

Municion de arcabuz, ó artilleria. Plumbeæ pilæ cum nitrato pulvere.

Muñeca. Carpus, i. Vertebra, æ. *Por la muñeca.* Qua brachium manui committitur. *Muñecas de niñas.* Pupæ, pupulæ, arum.

Muñidor de Cofradias. Munitor, oris. Præco feralis.

Murmurar. Detrahere de absentibus. Alicui, vel de ejus fama detrahere.

Muchos murmuran de vos. Multi de te rumores vagantur, dissipantur. Malè apud plures audis. Est in circulis de te obtrectatorum sermo liberior. In multorum sermonem, vituperationemque venisti, incidisti. Multi te in invidiam vocant. *Qué de buena gana oyes murmurar!* Quàm pronis auribus obtrectationem excipis!

No escuches, si murmuran de ti. Ne malè feriatorum rumusculos aucuperis. Noli arcana eloquia curiosiùs scrutari. Noli tuum dedecus auscultare.

Murmuracion. Detractio, obtrectatio. Malevolorum sermones, rumusculi.

Murmurador. Obtrectator, oris. Maledicus, detractor, oris. Mordax in circulis.

Murmullo. Murmur, admurmuratio, nis.

Muro, ó muralla. Murus, i. Mœnia, ium.

Murar la Ciudad. Urbem mœnibus cingere, munire, vallo firmare.

Murria. Profundus mœror.

Murta, ó arrayan. Myrtus, i. *Donde hay muchas.* Myrtetum, i.

Musaraña. Musaraneus, ei.

Musas. Pierides, Musæ, arum.

Musco. Mus odoratus. Vide *Rata.*

Musculos. Musculi, orum.

Museo. Musæum, i.

Musica. Musica, æ. Cantus, us. Vocum, aut nervorum concentus. Symphonia, Harmonia, æ.

Musico. Musicus, symphoniacus. *De harpa, guitarra, &c.* Citharœdus, i. Lyricen, fidicen, inis. *De trompeta.* Choraules, tubicen, inis. *De flauta.* Tibicen, inis.

Muslo. Femur, oris. Fæmen, inis.

Mustio. Languidus, subtristis.

Muy. Valde, admodum, apprime, impensè, vehementer, longè maximè.

Muy docto. Impense doctus; apprime eruditus, admodum litteratus, doctissimus. *Muy aventajado.* Longè præstans. *Muy diferente pensamiento es el mio.* Longè alia mihi mens est. *Muy diferente discurre.* Longè aliter ratiocinatur. Vide *Mucho.* §. *Observa que muchisimos adjetivos, y adverbios que se componen de la preposicion* Per *significan Muy como los superlativos, como:* Permolestus, perjucundus, perdificilis, perhonorificè, perhumaniter, &c. *Y aun no pocos adjetivos, y adverbios que se componen de* Præ *significan tambien muy, como.* Præpotens, prædurus, præfervidus, præfervidè, præproperè, &c.

Muzeta. Byssinum humerorum amiculum, quo utuntur Episcopi.

N ANTE A.

NAbo. Napus, i. *Nabo redondo*. Rapum, i. Rapa, æ. *Navizas*. Rapacia, orum.

Nacar. Concha margaritarum.

Nacarado, *color*. Roseus.

Nacer. Nascor, eris. Orior, iris. Edor in lucem. *Nacer el rio, ó la fuente*. Profluere, labi, præcipitari, è montibus originem ducere. *De alli nació esta desventura*. Inde hæc malorum Ilias ortum habuit. È lutulentis illis fontibus hæresis ad nos defluxit. Inde serpsit hæc gangræna, quæ totum corpus effusa corrupit.

Desde que nació vive en trabajos. Ex quo vitæ limen attigit; ex quo vitam ingressus est; ex quo in lucem susceptus est; in lucem editus est; in hanc lucem prodiit: ex quo lucis usura frui cœpit; ex quo spiritum de cœlo hausit; à die natali, ab ipso vitæ limine laboribus assuevit.

Parece que nació para la virtud. Natura illum ad honestatem finxisse videtur. Ita virtutem colit, quasi ad illam unice factum esset. Factum esse ad honestatem dicas, naturamque illum ad virtutem peperisse.

Nacer otra vez. Renascor, eris.

Nacido en las malvas. È quercubus ortus. *Bien nacido*. Ingenuus, nobilis, honesto loco natus. *Esto viene aqui nacido*. Hoc sponte sua fluit, aptissimè quadrat. *De ruin padre no nace buen hijo*. Esquilla non nascitur rosa, neque ab ancilla ingenuus. *Hoy puedo decir que he nacido*. Hunc diem ex infortunio natalem verè meum appellare possum.

Nacido, muerto el padre. Posthumus, a, um. *El que nació de pies*. Agrippa, æ.

Nacido, ó postema. Apostema, tis.

Nacimiento. Ortus, us. Natalis, is. *Celebrar su nacimiento*. Diem natalem agere, celebrare. Dare natalitia. Geniali epulo amicos excipere.

Nacion. Gens, tis. Natio, onis.

Nada. Nihil, nihilum, i. Nil. *No se me da nada de eso*. Ea de re non laboro. Susque deque habeo. Susque deque fero. *De nada tengo menos que de ambicioso*. Nihil à me longius abest quàm ambitio. Minimè ambitiosus sum. Quidvis potius, quàm ambitiosus. *Hoy no he hecho nada*. Hodie nullam lineam duxi. *Á no nada costará diez reales*. Constabit minimùm decem drachmis.

Nadar. No, as. Nato, as. *Pasar á nado*. Trano, as. Nande flumen transire, natu trajicere. *Salir á nado*. Enare, enatare. *Nadar debaxo del agua*. Urinor, aris. *Nadar, nadar, y morir á la orilla*. Spe longa frustrari. Sisyphi saxum volvere. In summo clivo deficere.

Nadador. Natator, oris. *Por debaxo del agua*. Urinator, *Nadadero*. Natabulum, i. Natatoria, æ. Piscina, æ.

Nadie. Nemo, inis. Nullus.

Nalgas. Nates, ium. Clunes, ium.

Nao. Navis, is. Vide *Nave*.

Naranja. Malum aureum.

Naranjo. Malus citria, vel Medica, citrus, i.

Naranjal. Locus citriis arboribus consitus. *Naranjado color*. Aureus.

Narciso, *flor*. Narcissus, i.

Nardo, *mata olorosa*. Nardus, i.

Nariz, *narices*. Nasus, i. Nares, ium.

Nariz roma, chata, remachada. Nasus simus, resinæ nares. *Nariz aguileña*. Nasus aquilinus. *El pico de la nariz*. Nasi orbiculus. *Las ventanas*. Nares. *La ternilla de enmedio*. Dissepimentum, discrimen narium. *Sonarse, ó limpiarse las narices*. Emungere nares. *Cortaronle las narices*. Os illi denasatum est, nares illi sunt præcisæ. *Subesele presto el humo á las narices*. Facilè stomachatur. Levi de causa irascitur.

Narigudo. Naso, onis. Nasutus.

Narracion. Narratio, onis.

Nasa para pescar. Nassa, æ.

Natas, ó natillas. Flos lactis, pingue lactis. *La nata de la erudicion*. Flos eruditionis.

Naturaleza. Natura, æ. *No está tan cansada, y desvirtuada la naturaleza, que no produzga ahora cosas excelentes*. Non est adeò lassa, & effœta natura, ut nihil jam laudabile pariat. *El fuego por su naturaleza ablanda el hierro*. Ignis vi sua ferrum mollit.

Natural cosa. Naturalis, ingenitus, innatus, nativus, genitus, insitus. *El*

amor de los hijos es natural. Natura comparatum est, ut suos quisque filios amet. *Esto en todo es natural.* Id omnium animis insitum, atque innatum est. Id cuique à natura inditum, tributum, ingenitum est. Id omnibus natura ingenuit, tribuit, ingeneravit. *Partes naturales.* Naturalia, ium. *Las del hombre.* Virilia, genitalia. *Las de la muger.* Muliebria, um.

Natural de un Lugar. Indigena, æ.

Natural de Toledo. Toleti natus.

Natural de cada uno. Natura, æ. Ingenium, ii. *Buen natural.* Bona indoles, præclara, optima. Ingenium liberale, generosa mens, mores commodi. *Hombre de mal natural.* Natura improbus, ingenio malo pravoque, solutis asperisque moribus, indole feroci & contumaci.

Procura conocer tu natural para tomar estado. Vires ingenii tui ad propositam tibi vitæ rationem expende. Ad tuam naturam dignoscendam te in consilium adhibe. Quo te natura ducat, maturè considera. Excute diligenter, & explora, quo te tui mores ferant, & inclinent, quid cum tua natura ingenioque conveniat, quid natura possis, quid non possis.

Obrar contra el natural es cansarse en valde. Repugnante natura irritus labor est. Invita Minerva si quid moliris, aquam è pumice postulas, ferrum natare doces, arenæ semina mandas, litus aras, calvum vellis.

Corregir su mal natural. Vitiosam naturam domare, castigare, comprimere. Pravum ingenium corrigere, virtutis doctrina excolere, ad rationis metam adigere.

Es muy dificultoso ir contra el natural. Animum mutare dificile est. Quidquid infixum animo, & ingenitum est, lenitur probitatis studio, non evellitur. Ardua, ac perdifficilis provincia est imperare sibi, seque ipsum in potestate habere.

Mucho hace un buen natural para la virtud. Multùm ad virtutem confert honesta educatio in bona indole, facilique natura. Multùm juvat, plurimùm interest ad virtutis studium, quæ cujusque natura sit, atque ingenium. In præclara natura facilè virtus inhæret.

Naturalmente. Naturaliter, natura, secundum naturam, suapte natura. Magistra, ac duce natura. Naturæ ductu, impetu, impulsu. Ipsa hortante, & quasi impellente natura. Naturali quodam studio, animique propensione.

Naturalizarse en algun Reyno. Principis beneficio municipem fieri, Regiis immunitatibus donari, indigenis adscribi, inter indigenas censeri.

Nava, tierra llana. Campi planities.

Navaja. Novacula, æ. Culter tonsorius.

Nave, ó navio. Navis, is. Navigium.

Navecilla. Navicula, æ. Ratis, is. *De corsarios.* Myoparo, nis. Navis piratica, prædatoria. *De pescador.* Lembus, i. Scapha, æ.

Nave Capitana. Prætoria navis. *Almiranta.* Præfecta navis. *Nave de carga.* Navis oneraria. *Navio de aviso.* Speculatorium navigium. *Hace agua el navio.* Aqua in navem per rimas influit. *Traer la nave á jorro.* Remulco navem trahere.

Naval cosa. Navalis, e.

Navegar. Navigo, as. Enavigo, as. Velifico, as. Vela ventis dare. Navigationi, aut mari se committere. *Navegar viento en popa.* Ferente à puppi vento navigare. *Á vela, y remo.* Remis, velisque navem agere, impellere.

Buen tiempo tenemos para navegar. Tranquillum, tempestivum, placidum, opportunum ad navigandum mare nacti sumus.

Navegacion. Navigatio, nis.

Tuvimos la postrera navegacion. Secundo vento navigavimus. Venti à puppe ferentes, & eximia vis remigum maturè nos in portum detulerunt. Felicem navigationis cursum tenuimus. Bellè nobis flavit ventus, quoad portum pervenimus.

Trabajosa navegacion tuvimos. Adversis ventis usi sumus. Tardè, & incommodè navigavimus. Fluctibus sæpè jactati sumus. Perdifficilis navigatio fuit.

Navegable rio. Flumen navigabile.

Navegante. Navigans, tis. Qui navigat, aut navi vehitur.

Naveta de inciensa. Accerra, æ.

Naufragio. Naufragium, ii. *Padeció naufragio.* Naufragium fecit. Naufragio periit. Ad scopulum navis allisa, demersa,

sa, fluctibus obruta est.

Navidad. Natalis Christi Domini dies.

Noche de Navidad. Nox illa celeberrima; qua Dei Filius è Virgine nasci dignatus est, ut nos à peccati servitute redimeret, mundumque divinitatis suæ luce perfunderet.

Naypes. Chartæ pictæ. Lusoriæ chartulæ.

N ANTE E.

Nebli. Accipiter, tris.

Neblina, ó niebla. Nebula, æ.

Necedad. Stultitia, æ. Fatuitas, tis. Imprudentia, insipientia, æ. Ineptiæ, arum.

Necesidad. Neccessitas, tis. *De lo que hace falta.* Egestas tis. Indigentia, inopia, æ. Vide *Menester, y Pobreza. Tener necesidad.* Egeo, indigeo, es. Necesse habere, opus habere. *Padece mucha necesidad.* Inopia, & egestate laborat. *La necesidad carece de ley.* Necessitas nulla lege tenetur. *La necesidad enseña á discurrir.* Necessitas acuit ingenium. *La necesidad da fuerzas para todo.* Nihil necessitate dira fortius. *Á la necesidad no hay resistencia.* Necessitati parendum est. *Retiróse á hacer una necesidad.* Recessit ad requisita naturæ.

Necesitar á uno, ó forzarle. Cogo, compello, is. In necessitatem aliquem adducere. Necessitatem alicui aliquid faciendi afferre, abhibere. *Vrome necesitado á rogarle.* Cogor, necesse mihi est, necesse habeo hominem rogare.

Necesitar de algo. Egeo, indigeo. *No necesito de libros.* Non sunt mihi libri necessarii.

Necesaria cosa. Necessarius, a, um. *No es necesario decirlo.* Non est hoc dicere necesse. Non est dictu necessarium.

Necesarias. Latrina, æ. Foricæ, arum.

Necesariamente. Necessariè, necessariò. *Necesariamente ha de volver.* Necesse est, ut redeat. Necessariò es redliturus.

Necio. Stultus, fatuus, imprudens, stolidus, insipiens. *Necio es el sabio, que para si no sabe.* Qui sibi sapiens prodesse nescit, nequidquam sapit. *El necio por la pena es cuerdo.* Malo accepto, stultus sapit. Post acerba prudentior.

Neciamente. Stultè, insipienter, absurdè.

Nectar, bebida de Dioses. Nectar, aris.

Nefando, pecado. Præpostera libido. Sodomia, æ.

Negar. Nego, as. Abnego, denego. Inficior, aris. Inficias ire. *Negar con señas.* Abnuo, renno, is. *No tuvo animo para negarlo.* Negare non sustinuit. *Mas quisiera que me lo hubieras negado.* Repulsam accepisse mallem.

Negar en el tormento. Perstare, vel constare in negatione. Constanter negare.

Negar la fé con juramento. Fidem ejurare. *Negar con juramento lo fiado.* Creditum abjurare. *Negar á uno el voto.* Refragari alicui. Suffragio alicui deesse.

Negacion. Negatio, nis. Negantia, æ. Inficiatio, nis.

Negativo. Negativus, negans, tis. *Estar negativo.* Pertinaciter negare.

Negligencia. Negligentia, æ. Indiligentia, æ. Incuria, æ. *Negligente.* Negligens, tis. Socors, dis. *Ser negligente en algo.* Indormire in re aliqua. Rem negligentiùs agere. *Pesame que me tengas por negligente.* Negligentiæ nomine suspectum me tibi esse doleo.

Negligentemente. Negligenter, indiligenter, oscitanter, incuriosè.

Negocio. Negotium, ii. Res, ei.

Tu hermano cuida de mis negocios. Frater tuus rerum mearum procurator est. Res meas curat. Mea agit, gerit, tractat negotia. Rationes meas administrat. Rerum mearum curam sustinet. Meis est negotiis præpositus.

No es buena traza esa de hacer mi negocio. Ista rei gerendæ ratio mihi non probatur. Rem agis perperam. Aliter agis, atque res postulat, & ego agendam censeo.

No embaraceis mis negocios. Ne meis rationibus officias. Negotiorum meorum cursum ne retardes. Noli negotiis meis interpellare, impedire, remorari

En vuestro negocio estamos. Tua nunc res agitur. Nunc tuum ferrum in igne est. *Tu negocio hazlelo tu.* Ne quid expectes amicos facere, quod per te queas. Tum

tu negotium age. *Malo va este negocio.* Hæret hoc negotium. Inclinata res est.

No hay negocios en la Audiencia. A judiciis forum refrixit. *Hombres de negocios, ó curiales.* Comitiales homines. *De otros negocios.* Negotiatores.

Negociar. Negotior, aris. Negotia agere, gerere. *Negociar con dineros.* Largitione, aut muneribus judices corrumpere. *Sabe bien su negocio.* Rem suam probè meminit. *Negociador, ó negociante.* Negotiator. *Negociacion.* Negotiatio, nis.

Negra cosa. Niger, ater, tra, um.

Negro vestido. Vestis pulla. *De guinea.* Æthiops, pis. *Algo negro.* Subniger, fuscus, nigricans, obscurus. *Negro color, ó negrura.* Nigror, nigredo, nigritia, æ. *Negra ventura.* Misera fortuna, sors iniqua. *Trabajamos todos por esta negra honra.* Trahimur omnes studio laudis, & honoris, inania miserè aucupamur. *Es tan negro de bueno, que todos se le atreven.* Adeò probus est, & simplex, ut vulgo despiciatur.

Negrear. Nigreo, es. Nigrico, as. *Negrecer.* Denigro, as. *Sobre negro no hay tintura.* Niger color à nullo extinguitur.

Neguijon. Dentium caries, vel putredo.

Neguilla. Melantium, nigella, gith.

Nema de carta. Nema, atis.

Nervio. Nervus, i.

Nervoso. Nervosus, fortis, robustus.

Nevada yerva. Calamitha, æ.

Nevar, y nevada. Vide *Nieve.*

Neutro. Neutrum, neutrius generis.

Neutral. Indifferens, tis. Neutrius partis. Medius, a, um. *Mostrarse neutral en los vandos.* Dubium se, mediumque partibus præstare.

N ANTE I.

Ni. Nec, neque. *Ni hermosa que mate, ni fea que espante.* Nec volo quod cruciat, nec volo quod satiat. *Ni es carne, ni pescado.* Neque prodest, neque obest. *Ni por esas, ni por esotras.* Nec spe, nec metu. §. *Quando uno manda, aconseja, ó ruega.* Ni es Neve, ó neu. *Ni te tomes con los superiores, ni andes á malas con ellos.* Cave ne cum potentioribus contendas, neve prava æmulatione irasceras. *Suplicote, que no me preguntes una cosa como esta, ni en este reo, ni en otros.* Peto à te ne id à me, neve in hoc reo, neve in aliis, quæras. Cic.

Ni aun. Ne quidem. *Ni aun muestras dió de agradecerle.* Ne grati quidem animi signa dedit. *Ni aun se atreve á avisarselo.* Ne admonere quidem sustinet. §. *Á veces, quando á* Ni *precede* No *es* vel, ó Nequidem. *No diera por ti una blanca.* Non redimerem te vel obolo. Ne obolo quidem te redimerem. *No le fiara ni maravedi.* Non illi crederem vel teruntium. Non illi crederem, nec teruntium quidem.

Nicho. Loculus, i.

Nido. Nidus, i. *Hacerle.* Nidifico, as. Nidum facere, fingere, construere.

Niebla. Nebula, æ. *De las mieses.* Rubigo, inis.

Niervo. Vide *Nervio.*

Nieto. Nepos, otis. *Nieta.* Neptis, is.

Nieve. Nix, nivis. *Nevar.* Ningo, is. *Nevada.* Copiosa nix. *Cayó media vara de nieve.* Nix duos pedes alta jacuit. *Nevada cosa.* Nivosus, a, um. *Dia de nieve.* Nivalis dies. *Pella de nieve.* Niveus globus. *Blanquea la tierra nevada.* Nivosæ rupes candent.

Nigromancia. Necromantia, æ.

Ninfa. Nimpha, æ.

Ninguna cosa. Nihil. Nihilum, i. Nil.

Ninguno. Nemo, nullus, nemo unus, ne unus quidem. *Ninguno del mundo.* Nemo quisquam.

Niña. Puella, æ. Virguncula, æ. *De teta.* Infantula, æ. Pupa, æ.

Niña, ó niñeta del ojo. Pupilla, æ.

Niño. Puer, puerulus, pusio, nis. *Niño de teta.* Infans, tis. Pupus, i. *Supuesto por engaño.* Subdititius, supposititius.

Niños expositos. Expositi infantes, projecti, ad templi limen abjecti.

Niño de escuela. Elementarius puer.

Es muy donoso niño. Puer est sanè festivus, insignis festivitatis puer. Est in illo leporis multum, nec festivitatis minus. Nihil est illo lepidius, nihil festivius.

Niño muy agudo, temo no dé en rudo. Odi pueros præcoci sapientia.

Desde niños nos criamos juntos. À pueris una educati sumus. À pueritia, à pri-

ma ætate in eodem ludo, eisdem studiis, & magistris usi sumus. *Amor de niños, agua en cesto.* Puerorum amores cum ætate ferè deponuntur. *Entenderdlo un niño.* Vel puero perspicuum.

No seas niño. Relinque nuces. Pueriles nugas abjice, teque ad graviora studia converte. *Cosa de niño.* Puerilis, infantilis.

Niñon. Puerorum studiosus.

Niñez. Pueritia, æ. Puerilis ætas.

Niñerias. Pueriles nugæ. Puerorum ludi. Puerilia oblectamenta.

Niñear. Nugari, nugas agere. Puerorum more colludere.

Nispero, arbol. Mespillus, i.

Nispero, fruta. Mespillum, i.

Nivél. Perpendiculum, i. Libella, æ. *Hacer algo á nivél.* Ad perpendiculum aliquid exigere, ad libellam ducere. *Nivelar.* Ad libellam dirigere, ad amussim ducere.

Ni uno, ni otro. Neuter, tra, um. *Ni uno, ni otro me contenta.* Neutrum probo. Neuter mihi placet.

N ANTE O.

No. Non, haud, nequaquam, minimè, neutiquam, haudquaquam. §. *Quando uno manda, aconseja, ó jura.* No es Ne. *No aprendas lo que es bueno para olvidado.* Dediscenda ne discito. *No se meta á maestro, quien puede ser discipulo.* Monendus ne moneat. *No me salve Dios, si digo otra cosa de lo que siento.* Ne sim salvus, si aliter dico, ac sentio. *No me dé Dios vida, si lo sé.* Ne vivam, si scio. §. *A veces en lugar de* Ne, *se usan* Noli, ó Cave *elegantemente.* *No lo dexes por falta de pluma, y tinta.* Noli cessare per calamum, & atramentum. *No esperes á que te dé las gracias.* Noli expectare, dum tibi gratias agam. *No des alas á este muchacho.* Cave indulgentia nimia puero animos faciat. *No pienses por tu vida, que lo digo por mal.* Cave, si me amas, existimes, me hæc invidiosè dicere.

No (al fin de la clausula.) Non item. *Lo frutos de las ciencias son muy dulces; la raiz no.* Suavissimi sunt sapientiæ fructus; radix non item. *El discreto dissimula el agravio; el necio no.* Sapiens injuriam dissimulat, fatuus non item. §. *Nota, que quando hay dos negaciones en Romance, no se pone en latin mas que una.* v. gr. *No digas mal de nadie.* Neminem verbo læseris. *No falta ninguno.* Nullus abest. *No hay nada.* Nihil est.

No hay contenerle. Nullatenus illi satisfeceris, aut placare possis. *No hay hartar su codicia.* Nullis divitiis animum ejus expleas, aut explere possis. *No hay cogerlo.* Nullis captionibus eum teneas, nullo laqueo concludas. *No hay sacarle de ahí.* Nulla ratione eum inde dimoveas, nullis conditionibus à sententia deduxeris, à proposito avertas. Nullis precibus, aut minis constantiam ejus labefactare possis. *No hay volver pie atrás.* Non licet referre pedem, aut sententiam mutare. Haud impunè pedem referas. *No hay veros, ni hablaros.* Non licet te videre, neque alloqui.

No hay que. No hay para que. No tienes que. Non est cur. Nihil est quod, vel cur. *No hay que buscar otras causas de su tristeza.* Nihil est cur mæroris causas aliunde traxeris. *No tienes que hacerme fiestas.* Nihil est quod mihi placere gestias. *No tienes que hacerme zalemas.* Nihil est quod me blandis summissionibus allicias. *No hay para que escusar tu vellaqueria.* Nihil est quod rationem turpitudini obtendas. *No hay para que enojarte tanto.* Non est cur tantopere succenseas. *No hay que tener pena de eso.* Nihil est cur molestiam ex eo capias. *No hubia para que darle tantas satisfacciones.* Nihil erat, quamobrem tantopere te illi purgares.

No habia hecho mas que, &c. quando. Commodum, &c. cùm. *No habia hecho mas que venir de la granja, quando me dieron la carta.* Commodum ex villa veneram, vel tantum ex villa veneram, cum mihi à te litteræ redditæ sunt. Vixdum è villa veneram, cum à te litteras accepi.

No acostumbrado al trabajo. Insuetus, insolitus, insolens laboris. *No acostumbrado á oir la verdad.* Veritatis insolens. *Cosa no acostumbrada.* Res inusitata, insueta, insolita, insolens.

No dexó cosa por registrar. Nihil prætermisit, quin inspiceret, & scrutaretur

te pertinet. Tuæ dignitatis hoc est, & officii. Incumbe in hanc curam, quæ te propiùs tangit. Perage partes, quas suscepisti.

Cumplir con su obligacion. Partes suas peragere. Officio satisfacere. Munere suo egregiè fungi, perfungi. In officio manere, permanere. Officium suum diligenter obire, munus explere, præstare, persolvere.

Faltar á su obligacion. Officio, aut muneri suo deesse. Officium, aut munus susceptum deserere. *No hay obligacion, de cumplir lo prometido por miedo, ó engaño.* Non est promissis standum quæ coactus quis metu, aut deceptus dolo fecerit.

Es hombre de muchas obligaciones. Vir est majorum imaginibus illustris, claro stemmate commendatus. *De pocas.* Homo novus, nullis immaginibus, nulla commendatione majorum, terræ filius.

Obligar su persona, y bienes en algun contrato. Nexu se obligare.

Obligar con buenas obras. Beneficiis aliquem demereri, obligare, obstringere; meritis obstrictum, devinctum tenere. *Con esto le obligarás mucho.* Summam hoc pacto inibis ab illo gratiam. *Obligar á los buenos, ó ganarlos.* Cum bonis omnibus gratiam inire.

Obligar por fuerza. Vide *Forzar.* *Esto me obligó á ser algo mas largo.* Hæc mihi necessitatem attulit paulò plura dicendi. Eò coactus sum longiùs oratione provehi.

Obligarse á hacer el gasto. Sumptum suscipere, in se recipere. *Á guardar la ley.* Legem accipere, admittere. *Obligarse con voto, ó juramento.* Voto, aut jurejurando se obstringere, alligare. *Por este interés se obligan á servir.* Hæc merces in illis est auctoramentum servitutis. Cic. *Obligame la necesidad.* Necessitas me cogit. *Veome obligado á pedir limosna.* Cogor panem mendicare, stipem corrogare. *Estar obligado á algo.* Teneri, alligari lege, jure, præcepto.

Obligado de la carniceria. Macelli consor, provisor, curator, redemptor.

Obra. Opus, eris. *De gran primor.* Egregium, præclarum, affabrè factum, apprimè elaboratum, perpolitum, ingenio perfectum, ad unguem factum, omnibus numeris absolutum. Dædali opus, Roscii actio.

Obra buena. Beneficium, benefactum. *Mala.* Malefactum. *Mala obra me hace.* Officit meis commodis. Rationibus meis obstat. *Cada uno es hijo de sus obras.* Ex suis quemque factis æstimari oportet.

Percibir. Percipio, is. Capere comprehendere, tenere, complecti aliquid mente, animo, memoria.

Perder. Amitto, is. *De su derecho.* De jure suo decedere, concedere. Jacturam sui juris facere, jure suo cedere. De suis commodis aliqud remittere. *Es cierto que tal vez el perder es ganar.* Est profecto ubi damnum præstat facere, quam lucrum.

Perder, ó echar á perder. Perdo, is. Disperdere, evertere, destruere, corrumpere, deformare, dissipare, profundere.

Toda mi hacienda he perdido. Meam fortunarum jacturam feci. Nihil mihi reliquum fecit fortuna. Eversæ sunt meæ res omnes, ac deperditæ. Naufragium feci res familiaris. Actum est de rebus meis. Eversus sum omnibus fortunis. Oppressæ jacent fortunæ iniquitate meæ res omnes. Res mea familiaris periit, interiit. Omnia mihi fortuna eripuit, abstulit, ademit.

No quise por mi temeridad se perdiese la Republica. Nolui committere, ut temeritas nostra Reipublicæ noceret.

Quien todo lo quiere, todo lo pierde. Qui duos lepores insequitur, neutrum capit. *No perdais el animo.* Ne animum d-

ficias, despondeas. Ne cadas animo.

No habeis perdido nada de vuestra hacienda. Nihil tibi de rebus tuis decessit. Nihil tibi periit. Nulla rerum tuarum cessio facta est. Res tuæ eodem loco sunt, quo antea; eumdem statum tenent, nihil damni fecerunt. Salva apud te sunt omnia.

Perder la vergüenza. Os perfricare. Verecundia deponere. Pudorem abjicere, exuere, nudari pudore. *Perdiase por él.* Illum deperibat. *No le acabeis de perder.* Ne præcipitem impellas, perditum prosternas. *No te contentas con ser perdido, sin perder tambien á otros?* Parum tibi est perditum, & profligatum esse, nisi etiam pravis moribus alios corrumpas?

Perdido soy, si lo sabe mi padre. Si hoc patri suboluit, perii, actum est de me.

Yo me eché á perder. Ego mihi malum comparavi, meam causam prodidi.

Hizeme perdedizo en el juego. Jacturam in ludo sponte feci. Remisi collusori manus. Ludi imperitiam simulavi. Permisi me in ludo vinci.

Perdida. Amissio, jactura æ. *Ir á perdida, ó ganancia.* Dubiam in contractibus aleam subire, fortunas in discrimen dare.

Perdida está la republica. Periit respublica. Nullum apparet, nullum superest vestigium reipublicæ; jacent omnia perculsa, atque postrata. Nullum veteris reipublicæ simulacrum agnosces.

Perdicion. Perditio, prodigalitas. *Perdicion de mozos.* Pernicies juvenum.

Perdimiento de bienes. Bonorum jactura, fortunarum naufragium.

Perdulario. Prodigus. Bonorum dissipator, rerum suarum negligens.

Perdiz. Perdix, icis. *Perdigon.* Perdicis pullus. *Perdigones de arcabuz.* Plumbei scrupuli. *Perdigar una ave.* Avem leviter amburere.

Perdon. Venia, æ. Condonatio, remissio, indulgentia, æ. *Hablando con perdon.* Honos sit auribus. Liceat apertè dicere.

Perdonar. Parco, ignosco, is. Supplicium alicui condonare, remittere. Veniam, aut impunitatem alicui dare, concedere, delicti gratiam facere, impunem illum dimittere. *No perdonó en esto á sus compañeros.* Ne sociis quidem in hoc temperavit, ne ab injuria quidem sociorum abstinuit. *Dios se lo perdone.* Ignoscat illi Deus, nec pœnas exigat.

Perdurable. Vide *Eterno.*

Perecer. Pereo, is. Intereo, is. *Perecedero.* Periturus, caducus, fragilis.

Peregil. Petroselinum, i.

Peregrino. Peregrinus, i. *Peregrina cosa.* Peregrina res, rara, insolens.

Peregrinar. Peregrinor, aris. Diversas, & externas provincias, aut regiones peragrare, adire, obire.

Peregrinacion. Peregrinatio. Longinquum iter pietatis causa susceptum.

Perenal. Vide *Loco.*

Perendengues. Fimbriæ pendulæ ad ornatum.

Perenne. Vide *Perpetuo.*

Pereza. Pigritia, æ. Ignavia, desidia, inertia, segnities, socordia, negligentia, æ. *Tener pereza.* Pigresco, is. Pigritia languere, torpere. *No pienses que de pereza no te escribo.* Noli putare, pigritia facere me, quod non litteras ad te mittam. Cic.

Perezoso. Piger, gra, um. Negligens, desidiosus, segnis, deses, idis. Ignavus, lentus, iners. Socordiæ, ac desidiæ deditus. *Segun es de perezoso no lo hará.* Quæ est hominis ignavia, cujus est desidiæ, quæ est negligentia, puto non faciet.

Perezosamente. Remissè, lentè, pigriùs.

Perfecta cosa. Perfectus, a, um. Omnibus numeris absolutus. Ex omni parte constans. Ad unguem factus. Undique perfectus. *Perfectamente.* Perfectè, absolutè. *No hay cosa en todo perfecta.* Nihil est ab omni parte beatum.

Perfeccion. Perfectio, absolutio, nis.

Perficionar. Perficio, absolvo, consummo.

Perfil. Perpolitio, expolitio, nis. *Perfiles de oro.* Aurei radii. *Perfilar, dar perfiles.* Rem perpolite, politissimè excolere, ornare, perficere. *Perfilado.* Perpolitus, excultus.

Perfumar. Suffio, is.

Perfume. Suffimentum, i. Suffitus, us. Thymiama, tis. Odores incensi.

Per-

Pergamino. Membrana, membranula, æ.

Perinola. Trochulus quadratus, litteris inscriptus, quo pueri ludunt.

Periodo. Vide *Clausula*.

Perito. Sapiens, peritus, callidus.

Perjudicar. Incommodo, as. Noceo, es. Obsum, es. Fraudem alicui ferre.

Perjudicial. Incommodus, nocens, noxius.

Perjuicio. Incommodum, damnum. *Como sea en mi perjuicio*. Dum ne fraudem mihi ferant. Dum ne fraudi mihi sit.

Perjurar. Perjuro, as Pejero, as.

Perjuro. Perjurus. Perjuriosus.

Perjurio. Perjurium, ii. Juramentum falsum.

Perla menuda. Margarita, æ.

Perla gruesa. Unio, nis. Elenchus, i. Lapillus Erythræus. *Collar de perlas gruesas*. Manile baccatum. *Vinome de perlas*. Peropportunè mihi cecidit, percommodè se obtulit.

Perlatico. Paralyticus, i. Membris dissolutus. *Perlesia*. Paralysis, is. Nervorum dissolutio, resolutio, laxatio.

Permanecer. Permaneo, es. Persto, as. *Cosa permanente*. Stabilis, diuturnus, a, um.

Permitir. Permitto, patior, concedo, is.

Permision. Permisio, concessio, nis.

Permuta. Vide *Trueco*.

Pernear. Crura jactare.

Pernada. Calcis jactus, aut ictus.

Perniquebrar. Crus alicujus frangere.

Pernicioso. Pernitiosus, exitiosus, exitialis, funestus, a, um.

Pernil de tocino. Perna, æ.

Pernios. Compages ferreæ.

Pero, fruta. Pirum, vel Pyrum subacidum.

Pero (conjuncion) At, sed, verum.

Malo es, pero vaya. Incommodum est, sed ferendum. *El vestido está hecho con primor, pero no á mi talle*. Vestis quidem ecitè elaborata, verùm non ad mei corporis modum.

Pero si. Sin. *Si de verdad me dexas sientolo; pero si te está á cuenta hacer esta lisonja al Corregidor, vaya*. Si planè à nobis deficis, ægrè fero. Sin Prætori assentari commodum est, ignosco. Cic.

Peroentrellas. Vide *Comadreto*.

Peról. Ahenum, i. Nasiterna, æ.

Perpendicularmente. Directè, rectè.

Perpetuo. Perpes, etis. Perpetuus, jugis, perennis, æternus, sempiternus.

Perpetuar. Perpetuo, as. Continuo, as.

Perpetuamente. Perpetuò, jugiter.

Perpetuidad. Perpetuitas, perennitas.

Perplexo. Hæsitas, tis. Vide *Dudoso*.

Perplexidad. Hæsitatio, hæsitantia, æ.

Perro, ó perra. Canis, is. *De caza*. Venaticus. *De muestra, ó perdiguero*. Sagax, cis. Vertagus, stator. *Mas ladra el perro, quando ladra de miedo*. Canes timidi vehementiùs latrant. *Á otro perro con ese hueso*. Aliam excute quercum. *Á perro viejo no hay tus tus*. Senibus verba dare difficile est. *Por dinero bayla el perro*. Pecuniæ obediunt omnia.

Perrillo. Catulus, i. Catellus, i. *De todas bodas*. Conviviorum sagax. Convivarum umbra. Mensarum asseclа. *Perrilla de falda*. Catula Melitæa. Catulus Melitensis.

Perrero. Canum mastix.

Perruna cosa. Caninus, cynicus.

Perseguir. Persequor, insequor, eris. Insector, aris. Invehor in aliquem. Oppugno, vexo, exagito, as.

Persecucion. Persecutio, nis. Vexatio, afflictio, insectatio, nis.

Perseverar. Persevero, as. Persto, as. Duro, as. Permaneo, es. Persisto, is.

Perseverancia. Perseverantia, æ. Permansio, stabilitas, constantia. *La perseverancia todas las cosas alcanza*. Labor improbus omnia vincit. Multis rigida quercus domatur ictibus. Assiduitas omnia vincit.

Persignarse. Signum Crucis dexteræ pollice in fronte, ore, & pectore facere.

Persistir. Vide *Perseverar*.

Persona. Persona, æ. *Persona principal*. Vir nobilis, illustri loco natus.

Personage. Vide *Papel de Comedia*. *De mala gana hago este personage*. Invitus hanc personam mihi impositam sustineo.

Per-

Picada ó picadura. Ictus, aut morsus bestiolæ. *De aguja.* Punctio, punctus, us.

Picaporte. Pessulus, i. Obex, icis.

Picaro en el trage, y oficio. Pannosus, mediastinus. Sordidæ, atque abjectæ conditionis homuncio. *Picaro en el trato.* Nebulo, furcifer, improbum caput, fallax, vafer, fraudulentus. *En la cara se echa de ver que es picaro* Præ se improbitatem fert.

Picaresco. Scurrilis, jocularis, e.

Picardear. Pergræcari, scortari, in luxu, ac libidine ætatem agere.

Picardia. Nequitia, scelus, fraus, dis.

Picaramente. Improbè, nequiter.

Picaza, ave. Pica, æ.

Picazo golpe de pica. Hastæ ictus.

Pichon. Columbus, i. Pipio, nis.

Pico de ave. Rostrum, i. *Ya puede valerse por su pico.* Sine cortice navit.

Pico de hierro. Scalprum lapicidæ.

Pico de oro. Chrysostomus. *Tiene lindo pico.* Expeditè loquitur. Verborum copia valet, eloquentia præstat. *En el pico de la lengua lo tengo.* Memoria rem teneo, sed confusè, & quasi in tenebris mihi objicitur.

Picotera, ó picura. Garrula mulier, obstrepera. Citeria loquacior.

Picotear. Blatero, as. Garrio, is.

Picota. Vide *Rollo.*

Picote. Cilicina vestis. Sagum è lana caprina.

Pie. Pes, dis. *Cosa de dos pies.* Bipes, dis. *De tres.* Tripes, dis. *De quatro.* Quadrupes. *En mis pies, y mis manos.* Rerum mearum omnium transactor est, & administer. *No tiene esto ni pies, ni cabeza.* Nec caput, nec pedes. Huic rei neque principium, neque exitum inveni. *Hombre de pies tuertos.* Scaurus, i. *Que le arrastran los pies.* Atta, æ.

Pie de papel de comedia. Ultima pars versus præcedentis. *Dar pie para algo.* Occasionem dare, ansam præbere. *Al villano dadle el pie, y tomará la mano.* Familiaris dominus fatuum servum efficit. Nimia familiaritas licentiam facit. *Al pie de la letra lo dixo.* Ad verbum omnia dixit.

Pie con bola anda. Vix illi facultates ad sumptum suppetunt. *Andar á pie.* Pedibus iter facere. *Á pie enjuto.* Sicco vestigio. *Pelear á pie quieto.* Collocato pede dimicare. *Entrar con buen pie.* Dextro pede ingredi, rem bonis avibus auspicari. *Con mal pie.* Rem auspicio malo, aut sinistro omine aggredi, inchoare. *No hay volver pies atras.* Non licet pedem referre, aut gradum revocare. *Caer de pies.* Excipere se pedibus, vel in pedes. *Siempre cae de pies.* Quæcumque suscipit, illi ex sententia cedunt. *Tenerle el pie sobre el pescuezo.* Imminere ejus cervicibus. Habere in sua causa omnia superiora. *No se me irá por pies.* Non effugiet manus meas.

Pie de palo. Pes ligneus, supposititius.

Pie de banco, ó mesa. Fulcrum, i. *Al pie de la escalera.* Ad primum gradum scalæ. *Al pie del escaño.* Ad scamni fulcrum. *Al pie de docientos se abrasaron.* Prope ducenti conflagrarunt.

Pie de amigos. Numella, æ. Columbar, is.

Pie de liebre, yerva. Lagopus, odis.

Pie de gallina, yerva. Pes gallinaceus.

Piedad. Pietas, tis. Misericordia, æ. Clementia, æ.

Piedra. Lapis, idis. Saxum, i. Petra, æ. *Preciosa.* Gemma, unio, margarita. *Piedra de amolar.* Cos, tis. *De molino.* Mola asinaria *De molinillo.* Mola trusatilis. *Piedra arenisca.* Trophus, i. *Piedra del sepulcro.* Cippus, i. Lapis sepulcralis. *Piedra esponja.* Pumex, icis. *Piedra de toque.* Lydius lapis, index. Coticula, æ. *Piedra del rayo.* Ceraunius lapis. *Piedra imán.* Magnes, etis. *Piedra azufre.* Sulphureus lapis. *Piedra filosofal.* Specularis lapis. *Piedra movediza no la cubre moho.* Quod movetur, situm non contrahit. Et quæ sunt motæ, non vitiantur aquæ. *Tira la piedra, y esconde la mano.* Altera manu fert lapidem, altera pacem ostentat. *Tambien tengo yo piedra en el rollo.* Mihi quoque jus suffragii est.

Piedra en la vexiga. Calculus, i. *Mal de piedra.* Calculorum morbus. *El que le tiene.* Calculosus. *Piedrecilla.* Scrupulus, i.

Piel. Pellis, cutis, is. Vide *Pellejo.*

Pielago. Pelagus, i. Gurges, itis.

Pierna. Crus, ris. *Tender la pierna*. Otio diffluere. *Hacer piernas*. Vide *Porfiar*.

Pierna de carnero. Arietina coxa.

Piernecilla, ó piernezuela. Crustulum, i.

Pieza del paño. Tela pannea. *De seda*. Serica, bembycina. *Pieza de escalar*. Peniculum, vel penicillum tectorium. *Gentil pieza*. Præclarum caput.

Pieza de oro, ó plata. Aurea supellex, aurea, vel argentea vasa. *Pieza de casa*. Domesticæ habitationes, domus habitacula.

Pifano. Fistula bellica.

Pigüelas, ó pihuelas. Pedica, æ.

Pila. Pila, æ. Labrum, crater, eris. *De agua bendita*. Amula, æ. Aquiminarium. *Pila de bautismo*. Fons baptismatis. *Sacar á uno de pila*. É sacro fonte aliquem suscipere.

Pilar. Pila, æ. Columna, æ.

Pilastra. Columnæ basis.

Pildora. Pillula medica, deaurata, inaurata. Catapotium, ii.

Pillage de soldados. Manubiæ, arum. Directio, nis. *Codicioso del pillage*. Prædabundus, prædæ avidus.

Pilon. Vini cisterna. Lacus pro musto.

Piloto. Nauclerus, navicularius, naviculator, navis gubernator, aut magister. *Es bravo Piloto*. Vide *Bebedor*.

Piltrafa. Carnea pellicula.

Pimienta. Piper, eris. *Cosa con pimienta*. Piperatus, a, um. *Tiene esto su pimienta*. Non parvo emitur. *Es una pimienta*. Acutus, & acer est. *Salpimentar algo*. Sale, ac pipere aliquid aspergere, condire.

Pimentero. Piperis vasculum.

Pimiento. Piperitis, dis. Siliquastrum, i. Costus hortensis.

Pimpinela yerva. Pimpinella, æ.

Pimpollo. Germen, inis. Stolo, nis. *Echar pimpollos*. Germino, as. Pullulo, as.

Pinavetes. Abies, etis.

Pinaza, barca. Linter, tris. Scapha, æ. *Pinazas de la rueda*. Absis, idis.

Pincél. Penicillus, i. Penicillus, & Penicillum, i. *Pincelada*. Linea penicillo ducta.

Pingar. Vide *Colgar, y ahorcar*.

Pinjante. Aurea bulla, pendens.

Pino. Pinus, i. vel us. *Poner en pino*. Supino, as. Supinam campanam agere.

Pinicos de niños. Infantis prima vestigia. *Hacer pinicos*. Pedetentim infantem ingredi, vestigia tentare, pedibus paulisper insistere.

Piña Nux pinea.

Piñon. Nucleus pineus.

Pinta, ó gota. Gutta, æ. Stilla, æ.

Pinta en el naype. Chartulæ pictæ signum.

Pintas de tabardillo. Maculæ, arum.

Pintas en el rostro. Vide *Pecas*. *Conocerle han por la pinta*. Ex fronte, & pelle facilè apparebit.

Pintar. Pingo, is. Depingo, is.

Pintadme una Imagen muy linda. Velim mihi imaginem eximio artificio, egregio opere depingas, politisimè exprimas, optimiscoloribus illustres, singulari arte perpolias, perficias. *No se puede pintar mejor*. Ne Archimedes quidem melius describeret. *Lo que va de lo vivo á lo pintado*! Quàm præstat ficto factum!

Pintar retoricamente. Graphicè aliquid describere. Mores alicujus effingere. *Pintar como querer*. Pictoribus, atque Poetis quidlibet audendi semper fuit æqua potestas. Horat.

Pintado le viene. Peraccommodatè illi congruit. Aptissimè in illum quadrat.

Pintor. Pictor oris.

Pintura. Pictura, æ. *Dar color á la pintura*. Colorem picturæ inducere. *Pintura retorica*. Descriptio, effictio, nis.

Pinzas. Forcipulæ, arum. Forcipes. Volsella, æ.

Pio. Pius, religiosus. Pietatis cultor.

Piojo. Pediculus, i. Pedicellus, i. *Comese de piojos*. *Es un piojoso*. Misera egestate laborat. *Piojeria*. Mendicitas.

Pipa de vino. Vini cadus. *Para tomar tabaco*. Siphunculus tubulus, quo tabaci fumus in os trahitur, excipitur.

Pique, piquete. Punctio, perstrinctio. *Irse á pique el navio*. Navem submergi, fluctibus obrui. *Qué á pique estuve de perderme*! Quàm pœnè perii!

Piquero. Hastatus. Lancearius, ii.

Piquillo de ave. Rostellum, i. *Piquillo donoso*. Festiva pueri dicacitas.

Pi-

Personal. Personalis, e.
Personalmente. Personaliter.
Persuadir. Persuadeo, es. *No puedo persuadirme, que te haya sobornado.* Adduci nequeo, ut existimem, persuadere mihi non possum, te pecunia captum. In animum inducere non possum, te pecunia corruptum.
No le pude persuadir, que se confesase. Adducere illum non potui, inducere non valui, ut saluti per confessionem consuleret. Verbis consequi non potui, ut commissa per confessionem expiaret. Frustra de confessionis bono apud illum disserui.
Persuasion. Persuasio, nis. *Á persuasion tuya lo hice.* Tuo consilio, tuo suasu, & impulsu, te auctore feci. Vide *Incitar*
Persuasion. Persuadendi vis.
Pertenecer. Attinet, pertinet, spectat.
Pertiga ó varal. Pertica, æ.
Pertiguero. Sceptrifer.
Pertinacia. Pertinacia, æ. Obstinatio.
Pertináz. Pertinax, cis. Obstinatus.
Pertinazmente. Obstinatè, obstinato animo. Pertinaciter, mordicùs.
Pertrechar. Munio, is. Vallo, as.
Pertrecho de guerra. Munimentum, i. Munitio, nis. Vallum, agger, eris.
Perturbar. Perturbo, commmoveo, concito.
Perturbacion. Perturbatio, commotio, nis.
Pervertir. Perverto, is. Depravo, as.
Perverso. Perversus, pravus, improbus.
Pervertido. Depravatus, seductus.
Perversidad. Pravitas, perversitas, tis.
Pesa. Pondus certum stateræ, quo incerta pondera examinantur.
Pesar en peso. Pendo, is. Appendo, is. Penso, as. Pensito, as. Trutino, as. *Conforme pesan se estiman.* Pro pondere, vel pro eo, quantum in quibusque sit ponderis, æstimantur. *No pesa tanto eso en mi estimacion, que.* Hoc mihi tanti non est, ut.
Pesar, ó ponderar. Perpendo, is. Examino, as. Expendo, is. Vide *Considerar.*
Pesame. Doleo, pœnitet, piget me. *No hagas algo que te pese.* Ne quid gravius de te consulas. Ne consilium tibi perniciosum capias. *Irás, mal qué te pese.* Ibis vel invitus. *Pesame que te vayas.* Dolet mihi quod abeas.
Pesar, ó pesadumbre. Molestia, æ. *Si no lo tienes en pesadumbre.* Quod absque molestia tua fiat. Si non gravaris. Nisi molestum tibi est. *Á pesar de vellacos.* Invitis, & gementibus inimicis.
Pesadumbre de palabra. Convicium, probrum, scomma, tis. *Decirle muchas á uno.* Probris, & conviciis multis, & maximis aliquem afficere, proscindere, incessere, insectari. Probra, & scommata in aliquem jactare.
Pesada cosa. Gravis, onerosus, a, um.
Pesado ó molesto. Gravis, molestus.
Pesadamente. Graviter, iniquo animo, acerbè, molestè, ægrè.
Pesadilla. Suppresio nocturna. Incubo, onis. Incubus, i.
Pesaroso. Dolore affectus, tristis.
Peso ó carga. Pondus, eris. *Cosa de peso.* Ponderosus, a, um. Gravis, e.
Peso de plata. Uncialis argenteus.
Peso en que se pesa. Trutina, statera, libra, æ. *Peso igual.* Æquilibrium, æquipondium libramentum. *El hierro que atraviesa el peso.* Jugum, i. Librile, is.
Pescado. Piscis, is. *Salado.* Salsamentum, i. Piscis sale duratus, conditus.
Pescar. Piscor, aris. Expiscor, aris. *Con anzuelo.* Hamo, as. Hamo pisces capere, prehendere, trahere.
Pescar. Piscatus, us. *Pescador.* Piscator.
Pescadero. Piscarius, salsamentarius.
Pescaderia. Forum piscarium, macellum.
Pescudar. Vide *Preguntar.*
Pescuezo. Cervix, icis. Collum, i.
Pescozon. Colaphus, i.
Pesebre. Præsepium, ii. Præsepe, is.
Pesiatal, ó Peseatal. Papæ. *Pesiatal como duele!* Papæ, ut dolet!
Pespuntar. Resuere ornatus causa.
Pespunte. Sutura elegantior.
Pesquera. Vivarium piscium.
Pesquisa. Inquisitio, disquisitio. *Hacer pesquisa.* Inquiro, perquiro, is.

Pesquisidor. Quæstor. Quæsitor, oris.
Pestañas. Palpebræ, cilia, orum.
Pestañear. Nicto, as. *Sin pestañear.* Immotis palpebris.
Peste, ó pestilencia. Pestis, is. Pestilentia, æ. Pestifera lues. *Hay peste en la Ciudad.* Pestis in Urbe grassatur, in omnes cives sævit, omnia populatur. Pestilens aer Urbem infestat, cives omnes inficit, invadit. Permulti pestilentia decedunt. *Pegósele la peste.* Vicinum contagium traxit, contagione affectus, injectus. *Ya cesó la peste.* Pestilentia jam de loco abiit. Jam pestis depulsa, compressa, extincta est.
Pestilencial. Pestifer, pestilens, tis.
Pestiferamente. Pestiferè, perniciosè.
Pestillo. Pessulus, i.
Pestorejo. Cervix, icis. *Hombre de buen pestorejo.* Optimis cervicibus.
Petardo. Pyroclastrum, i.
Peticion. Petitio, postulatio, nis. *Hecha por escrito.* Libellus supplex.
Peto. Pectoris munimen. Thorax solidus. *Á prueba de mosquete.* Ab ictu sclopi majoris innoxius. *Peto para sacar, ó labrar piedras.* Scalprum lapicidæ.
Petral. Antilena, æ. Monile, is.
Petrera. Petricosa res. *No os metais en esa petrera.* Ne rem tuam petricosam, ac dificilem suscipias. Ne eò te demittas, unde vides exitum nullum esse.
Petril. Fulcimentum saxeum, ab utroque latere ponti supperadditum.
Petrina. Vide *Pretina.*
Pevete. Suffimentum, i. Suffimen, inis.
Peynar. Pecto, is. Pectine crines explicare, extergere, discriminare.
Peynador. Carminator, oris.
Peyne. Pecten, inis.
Pez para pegar. Pix, icis. *Sabe á la pez.* Redolet, vel resipit picem.
Pez, pescado. Piscis, is. *De rio.* Pluvialis. *De mar.* Maritimus, marinus. *De laguna.* Palustris. *Sacarle las tripas.* Exenterare piscem. *Echarle en sal, ó en escaveche.* Muria piscem condire, salsamento conservare.
Pezon del pecho. Papilla, æ. *Del escudo.* Umbo, onis. *De la fruta.* Petiolus, pediculus, i.

P ANTE I.

Pia, especie de haca. Mannus maculosus, maculis aspersus.
Piadoso. Pius, clemens, misericordis.
Piadosamente. Piè, religiosè.
Piar el pollo. Pipio, is. *El gorrion.* Pipillo, as. *Piar por algo.* Inhio, as. *Tarde piache.* Serò experrectus es.
Piara de puercos. Porcorum grex.
Pica, antojo de preñada. Pica, æ.
Pica, lanza. Hasta, æ. *Puede pasar por las picas.* Vir multis laboribus exercitus, spectatæ virtutis. *Meterse por las picas.* Hostium cuneos perrumpere. In confertissimos hostes irruere. *Hicieronle pasar por las picas.* Infestas inter hastarum cuspides jussus decurrere, confossus est. *Paloteado de picas.* Fluctuantes hastæ in agmine, & inter se implicitæ.
Picador de caballos. Equiso, nis.
Picar, ó punzar. Pungo, is. *Con algun dicho.* Dicterio, aut scommate aliquem petere, lædere, aculeatis facetiis perstringere, pungere, convitio lacessere. *Picarse de algo.* Accendi, indignari, commoveri dicto, aut facto. *Quien se pica, ajos ha comido.* Ignem palma sensit. Non temerè est, quod tu commoveris, & vultu dolorem præfers. *Este le pica.* Hoc illum maximè commovet, mordet, sollicitat. *Picarse en el juego.* Ludi jactura accendi, stimulari.
Picante cosa. Acer, mordax, aculeatus.
Picante dicho. Scomma, tis. Cavillatio. *Era muy picante en sus dichos.* Erat in eo aculeata dicacitas. *Aun el picante de la reprehension no me pareció mal.* Etiam reprehensionis aculei mihi non ingrati acciderunt. *No decir palabras picantes.* Continere dicta in aliquem. Verborum aculeis temperare, maledictis abstinere.
Picado de la honrilla. Laudis amore perculsus, incensus, incitatus. *Picado de vivora, ó alacran.* Á vipera, aut scorpione ictus, morsus, læsus.
Picar el ave. Rostro ferire, pavire.
Picar los peces. Pisces inescari, escam appetere, mordere, invidere.

Pi-

is. Plumo, as. *Cosa con pluma.* Plumatus, pænnatus. *Cosa sin pluma.* Implumis, deplumis, e. *El que se viste plumas agenas.* Æsopicus graculus. Qui aliena pro suis vindicat, & venditat.

Plumage. Vide *Penacho.*

Plumilla. Plumula, æ. Pennula, æ.

P ANTE O.

Poblar. Urbem, aut oppidum condere, civibus, aut incolis implere.

Poblar la tierra de extrangeros. Coloniam aliquò deducere, invehere. Colonias condere. Indigenas in novas colonias deducere. *Ir á poblar otra tierra.* In colonias exire, proficisci.

Poblacion de extrangeros. Colonia, æ.

Poblado. Oppidum, i. Locus domibus, & incolis frequens. *Esto es robar en poblado.* Abuti potestate ad quæstum, & in omnium oculis aliena rapere, in urbis lucè prædari.

Pobre. Pauper, eris. Egens, inops, pis. Egenus, mendicus. *Es muy pobre.* Tenuissimus, atque egentissimus est. Extrema laborat inopia. Pedem ubi ponat iu suo non habet. Codro, & Iro pauperior est.

Pobrete. Pauperculus, i.

Pobreza. Paupertas, egestas, tis. Pauperies, tenuitas, inopia, æ. Rei familiaris angustiæ. *Ha venido á gran pobreza.* In summas rei familiaris angustias devenit, adductus, deductus est. Ad incitas redactus est. Plaut.

Pobreza no es vileza, pero es ramo de picardia. Nihil mali habet paupertas, nisi quod homines in contemptum adducit, et facit ridiculos.

Pobres envergonzantes, ó vergonzantes. Egeni pudibundi, qui cum propter fortunam adversam aliena ope indigeant. ingenuo pudore à mendicando deterrentur. *Ninguno da mas lastima, que el pobre que fue rico.* Nihil tam miserabile, quàm ex beato miser.

Pobreton. Mendicus, i. Mendiculus, i.

Pocilga. Hara, æ. Suile is.

Pocima. Potio medica.

Poco, poca cosa. Exiguus, modicus.

Poca persona. Pusillus homo. *El que es de pocas palabras.* Sermonis modicus, sermone rarissimo.

Pocas veces. Raró, rarenter. *Muy pocas veces.* Rarissimè, perrarò, raró admodum, minimè sæpe.

Poco (adverbio.) Parùm, paulùm. *Muy poco, poquito.* Paululum, pauxillum, nihil admodum. *Poco diligente.* Parùm diligens. *Con poca diligencia.* Parùm diligenter.

Poco antes. Paulò ante. Haud ita pridem. *Poco despues.* Paulò post. Non multò post.

Poco ha. Modò, dudum, paulò, ante.

Poco mas. Paulò plus, paulò amplius. *Un poco mas.* Plusculum, aliquanto plus.

Poco menos. Paulò minus. *Poco mas, ó menos de trescientos.* Trecenti circiter. Plus minus trecenti.

Poco á poco. Paulatim, sensim, pedetentim. *Poco á poco hila la vieja el copo.* Placidè bos arat. *Es para poco.* Paucis aptus, aut habilis. Ad multa ineptus.

Poco dice pero bueno. Pauca loquitur, sed eruditè. Non multa, sed opportuna. *Un poco crudo.* Subcrudus. *Un poco amarillo.* Subpallidus. Vide *Algo.*

Pocos. Pauci, æ, a. Rari, non multi. *Muy pocos.* Minimè multi, admodum pauci, paucissimi, rarissimi. *Muy poco curioso.* Minimè curiosus. *Muy poco amigo de pleytos, y porfias.* Minimè litigiosus, aut contentiosus.

Un poco (de tiempo.) Parumper, paulisper. *Dexa de estudiar un poco.* Animum à litteris parumper avoca. Intermitte paulisper litterarum studium. *Y sino estame atento un poco.* Attende enim paulisper. Cic.

Por poco. Pœnè, tantum non. Parum abfuit, quin. *Por poco me quebrára la cabeza.* Pænè mi caput comminuit, tantum non comminuit. *Por poco no le cogieron.* Parum abfuit, quin caperetur. Pænè captus est.

Por poco que. Quantulumcumque.

Observa que Poco *no solo disminuye, sino que á veces niega, y entonces en Latin se usa de negacion, ó de nombres, ó adverbios, que se componen de* In, *que tienen fuerza de negacion*: v. gr. *Poca vergüenza.* Impudentia. *Poca cortesia.* Inur-

Inurbanitas. *Poca limpieza*. Immunditia. *Pocas fuerzas*. Imbecillitas. *Poco cuidado*. Incuria. *Con poco aliño*. Inconcinnè, incultè, inelegantèr.

Poco se me da á mi de eso. Ea de re non laboro. Nullam ex eo molestiam capio. Nil ex eo sum sollicitus.

Podar. Puto, as. Amputo, as.

Podador. Putator, frondator, oris.

Podadera. Falx putatoria, aut vinitoria.

Poda. Putatio, onis. *Podón*. Scripicula, æ.

Podenco. Canis venaticus, sagax, odorus. Vertagus, i. *No hay podenco, que asi saque las cosas por el rastro*. Canem venaticum dicas, sic mirandum in modum odoratur, & pervestigat omnia.

Poder, ó poderio. Potestas, facultas, tis. Potentia, æ. Opes, um. *Tener en su poder*. Habeo, es. *Dar su poder*. Suam potestatem in aliquem transferre, alicui tradere, communicare, facere. Negotio aliquem præponere, præficere, in suum locum sufficere, substituere. Mandatum illi dare ùt suo nomine, &c.

Tiene el Papa sumo poder en la Iglesia. Præest Ecclesiæ summo cum imperio Pontifex Maximus. Summa est in Ecclesia Pontificis maximi potestas. Præest Ecclesiæ eo jure, quod amplissimum esse potest.

Vino con gran poder á cercar la Ciudad. Venit cum ingenti exercitu ad obsidendam Urbem. Ut Urbem obsideret, maximas copias adduxit. *De poder á poder se dió la batalla* Summis utrinque viribus pugnatum est.

Poder. Possum, valeo, queo, is. *No poder*. Nequeo, is. *No puedo mas conmigo*. Continere me nequeo. Temperare mihi non possum. *Haz un poder*. Fac possis. *Mucho pueden conmigo vuestros ruegos*. Tuæ præces magni sunt apud me ponderis.

Puede mucho en la Ciudad. Magna est hujus hominis in Urbe potentia, magnæ opes, præstat dignitate, & amicorum copia. Magna auctoritate, & potestate præditus est. Potentissimus est in hac Urbe divitiis, clientibus, & amicis.

Puede mucho con el Rey. Valdè gratiosus est apud Regem. Plurimum apud illum gratia valet.

No puedo dexar de referir un exemplo de los antiguos. Nequeo mihi temperare quin unum antiquitatis exemplum afferam. Non possum non antiquitatis exemplum commemorare. Facere non possum, quin antiquitatis exemplum referam. *Hizelo á mas no poder*. Fecit coactus, necessitate compulsus.

No puedo con la carga. Onus sustinere non valeo. Impar, meis viribus onus est. Oneri par non sum. Onere opprimor.

Poderoso. Potens, opulentus, opibus prævalidus, Copiis, & divitiis prepotens. *Todo poderoso*. Omnipotens, tis.

Poderosamente. Validè, potenter.

Podre. Pus, ris. Sanies, ei. Tabes, is.

Podredumbre. Putredo, inis.

Podrecer. Putrefacio, corrumpo, is.

Podrecerse. Putresco, tabesco, is. Tabeo, es. Contabesco.

Podrido. Putris, e. Tabidus, putridus.

Poeta. Poëta, æ. Vates, is. *Muger poeta*. Poëtria, æ. Poëtris, idis. *Cosa de poeta*. Poëticus, a, um. *Hablar con los poetas*. Poëticè loqui. *Poetizar*. Poëtor, aris.

Poesia obra de poeta. Poëma, tis. Poësis, is. *Poesia arte de hacer versos*. Poëtica, æ. Poëtice, es.

Polaynas. Tibialia pannea absque soleis.

Polea. Vertebra, æ. Trochlea, æ.

Poleadas, ó puchas. Polenta, æ. Puls, tis.

Poleo. Pulegium, ii. *Date á deseo, y olerás á poleo*. Nimia familiaritas tædium parit. Esto rarus, si vis esse charus.

Policia. Urbanitas, civilitas, tis. Lautitia, æ. Elegantia, æ.

Politico. Politicus, civilis, e. *Via Estadista*. *Politicas*. Politica, orum.

Polilla. Tinea, æ. Blatta, æ. *Comerse de polilla*. Exedi vestem blattis, tinea rodi, fodicari.

Polipodio, yerva. Polipodium, ii.

Pollera. Cista, quæ pullos continet.

Pollino. Asinus, i. *Pollina*. Asina, æ.

Pollo. Pullus, i. *Polla*. Pullastra, æ.

Polo. Polus, i. Vide *Norte*.

Poltron. Desidiosus. Sordida segnities ho-

Piramide. Pyramis, idis.
Pirata. Prædo, nis. Vide *Corsario.*
Pisar. Calco, conculco, as. Pessumdo, as. Pedibus obterere, proterere, premere.
Pisada. Vestigium, ii.
Pisaverde. Voluptarius adolescens.
Pison. Tudes, itis. *Apisonar.* Solum pavire, complanare, tundere.
Pisto. Avis pulpa pista.
Pistola, pistolete. Ferrea fistula.
Pita. Herba quædam indica, ex qua filum tenuissimum. Vide *Hilo.*
Pitanza. Ecclesiasticum stipendium.
Pitañoso. Oculus pituitosus. Humectantibus oculis.
Pitar. Stipem conferre, repræsentare, solvere, porrigere.
Pitima. Epithema, tis.
Pitipie. Pes exiguus. *Esto va con todo pitipie.* Hoc est subtilissimè elaboratum, ad unguem factum, omnibus numeris absolutum.
Pito, ave. Picus, i. *Con que chilan los muchachos.* Fistula, quam pueri inflant, sivè lignea fictilis.
Pizarra. Lamella saxea sectilis.
Pizca. Mica, æ. Hilum, i.

P ANTE L.

Placer. Voluptas, tis. *Hacedme placer de decirselo.* Pergratum mihi feceris, hoc illi dixeris. *No me place.* Non mihi placet, non libet, nolo.
Placentero. Festivus, facetus.
Plaga. Calamitas, atis. Pernicies, ei.
Plagado de sarna, ó bubas. Scabie, et morbo gallico affectus, confectus.
Plana. Pagina, æ.
Plancha. Lamina, æ.
Planeta. Planeta, æ. Sydera errantia.
Planta de edificio. Inchnographia, æ. Exemplar, forma futuri operis.
Planta del pie. Planta, æ. *Para plantar.* Surculus, Planta, æ. Propago, inis, Malleolus, i. Tradux, cis. Talea, æ. *La planta de los reales.* Castrorum situs.
Plantar. Planto, sero, consero, is.
Plantador. Sator oris. Metator, oris.
Planta de lo que se planta. Satio, potio, plantatio.
Plantél. Plantarium, ii. Area, æ.
Plañir. Plango, is. Vide *Llanto.*
Plañidera de difuntos. Præfica, æ.
Plasta. Plasma, tis.
Plata. Argentum. *Labrada, y por labrar.* Factum, & infectum. *Con varias molduras.* Signatum, signis aspersum.
Plata acendrada. Argentum excoctum, postulatum. *Panecillos de plata.* Argenti bractea. *Cosa de plata.* Argenteus, a, um.
Platear. Argento tegere, obducere.
Plateado. Argentatus, a, um.
Plateria. Via argentaria.
Platero. Aurifex, icis.
Plataforma. Planiforme propugnaculum.
Platano arbol. Platanus, i.
Plática. Sermo, sermocinatio, nis. Colloquium, ii. *De recreacion.* Hilariores, remissioresque sermones. *Introducir la plática.* Sermonem inferre, inducere, jacere. *Divertir la plática.* Sermonem aliò trahere, & contentionis ansam præcidere.
Plática que se hace á muchos. Concio, nis. *Hacerla.* Concionem habere. *Dexarla sin acabar.* Sermonem abrumpere, præcidere. Media sermonum relinquere, & abire.
Platicar con otro. Sermones cum aliquo conferre. Colloquor, eris.
Platicante. Hypodidascalus, i.
Platicante de Medico. Periti medici assecla. Medicinæ candidatus.
Plático. Vide *Practico.*
Plato. Lanx, cis. Catinus, i. Paropsis, idis. *Plato grande.* Patina, æ. Discus, i. *Plato con manjar.* Ferculum, i. Missus, us. *Hacer á uno el plato.* Suum illi ferculum, & dapes impertiri.
Platillo. Catillus, vel catillum, i.
Hacer platillo de algo. Rem circumferre cum risu, & derisu. Rem deridendam propinare.
Plausible. Plausibilis, favorabilis.
Plausiblemente. Favorabiliter. Cum plausu. Plaudente multitudine.
Plaza donde venden. Forum, i. *Plazuela.* Area, æ. Circus, i. Platèa, æ. *Plaza mayor.* Circus maximus. *Plaza de armas.* Sedes militaris. Belli sedes. *Plaza de Alcalde.* Magistratus, us. *De Oi-*

Oidor, *ó Consejero*. Senatoria dignitas, potestas, Regii Consilii honos, munus amplissimum. *Sacar algo á la plaza*. In vulgus aliquid edere, in lucem proferre, palam facere, prodere, vulgare, in medium proferre. *Lo que aqui digo lo puedo decir en la plaza*. Nihil loquor, quod non audeam prædicare.

Plazo. Dies constitutus. *Poner*, *señalar plazo*. Diem præstituere, statuere, signare, designare, constituere, præscribere. Terminum definire, præfinire, præfigere. *Pagar el plazo*. Ad diem dictam solvere. Ad tempus præfinitum, assignatum, præstitutum creditori satisfacere. *Alargarle*. Diem diferre, tempus prorogare. *Hoy se cumple el plazo de la paga*. In hunc diem incidit debiti solutio, in hunc diem indicta est.

Plebe. Plebs, bis. Plebecula. Vulgus, i.

Plebeyo. Plebejus, infimi ordinis homo, ex infima classe, loco humili natus.

Plegar. Plico, as. Complico, as.

Plegadura. Plicatura, æ. Complicatio.

Plegarias. Supplicationes. Supplicia, vota, orum. *Hacerlas*. Preces fundere, vota facere. *Plegue á Dios que*, *&c*. Utinam Dii faciant, favit Deus ut, &c.

Pleyta de estera. Storea plexa. *Texer una pleyta*. Stoream plectere.

Pleyto. Lis, tis. Causa, controversia. *La cosa se reduxo á pleyto* Adducta res in judicium est. *Poner pleyto*. Causam in judicium adducere, deducere. Litem alicui intendere. Hominem in judicium adducere, ex jure manu consertum vocare. *Hacer pleyto de acreedores*. Cedere bonis.

No te metas en pleytos. Ne te litibus immisceas. Noli negotium serere apud judices. Ne prudens, & sciens tricis te implices, quibus ægrè te expedias.

Quitar pleyto. Controversias detrahere. *Por mi no tuvo pleytos*. Nihil mea causa contentionis habuit. *Solo eso es el pleyto*. Hinc omnis causa ducitur. *Hasta ahora está el pleyto pendiente*. Adhuc sub judice lis est. Nondum controversia finita est. *Vista del pleyto*. Cognitio causæ.

Mañana se verá tu pleyto. Cras tibi judicium exercebitur, tibi judices dabunt operam, causam tuam cognoscent, de te, rebusque tuis judicabunt. *Vuelvese á ver el pleyto*. Res judicata refertur. *Un pleyto trae otro*. Lis litem serit. Aliud ex alio litigatur.

Negocio es este de muchos pleytos. Res est multis controversiis implicata. Multæ ex hac re lites nascuntur. Magnæ sunt in hac causa controversiæ. In multas quæstionum tricas hæc res vocatur.

Aun tenemos buen pleyto. Adhuc causa nobis integra est. *Sali con pleyto*. Vici, Causam obtinui. Pro me judicatum est, superior à judicio discessi.

Pleyto del diablo. Argolica calumnia.

Quien mal pleyto tiene, *á voces lo mete*. Molestus ne sis, nimium tinnis, non places. *Gana tienes de pleytos*. Ansam controversiæ retinere cupis.

Apartarse del pleyto. Cedere lite. Desistere, à negotio abstinere. Liti renuntiare. *Perdí el pleyto*. Causa cecidi. Litem perdidi. Victus de judicio discessi.

Pleyto ya vencido. Res judicata. *Venir á ver la cosa sobre que es el pleyto*. In rem præsentem venire.

Pleytear. Litigo, as. Judicio, aut lite contendere cum aliquo, disceptare.

Pleyteante. Litigator, oris.

Pleytista, *ó pleytero*. Litigiosus.

Pleyto omenage. Sacramentum fœderis, aut fidei publicæ. *Hacerle*. In verba Regis jurare.

Pliego de papel. Philura, vel Philyra. Bractea, vel plagula papyracea.

Pliego de cartas. Fasciculus litterarum.

Pliegues de vestido. Sinus, rugæ, arum.

Plomo. Plumbum, i. *Ir á plomo la pared*. Parietem ad perpendiculum, vel ad amussim duci. *Plomar*, *ó soldar con plomo*. Plumbo, as. Applumbo, as.

Plomada de albañil. Perpendiculum, i.

Plugo, *á Dios*, *que*. Placuit Deo, ut.

Plugiera á Dios, *que hubieras venido*. Utinam venisses. Ó si venisses.

Pluma. Pluma, æ. Penna, æ. *Para escribir*. Calamus, i. *Cortar*, *ó tajar la pluma*. Calamum aptare, scindere, temperare. *Echar pluma el ave*. Plumesco, is.

homo. Segnis, iners. *Vivir una vida poltrona.* Desidiosè ætatem agere.

Poltroneria. Segnities, ei. Desidia, æ.

Polucion. Pollutio, nis. Mollities, ei.

Polvoreda. Pulveris nubes.

Polvo. Pulvis, eris. *Hecho polvos.* Contritus, in pulverem redactus. *Quereis echarme polvos en los ojos.* Tenebras mihi offundis, & præstigias mihi adornas. *De esos polvos vienen estos lodos.* Ex illis vitiis mala hæc existunt. Ex intemperantia cruditas, ex luxu egestas. *Sacudirle el polvo.* Pulverem alicui excutere, vel fuste aliquem cædere, verberare.

Poner pies en polvorosa. Vide *Huir.* *Caminamos con mucho calor, y polvo.* Iter confécimus æstuosa, & pulverulenta via.

Polvillos de olor. Pulvisculi odoris.

Polvora. Sulphureus, vel nitratus pulvis.

Polvorin. Pyrii pulveris theca.

Polvorear. Pulverem spargere.

Pomo de olor. Pyxis odoraria.

Pomo de espada. Ensis caput.

Pompa. Pompa, æ. Ostentatio magnifica, gloriosa, scenica. Ingens ad speciem apparatus. *Pompearse.* Pompaliter, vel Pompabiliter incedere. *Pomposo.* Ostentabundus, gloriosus.

Ponderar, ó pesar. Pondero, as. Pendo, is. Expendo, is. *Ponderar, ó exagerar.* Amplifico, as. Exaggero, as. Vide *Encarecer.*

Ponderacion. Amplificatio, exaggeratio. *Ponderador.* Amplificator, oris.

Poner. Pono, is. *Asentado algo.* Loco, as. Colloco, as. Statuo, is. Figo, is. *Volver á poner.* Repono, is.

Poner encima. Impono, is. *Debaxo.* Suppono, subjicio, is. *Poner contra otro.* Oppono, objicio. *Poner á parte.* Sepono, is. *Poner junto á otra cosa.* Appono, is. *En medio.* Interpono, interjicio.

Poner pena Pœnam constituere, imponere. Mulctam alicui indicere, irrogare. *Ponerle en cuydado.* Adducere aliquem in sollicitudinem *Pusome miedo.* Terrorem mihi injecit, timorem incussit. In metum me adduxit. *Pusome en grande aprieto.* In summas angustias me adduxit.

Ponerse de por medio. Se interponere. Intercedo, is. Vide *Terciar.*

Ponerse á peligro. Periculum adire, subire. Dare se in discrimen. *Á riesgo de despeñarse.* Committere se in locum præcipitem.

Ponerse en cobro. Vide *Cobro.*

Poner en otro las manos. Manus alicui afferre. *Ponerse en sus manos.* Se ejus potestati permittere. In potestatem ejus se committere. *Yo lo pongo en tus manos.* Jus, & arbitrium hujus rei tibi committo, permitto.

Poner precio, ó tasa. Pretium, aut modum præscribere, imponere, statuere, constituere. *Poner en precio.* Liceor, eris. Licitor, aris. Licitationem facere. Ensem centum drachmis liceri, licitari.

Poner demanda, ó pleyto. Deferre nomen alicujus. Vide *Demanda*, *y pleyto.* *Pusosele esto en los cascos.* Hoc illi non tàm in mentem, quàm in libidinem venit. *No se le pone nada delante para dexar de cumplir su antojo.* Nihil pensi habet, quominus libidinem expleat. Omnia libidini impotenter posthabet, postponit.

Puso gran casa á su hijo. Domum filio splendidissimè instruxit cum lectissima familia. *Pusole mal con otros.* Odia in illum conflavit, excitavit, suscitavit. Illum in invidiam adduxit, vocavit.

Poner mal unos con otros. Aliquos inter se committere. Discordias serere. *Tu te pones conmigo?* Tu mihi te comparas? Tu mecum contendere audes, certare non dubitas? *Pusose colorado.* Erubuit.

Pongamos que así sea. Fac ita esse. *Pongamos caso, si alguno &c.* Exempli causa, si quis, &c.

Ponese el Sol á las cinco. Sol occidit quinta hora post meridiem.

Poner por delante. Propono. Subjicio. Sibi aliquid proponere. Ante oculos ponere, proponere.

Poner la mesa. Mensam mappis sternere, ornare, instruere.

Poner la gallina Ova parere, ponere.

Poniente. Occidens, tis. Occasus, us.

Pontifice. Vide *Papa*, y *Obispo.*

Pontificado. Pontificia dignitas. Pontificatus maximus. *En el Pontificado de Alexandro hubo muchas guerras.* Alexandro Pontifice, Alexandro Ecclesiæ

clavum tenente, Ecclesiam moderante, sub Alexandro Pontifice multa bella exorta sunt.

Pontón. Ponticulus ligneus.

Ponzoña. Venereum virus. *Haceis de la triaca ponzoña*. Quæ ad salutem sunt comparata, ad perniciem convertis.

Ponzoñoso. Venenatus, virulentus.

Popa de la nave. Puppis, is. *Ir viento en popa*. Prospere rem gerere. Secundo vento navigare. Rem ex sententia cedere.

Popar. Vide *Menospreciar*. *Quien á su enemigo popa, á sus manos muere*. Qui inimicum palam despicit, in perniciem suam accendit.

Popular cosa. Popularis, vulgaris, e.

Populosa Ciudad. Urbs frequens, celebris, civium multitudine nobilis.

Poquedad. Illiberalitas, tis.

Poquito. Paululum, pauxillum.

Por. (*causa*) Ob, propter.

Por lo mal que lo hacia, le quitaron el cargo. Ob res malè gestas potestate privatus, imperium illi abrogatum. *Por lo bien que habia servido, le habian de mejorar de puesto*. Ob strenuam, fidelemque operam promovendus fuit. *Por herege le habian de castigar*. Propter hæresim puniendus. *Por paisano me toca defenderla*. Propter communem patriam tuendus mihi est.

Por. Ex. *Hablar por boca de otro*. Ex ore alterius loqui. *Estimarle por sus riquezas*. Ex opibus illum æstimare. *Por maliciosos, y fementidos suele Dios enojarse con los hombres*. Ex malitia, & perfidia Deus hominibus irasci solet. *No juzgues por nuestro silencio, que es lo que tenemos por bueno, ó por malo*. Noli ex taciturnitate nostra, quid probemus, aut improbemus, judicare. Cic.

Por. (*al modo*) Per. *Quitar algo por fuerza, ó por engaño*. Per vim, aut fraudem aliquid auferre, extorquere. *Por inadvertencia lo pisé*. Per imprudentiam illum pede pressi. *Por chanza me dió las gracias*. Per jocum mihi gratias egit. *Por burla le hicieron reverencia*. Per ludibrium illum venerati sunt. *Por envidia le vendieron*. Per invidiam illum nefariè prodiderunt.

POR. (*de quien ruega, ó jura*) Per.

Por amor de Dios te ruego, que no uses de rigor con él. Te per Deum obsecro, ne quid in illum gravius consultum velis.

Por la amistad que tuviste con mi padre. Per fidem, dextramque tuam, quam patri meo quondam dedisti. *Por vida del Rey, que lo ha de pagar con la vida*. Per caput Regis, non vivet.

POR. (*de quien permite, ó estorva*) Per.

Por falta de salud no pude venir. Per valetudinem mihi venire non licuit. *Por mi mas que nunca sepas*. Per me nunquam ex ignorantiæ tenebris emerges. *Por ti no se hizo la boda*. Per te stetit quominus hæ fierent nuptiæ. *Por ti no le quitaron el gobierno*. Per te stetit quominus magistratu amoveretur.

Por medio. *Por mano*. Per. *No me da mas, que pleytees por medio de tu procurador, que por ti mismo*. Nihil interest per procuratorem agas, an per te ipsum. *No hace al caso, que le hayas muerto por mano de tus criados, ó por la tuya*. Nihil ad rem per servos illum, an per te occideris. *Por medio de sus parientes, y amigos alcanzó perdon*. Per propinquos, & amicos veniam impetravit.

POR. (*tanto tiempo*) In. *Arrendar una casa por muchos años*. In multos annos domum locare. *Ya ves que los hombres se mudan por horas*. Consilia in horas mutari vides. *Prestame el libro por tres dias siquiera*. Commoda mihi librum, vel in triduum. *Llevale por un año si quieres*. Utere illo vel in annum. §. *Quando Por cae sobre tiempo sin determinar poco, ni mucho, es* Per. v. gr. *Por este tiempo*. Per id tempus. *Por el mismo tiempo*. Per id tempus, sub idem tempus, eodem tempore. *Por entre semanas*. Per hebdomadam. *Por entre año*. Per annum. *Por invierno no te pongas en camino*. Per hyemem ne te viæ committas.

POR. (*en favor, ó defensa*) Pro. *Asistiendo yo en la junta por los Estados*. Cum pro ordinibus conventui interessem. *Hice por él quanto pude*. Quoad potui pro illo dimicavi. *Por Pompeyo daré la vida*. Pro Pompejo emori possum. Cic. *No habia de volver por el credito de mi nacion?* Non contenderem pro gentis

meæ gloria? *Á VECES* es De. *Por una capa riñó con él.* Cum eo de amiculo rixatus est. Cic. *No lo he por el huevo, sino por el fuero.* Non de re, sed de jure contendo. *Unos pelean por la vida, otros por la honra.* Alii de vita, alii de gloria in discrimen vocantur. Cic.

POR. (*en lugar de*) Pro. *Tenian á sus padres por maestros.* Parentes illis pro magistris erant. *Ponen unas palabras por otras.* Verba pro verbis summittunt. *Suponen cosas dudosas por ciertas, y asentadas.* Dubia pro certis, & concessis sumuntur. *Tienen lo verdadero por falso.* Vera pro falsis damnant. §. *De este genero son:* Pro facto, vel comperto aliquid habere. Pro decreto putare. Ambiguum pro certo concedere. Verbum pro verbo reddere. Pro deliciis crudelitas illi fuit. Id mihi erat pro explorato, vel pro desperato. Pro victis habeto, pro occiso relictus est. An hoc pro beneficio habendum est? Cicer.

POR. (*paga, ó recompensa*) Pro.

Por sus servicios pide que le premien. Pro suis in Regem meritis præmia petit. *Qué maravilla que tomase algo por el daño que le hicieron?* Quid mirum, si pro illato sibi damno aliquid avertit? *Á siete reales pide por libra.* Septenas drachmas indicat in singulas libras, vel pro unaquaque. *Echaba de tributo quatro reales por cantara.* Quaternos denarios imperabat in amphoram, vel in singulas, vel pro unaquaque, &c.

POR. (*mas que*) Quamvis, quantumvis, quamlibet, si maximè. *Por bien que discurras, no darás en lo que es.* Quamvis sapienter cogites, ænigma non solves. *No podrás, por eminente que seas.* Non possis, quantumvis licet excelsas. *Que lo fingido, por mas que se recate, se trasluce.* Prodit enim se, quamlibet custodiatur, simulatio. *No lo conseguirás por mas que hagas.* Non perficies, si maximè coneris. Non queas, si maximè cupias.

Por algo es. Non temerè est. *Por algo temes tú ya.* Non temerè est, quod tu jam times. Ter. *Por algo lo escribo.* Non temerè hoc scribo. Cic. *Por algo lo dicen.* Non temerè fama nasci solet. Cic.

Por algun lugar, ó parte. Aliquà.

Por dónde? por qué parte? Qua? *Por la mayor parte.* Plerumque. Ut plurimum.

Por la parte que me cabe Pro rata parte. Quod ad me attinet. *Mucho hay que decir por una, y otra parte.* Multa in utramque partem dici possunt. Vide *Parte.*

Por algun poco de tiempo. Aliquantisper. Aliquandiù, parumper, paulisper.

Por aqui, ó por acá. Hac. *Por alli, ó por allá.* Illac. *Por acá, ó por acullá.* Hac, & illac. *Por ahi pasamos el rio.* Istac flumen trajecimus. *Por ahi lo dicen.* Vulgò dicitur.

Por ahora. Ut nunc est, ut nunc se habet. *Por el presente.* In præsens, in præsenti. Vide *Ahora*, y *presente.*

Por cierto. Profectò, sanè, certè. Quidem, equidem. *Por cierto, sí por cierto.* (*ironicé*) Videlicet, scilicet, verò. *Mucha merced me hace por cierto en darme mejor lugar que á sus criados* Multum verò mihi præstat, quod me famulis suis præfert.

Por de dentro. Intus, intrinsecùs.

Por de fuera. Foris, extrinsecùs.

Por delante. Á fronte, ex adverso.

Por detrás. Á tergo.

Por demás es. Supervacaneum est.

Por dicha. Fortè. *Si por dicha le encuentras.* Si fortè tibi occurrerit.

Por encima. Supernè, super.

Por debaxo. Infernè, subter.

Por donde quisieres, por do quiera. Quàlibet, Qualubet. *Por do quiera que.* Quacumque.

Por entonces. Per id tempus, interim, tunc.

Por eso. Ideò, idcirco, propterea, proinde. *Por eso tened entendido, que tengo de combatir la Ciudad.* Proindè sciatis licet, me urbem oppugnaturum. Curt.

Por Extenso. Fusè, latè. *Ponerlo por extenso.* Fusè aliquid exponere, dilatare, explicare.

Por el contrario. Contrà, è contrario.

Por lo qual. Quare, quapropter, quamobrem.

Por mucho que. Quantumcumque, quantumvis.

POR poco. (*de quien pondera*) Pænè.

Tantum non: Parum abfuit quin. *Por poco no cai en manos de enemigos.* Pænè ab hostibus exceptus fui. Tantum non in hostium potestatem veni. Propè est factum, ut in hostes inciderem. Parum abfuit, quin ab hostibus exciperer.

Por poco que. Quantuluscumque. *Con la humedad, por poca que sea, se pudre.* Quantulacumque humore corrumpitur. *Por poco que des, será bien recibido.* Quantulumcumque tribuas, gratum erit.

Por quanto. Quoniam. Cum. *Por quanto estamos informados, que no tienen culpa, les damos por libres.* Cum ex quæstione certum nobis sit, vel quoniam ex quæstione certum nobis est, eos culpa vacare, crimine absolvimus.

Por quánto no. Quàm pænè. Quantulum abfuit quin. *Por quánto no me cogió al caerse la casa!* Quàm pænè tecti ruina oppressus fui! Quantulum abfuit, quin domesticis ruinis involverer!

Por qué. (*de quien pregunta*) Cur, quare, quid ita? Quid est quod?

Por qué le miras con ceño? Cur illum torvè intueris? *Por qué estás mal con él?* Quid ita illum adversaris? *Por qué has de creer, que te hace mal tercio?* Quid est quod illum tuis rationibus obstare credas? Cur illum tuis commodis obliquum, & infensum putes?

Porque. (*de quien responde, ó da razon*) Quia, nam, namque, enim, etenim. *Por qué no logras esa ocasion?* Quin tu urges occasionem istam? *Porque no me está bien hacer tan apretadas diligencias.* Quia me tantopere conari non decet. *Porque no es cosa que se debe tomar con tanto empeño.* Nec enim res est tanta contentione digna.

POR qué no? Quin? Cur non? Quare non?

Por qué no sales? Quin prodis? *Por que no callas?* Quin taces? *CON el modo potencial*, Por qué no *es* Quidni. *Por qué no habia de venir habiendole llamado?* Quidni vocatus veniret? *Por qué no has de obedecer?* Quidni pareas?

Porque. (*con sujuntivo*) Ut. *Porque no.* Ne. *Porque entiendas quán atento soy á lo que es justicia.* Ut intelligas, quantum justitiæ tribuam. *Y porque no pensases, que tiraba á engañarte.* Simul ne existimares, me tibi fucum adornare.

No porque, sino porque. Non quò, sed quod. Non quò, sed quod, vel quia. *No porque tuviese mucho que hacer, sino porque no gustaba de su conversacion.* Non quò negotia urgerent, sed quod hominis loquacitas integra erat.

No porque no, sino porque. Non quin, sed quod, vel quia. *No porque no es bueno el matrimonio, sino porque es mucho mejor el estado Religioso.* Non quin matrimonium sit probandum, sed quia status religiosus longè præstat. *No porque no conocen lo que es mejor, sino porque quieren vivir á sus anchuras.* Non quin videant quid sit optimum, sed quod genio indulgere juvat.

No porque, &c. por eso. Non continuò, si. Non si, &c. utique. *No porque ande con valientes, soy valiente.* Non continuó, si me in gregem sicariorum contuli, sum sicarius. *No porque lo pidas, te lo han de dar.* Non continuò, si petas, obtinebis. Non si petas, obtinebis utique.

Por si, por si acaso. Si fortè. *Por si acaso le encuentras.* Si fortè in eum incides.

Porcelana. Vas sinense.

Porcion. Portio, nis.

Porcionista. Alumnus, i.

Pordiosero. Mendicus, i.

Porfia. Contentio, altercatio, pertinacia. *Á porfia.* Certatim.

Porfiar. Contendo, is. Decerto, as. Altercor, aris. *Con voces, ó con razones.* Jurgio, aut jure contendere. *Porfiar en valde.* Trincare mihi videris, & millium terebrare. Contra torrentem niteris. Contentionis funem trahis. Contra tendis, & non pertendis. *No me hagas volver á porfiar.* Noli me ad contentionem nostram revocare. *Si porfias dexarélo.* Si duriorem te præbes, non contendam amplius.

Porfiado. Pertinax, contumax, pugnax, contentiosus, pervicax, acis. *Porfiadamente.* Pertinaciter, contentiosè, obstinatè.

Porfido. Porphyrius lapis.

Poros. Pori, orum. Meatus, us.

Poroso. Porosus, a, um.

Porquero. Subulcus, i. Porcorum custos.

Por-

Porqueria. Sordes, ium. Immunditia.

Porra. Clava, æ. *Porrazo*. Ictus vehemens clava, aut fuste inflictus. *Es un porra*. Stolidus est, atque hebeti ingenio.

Porretas. Porracea folia.

Portada. Facies templi, aut ædium. *La buena portada honra la casa*. Honesta facies hominem commendat.

Portal. Vestibulum, i.

Por tanto. Proindè, ideò, quamobrem.

Portarse bien en algo. Benè, præclarè se gerere in re aliqua. *Portarse como Ciudadano*. Gerere se pro cive.

Portador. Gerulus, i. Lator, oris.

Portamanteo. Vide *Maleta*.

Portante bueno. Gradarius passus equi.

Portatil cosa. Gestatorius. Ut sella gestatoria, scalæ gestatoriæ.

Portazgo. Portorium, ii. Vectura, æ.

Portazguero. Portitor oris.

Porte de acarreo. Merces pro vectura. *Pagar el porte*. Solvere pro vectura, aut pro re allata.

Porte de Caballero. Cultus corporis splendidus. *Hombre de buen porte*. Ornatus vir.

Portero. Janitor, portæ custos. *De casa de Señor*. Atriensis, is.

Porteria. Cœnobii, aut Collegii janua.

Portillo. Muri ruina. Aditus in oppidum per muri ruinam.

Por ventura. Forsan, forsitan, fortassis, fortasse. *Por ventura*. (*preguntando*) An num? numnam, ecquid, numquid? Vide *Acaso*.

Posar. Diversor, aris. Diverto, is. Hospitor, aris. *Posada, ó meson*. Diversorium, hospitium, ii. *Posada de soldados, ó estudiantes*. Contubernium. *Los de una posada*. Contubernales.

Posadero. Sedes, is. Podex, icis.

Pospuesto. Posthabitus.

Poseedor. Possessor, oris.

Poseer. Possideo, es. Esse in possessione, re possessa frui. Rem habere, tenere. *Poseer con buena, ó mala conciencia*. Bona, vel mala fide possidere.

Posesion. Possessio, nis. *Tomar posesion de algo*. In possesionem alicujus rei venire. Pedem in possessionem inferre, pedem in possesionem ponere. *Pleytear por la posesion*. Possessionis causa litigare, depugnare. *Pedir la posesion, mientras se averigua el dominio*. Possessionem per interdictum repetere.

Posesiones. Prædia, fundi, pascua, vineæ, horti, orum. *Echar á uno de su posesion*. Dejicere, depellere, detrudere aliquem de prædio, de possessione deturbare.

Posible. Possibilis, e. Quod fieri potest. *Posible es que venga*. Fieri potest, ut veniat. *Dixe con la brevedad posible la importancia del negocio*. Rei magnitudinem exposui, quàm potui brevissimè. *Procuraré dar enfado lo menos que es posible*. Curabo, ut quàm minimè molestus sim.

Haré en eso todo lo posible. Omnem meam operam, studium, & industriam pollicear. Omnem curam, & diligentiam rebus tuis impendam adhibebo, nullaque re tibi deero. Quantum potero conabor, quoad potero contendam, nervos omnes contendam, eminus, & cominus pugnabo, nihil non tentabo, ut rem perficiam.

Es posible? Itane verò? *Es posible que se resista con tanta porfia*? Itane verò obstinatè repugnat? *Es posible que esté tan pobre*? Itane verò inopia laborat?

Posibilidad. Facultas, potestas, copia.

Poso. Fæx, cis. Sedimen. Sedimentum, crassamen, crassamentum.

Pospelo. Pilus adversus. *Vino á pospelo*. Præposterè positum est, contra ac debuit.

Posponer Postponere, posthabere.

Posta. Veredus, i. *El que la corre*. Veredarius, ii. Cursor. *Ir por la posta*. Mutatis subindè equis pervolare. *Hacer algo aposta*. Consultò aliquid facere.

Postas de arcabuz. Plumbei scrupuli.

Poste. Columna lignea, fulcrum, i. *Oler el poste*. Insidias cavere. Dolum præsentire.

Postema. Vomica, æ. Apostema, tis. Suppuratio, abscessus, us. *Apostemarse*. Suppuro, as.

Pos-

Posteridad. Vide. *Descendencia.*

Postigo, ó puerta falsa. Posticum, i. Posticulum, i. Postica, æ. *Postigo de la puerta* Ostiolum, quod est intra januam. *Bastidor del postigo.*

Postilla de sarna, ó bubas. Pustula, æ.

Postillon. Veredarius, ii. Vide *Posta.*

Postizo. Ascitus, subdititius, a, um.

Postrar. Prosterno, is. *Postrarse.* In terram se abjicere. Ad pedes alicujus provolvi, procumbere. *Postrado tengo el apetito.* Gustandi sensus mihi torpet. Ab omni cibo abhorreo.

Postre, ó fin. Finis, is. *Á la postre.* Ad postremum, ad extremum, ad ultimum. *Dexarlo para la postre.* In finem aliquid rejicere. *Postres de mesa.* Mensæ secundæ. Bellaria, orum.

Postrero. Postremus, extremus, ultimus, novissimus. *Ruin sea el postrero.* Occupet extremum scabies.

Postura en el juego. Pecuniæ positio. *Pagar la postura.* Tantundem reponere. *Postura en el precio.* Pretii præscriptio. *En almoneda, ó venta.* Licitatio. *Postura en el hombre.* Figura hominis stantis, sedentis, aut jacentis.

Potage. Jusculum, i. Vide *Guisado.*

Potencia. Potentia, æ. Potestas. *Haré todo lo de potencia, en orden á &c.* Quantum potero contendam, ut &c. Vide *Posible.*

Potentados. Dynastæ, arum, Magnates.

Potra. Hernia, æ. Ramex, icis. Enterocele, es. *Potroso.* Enterocelicus. Herniosus. *Potrero.* Herniarum medicus. Qui enterocelas secat. Martial.

Potranca. Equa bima, aut trima.

Potro. Pullus equinus. Equulus bimus.

Potro de dar tormento. Equuleus, vel Eculeus, ei.

Poyo. Sedile saxeum, aut terreum parieti adstructum. Podium, ii.

Poyata. Abaculus in pariete, in quo vasa, lances, cætera reponuntur.

Poynos de las cubas. Ancones, um.

Pozo Puteus, ei. *Mi gozo en el pozo.* Rupta anchora. Gaudium evanuit, ex inopinato in tristitiam abiit. *Agua de pozo.* Aqua putealis, vel putanea.

Pocero. Putearius, ii. Qui puteos fodit.

P ANTE R.

Practica. Actio, nis. Negotium, ii.

Practica cosa. Practicus, activus. *Hombre práctico.* In re aliqua versatus, excitatus, spectatus.

Practicar. Vide *Exercitar.* *Ya no se practica.* Id jam in desuetudinem abiit, jam id desitum est. Exolevit jam ista consuetudo.

Pragmatica. Vide *Prematica.*

Prado. Pratum, i.

Praderia. Pascua, orum.

Preambulo. Proloquium, præfatio, nis.

Prebenda. Beneficium Ecclesiasticum.

Prebendado. Canonicus, i. Ecclesiastico beneficio præditus, ornatus.

Preboste. Præfectus, i. Præpositus, i.

Precedencia. Præstantia, æ. Primatus, us.

Preceder. Præcedo, antecedo, præeo, is.

Predecesor. Antecessor, oris.

Precepto. Præceptum, i. *En materia de enseñanza.* Præceptio, nis, præceptum.

Preceptor. Præceptor, oris. Magister, tri.

Precio. Pretium, ii. *Poner en precio.* Liceor, eris. Licitor, aris. *Preciosa cosa.* Pretiosus, a, um. Res magni pretii.

Preciarse de algo. Glorior, aris. Se de majoribus jactare, vel majores suos jactare. *Preciase de eso.* Id sibi gloriæ ducit. Id sibi amplissimum, pulcherrimum censet. Ea de re gloriatur. Id maximè jactat. In eo se valdè amat. *Si os preciais de Christiano.* Si Christiana religio cordi tibi est. Si Christiana pietas tanti tibi est. Si Christum verè amas.

Precipicio. Vide *Despeñadero.*

Precipitar. Præcipito, as. Vide *Despeñar.* *Precipitarse.* Nimium properare. Præproperè, immaturè rem gerere. Temerè, & inconsultè agere. *Precipitado.* Præproperus, præceps, itis. *Precipitacion.* Præpropera festinatio. Præci-

cipitatio, præcipitantia, æ.

Preciso. Vide *Forzoso.*

Precisamente. Vide *Forzosamente.*

Precision. Præcisio. Concisa brevitas.

Precito. Præscitus. Non prædestinatus.

Predestinar. Prædestino, as. *Predestinacion.* Prædestinatio, nis. *Predestinado.* Prædestinatus, præordinatus ad gloriam.

Predicar. Concionor, aris. Concionem sacram habere. *Predicar desengaños.* Salutis æternæ viam populo ostendere, monstrare. Consiliis salutaribus concionem instruere, fidei Christianæ documentis erudire. In peccandi licentiam vehementiùs invehi. Salutis æternæ incuriam tragicè lamentari. Novissimorum memoriam in auditorum animis defigere. Mortis improvisæ metu peccatores à vitiis deterrere. Extremi judicii angustias in memoriam revocare. Pœnas inferni æternas cum voluptatis brevitate componere.

Predicar mas con el exemplo, que con palabras. Re magis, quam verbis philosophari. Exemplo præire.

Predicador. Concionator, oris. Ecclesiastes, æ. Divini verbi præco. Vide *Mover*, y *Eloqüente.*

Mal predicador es este. Magna est huic oratori dicendi tenuitas: frigida est, & inepta ejus actio: verborum inopia laborat, non rerum copia: non sententiarum opportunitate auditorum animos allicit; non delectat sententiarum pondere, verborumve figuris. Nihil ex arte dicit.

Es predicador de cartapacio. Á codice ne verbo quidem uno discrepat. Á suis commentariolis non discedit. Videtur quasi dictata decantare. Nihil affert de suo.

El predicador no afecte hablar culto. Vitium est in concionatore, vel maximum, à trita, & vulgari dicendi ratione, atque à consuetudine communis sensus abhorrere, dictionisque acumina paulò secretiora, veluti sensa mysteriorum consectari.

El poco auditorio desanima al predicador. Auditorum paucitas concionatoris animum infringit. Languet oratoris animus auditorum paucitate. Maximè debilitatur dicendi contentio vacuo ab auditoribus loco.

Predominar un humor. Prægravo, as. Pituita redundat, prægravat. Flava bilis emicat, in corpore dominatur.

Preeminencia. Præstantia, excellentia.

Preeminente. Præstans, excellens, tis.

Prefacio. Præfatio ad sacrum canonem.

Preferir. Præfero, præpono, antepono.

Pregon. Præconium, ii.

Pregonero. Præco, nis. *En almoneda.* Circulator auctionis. *Seré pregonero de tus alabanzas.* Me tuarum laudum, rerumque gestarum buccinatorem fore polliceor.

Pregonar. Prædico, as. Præconis voce aliquid edicere, promulgare. *Pregona vino, y vende vinagre* Aliud re, aliud verbis ostendit. Hostis consilia cave, amica credas. Hostium munera non numera.

Pregunta. Rogatio, interrogatio, percontatio. *Preguntilla.* Rogatiuncula, interrogatiuncula.

Preguntar. Rogo, as. Interrogo, as. Quæro, is. *Con curiosidad de saber.* Sciscitor, aris. Percontor, aris. *Quien pregunta no yerra, si la pregunta no es necia.* Rogatio reprehendi non debet, nisi inepta sit. *Preguntará alguno, que te va á ti en eso?* Roget aliquis, quid hoc ad te?

Prelado. Præsul, ulis. Antistes, itis.

Prelada. Antistita, æ.

Prelacia. Præsulis dignitas, munus.

Premática. Edictum, i. Decretum, i.

Premio. Præmium, ii. *Que se da al vencedor.* Bravium, & Brabium, ii. *Grandes premios os esperan.* Magna te expectant præmia. Certissima, & amplissima te manent præmia. Egregia tibi præmia proposita, constituta sunt. Præmia virtuti tuæ debita, haud dubiè sperare potes.

Premiar á uno. Præmiis aliquem afficere, donare, decorare. Præmia alicui dare, referre, tribuere, donare, largiri, persolvere.

Prenda. Pignus, oris. *De amor.* Signum benevolentiæ, amoris monumentum. *Dar en prendas.* Pigneror, oppigneror, aris. *No me iré sin llevar prenda vuestra.* Á te sine corollario non discedam. *Es hombre de grandes prendas.* Dotes habet à natura præclaras. Vir est ingenii,

&

& eloquentiæ dotibus insignis, domi, militiæque clarus, scientia, & virtute clarissimus.

Prendarle, ó tomarle prenda. Pignus alicui detrahere, ab eo capere. *Prendado de su hermosura, y buenas partes.* Ejus pulchritudine, & corporis, animique dotibus captus, & illectus.

Prender á uno. Hominem capere, tenere, apprehendere, manum illi injicere. *Yo dexarme prender?* Ego capi sustineam? me teneri patiar? manum mihi injici sinam? *Prender con alfileres.* Aciculis prehendere, figere, tenere.

Prender la planta. Radices agere, succum ex terra trahere. Coalesco, is. *No prenden los enxertos.* Arbores insita non admittunt.

Prendióse fuego en el techo. Ignis tectum invasit, corripuit. Tectum concepit ignem, igne succensum, correptum est.

Prendedero. Fibula, æ. *Prender con él.* Infibulo, as. Fibulam injicere.

Prendimiento. Comprehensio, nis.

Preñada. Prægnans, gravida, fœta. *Palabras preñadas.* Verba minarum plena.

Preñez. Prægnatio, nis. Graviditas, tis. *Qué preñeces son esas?* Quid latus parturit?

Prensa. Prælum, i. *Meter en prensa.* Prælo aliquid supponere. Vide *Pretina.*

Prensar. Prælo aliquid submitere, premere, excudere, urgere.

Prenuncios. Indicia, signa, orum.

Preparar. Paro, as. Comparo, præparo.

Preparacion. Præparatio, præmunitio.

Preparado. Paratus, præmunitus.

Preponderar. Prægravo, as.

Preposicion. Præpositio, nis.

Prepucio. Præputium, ii.

Prerrogativa. Præstantia, excellentia.

Presa, ó robo. Præda, æ. *Presa de molino.* Cataracta, æ. Obex, quo aquæ cursus temperantur.

Presagio. Presagium, omen, auspicium.

Presbytero. Sacerdos, tis. Presbyter, i.

Presbyterio. Adyta, orum.

Presea. Cimelium, ii. Vide *Joya.*

Presencia. Conspectus, us. Præsentia, æ. *Linda presencia de hombre.* Lætissima hominis facies, pulchra, venusta. *En presencia del Corregidor.* Coram Prætore, præsente Prætore, in conspectu ejus, in oculis ejus. *Con qué cara he de parecer en su presencia?* Quo ore in conspectum ejus me commisserim? Quo ore in conspectum ejus veniam, ingrediar, prodeam? In conspectu ejus appaream?

Presentacion. Nominatio, præsentatio.

Presentado. Nominatus, præsentatus.

Presentar el patron. Eligere, nominare, præsentare beneficio dignum. *Presentar testigos.* Testes producere, dare, adhibere. *Presentar, ó dar algo.* Munus offerre, deferre. *Presentaronme un caballo* Equo donatus fui ab amico. Equum dono accepi.

Presentar papeles. Chirographa deferre, exhibere, proferre.

Presentarse al Juez. Sistere se ad judicem, in judicio comparere.

Presente ó don. Munus, eris. Donum, i. *Que se dá al huesped.* Xenium, ii. *Al embaxador.* Lautina, orum. *Hacer, ó enviar algun presente.* Munus alicui deferre, offerre, donare, largiri. Dona dare. Muneribus, aut donis aliquem afficere.

Presente cosa. Præsens, tis. *Estar presente.* Adsum, es. Adstare, præsentem esse. *Al presente, por el presente.* In præsenti, in præsens, in præsentia, impræsentiarum.

Siempre os tengo presente. Mihi ante oculos dies, noctesque versaris. Te præsentem intueri assiduè mihi videor. Tua mihi semper occurrit imago. In oculis assiduè te fero. Frequens subit imago tui. Tuus mihi vultus ob oculos semper versari videtur. Nunquam animo meo excidit imago tui.

Preservar de contagio. Medicamentis aliquem præmunire, innoxium servare.

Preservativo. Antidotum, vel antidotus, i. Amuletum, i. *Preservador.* Servator, is.

Presidir. Præsum, es. Præsideo, es. *En acto de letras.* E superiore loco propugnantem defendere, protegere, tueri, præsidio suo tegere, vindicare.

Presidente. Præses, idis. Qui præest.

Presidencia. Præsidis munus, dignitas.

Presidio. Præsidium, ii. *Soldados de presidio.* Præsidiarii milites.

Presilla. Ansula, æ.

Preso. Vinctus, captus. Custodia, æ.

Prestar dineros. Mutuare nummos. Pecuniam mutuam dare, vel pecuniam mutuò dare. *Prestar lo que no es dinero.* Commodo, as. Aliquid utendum dare.

Prestado. Mutuum, commodatum. *Tomar dinero prestado.* Pecuniam ab aliquo mutuari, mutuam accipere, mutuò sumere. *Tomar prestada cosa que se ha de volver à su dueño.* Commodatum, vel utendum aliquid accipere. Commodatò aliquid accipere, sumere.

Prestamo. Præstimonium, ii.

Preste. Vide *Sacerdote.*

Presteza. Velocitas, celeritas, tis.

Presto, con presteza. Citò, celeriter. Quàm citissimè, quàm celerrimè. *Ven presto.* Quàm primùm revertere. *Quán presto te parece, que estará aqui?* Quàm mox illum adfuturum censes? *Muy presto vino.* Præpropere venit.

Presto estoy, y aparejado. Promptus, ac paratus sum. Præsto adsum.

Presumir. Nimium sibi sumere, tribuere, confidere, arrogare. *Presumir mal de otro.* Malè de alio existimare.

Presumido, ó presuntuoso. Confidens, arrogans. tis.

Presuncion. Arrogantia, confidentia, æ.

Presuntuosamente. Confidenter, audacter, arroganter, superbè.

Presuroso. Festinus, velox, incitatus, fervidus, celer.

Presurosamente. Properè, velociter, fervidè, celeriter.

Pretender cargos. Peto, is. Prenso, as. Ambio, is. *Dias ha que pretendo esto.* Jam diu hoc saxum volvo. *No pretendia el bien de la Ciudad.* Non id agebat, beatè civitas ut esset. *Eso pretenden.* Id agunt, moliuntur, conantur, contendunt. *Pretende matarme.* Ad necem me quærit. Necem mihi machinatur. Sanguinem, vitam meam petit. Vitam meam ferro, insidiis appetit. *No quiero pretender que no he de alcanzar.* Spem infinitam persequi nolo.

Pretendiente, ó pretensor. Petitor, candidatus, i. *De alguna muger.* Procus, i.

Pretension. Ambitus, us. Petitio, prensatio. *Cierrase la puerta à las pretensiones.* Ambitus excluditur honorum petitioni. Aditus ambitioni præcluditur, intercluditur.

Preterito. Præteritum.

Pretexto. Prætextum, i. Prætextus, us. *Con este pretexto.* Hac larva, hoc nomine, pietatis specie. *Con ningun pretexto puedes colorarlo.* Ne mendacio quidem id tegere potes.

Pretina. Zona fibulata. *Meter á uno en pretina.* Continere aliquem in officio. Disciplinam acerrimè ab illo exigere. Ad officii metas aliquem adigere.

Prevalecer. Prævaleo, es. Superare, superiorem esse. *Prevaleció la costumbre.* Invaluit, inolevit consuetudo.

Prevaricar. Prævaricor, aris. Perfunctoriè obire munus, præposterè officio fungi. Causam prodi à patrono, tacitè cum adversario colludere.

Prevaricacion. Prævaricatio, nis.

Prevaricador. Prævaricator, oris.

Prevenir, ó aparejar. Præparo, as. *Tener algo prevenido.* Paratum, vel promptum aliquid habere. In procinctu, vel in promptu aliquid habere.

Prevenido de exercito. Paratus ab exercitu. *Estar prevenido.* In procinctu esse, stare.

Prevenido contra veneno. Antidotis præmunitus. *Prevenido traias lo que dixiste.* Meditatum sermonem attulisti.

Prevenir los males que amenazan. Malis imminentibus occurrere. Impendentia mala præcavere.

Prevenir, ó anticiparse. Prævenio, anteverto, præverto, is. *Previno la muerte sus intentos.* Talia meditantem mors occupavit, prævenit. Consilia ejus mors prævertit.

Prevenir con discurso. Insidias providere, prospicere. *Yo lo tenia visto, y prevenido.* Jam id ego prospexeram. Prius mihi suboluit, quam illi quidquam acciperent. *Los males prevenidos se sienten menos.* Fortunæ imminentia mala præmeditatione leniuntur. Jacula prævisa minus feriunt.

Prevencion. Apparatus, us. Apparatio. Præparatio. *Prevencion de lo que se va*

Vv á

á decir. Præmonitio, onis. *De prevencion.* Præmeditatio, cautio, nis.

Prevertir, ó pervertir á uno. Seducere aliquem, decipere, in fraudem inducere. *Prevertir el orden.* Præverto, is. Præpostero ordine aliquid agere. Vide *Pervertir.*

Priesa, ó prisa. Festinatio. Properatio, acceleratio. *Apriesa.* Festinanter, celeriter, properè, præproperè. *Darse priesa.* Festino, propero, accelero, as. Advolare, celeritatem adhibere. *Dar priesa á otro.* Instare alicui. Urgere aliquem. *Para qué tanta prisa?* Quid properato opus est? *Á mas priesa mas vagar.* Festina lentè. Qui nimium properat, offendit.

Prieto. Niger, fervus. Vide *Negro.*

Primo en la vihuela. Prima chorda tenuissima, subtilisima. *Llevarse la prima en algo.* Primas ferre in re aliqua. Vide *Ventaja. Á prima faz.* Primo aspectu. *Á prima noche.* Ad vesperam, sub vesperum. *Cosa muy prima.* Res affabrè structa. Vide *Primor.*

Prima, hija de hermano de padre. Soror patruelis. *De hermano, ó hermana de de madre.* Consobrina. Vide *Primo.*

Primacia. Primatus, us. Princeps locus.

Primado. Primas, atis. Supremus, & maximus Regni totius Antistes.

Primavera. Ver, eris. Vernum tempus.

Primero. Primus, a, um. *Entre dos.* Prior.

Primero en licencias. (*quando se gradúan muchos*) Primus, ac princeps, in honoris gradu. *En la primera ocasion.* Prima quaque occasione. *Cada primer dia del mes.* Primo quoque die mensis. *La primera victima.* Præcidanea hostia. *La primera en tierra.* Cantherius in porta. In limine offendere. *Esta es la primera vez que sale.* Nunc primum prodit. *Sea esta primilla, ó pase por primilla.* Hanc illi noxam dimitte, si unquam posthac, non recuso, quin vapulet.

Primeramente, lo primero. Primum, principiò. *Esto es lo primero que asiento, que no puede haber amistad, sino en los buenos.* Hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse. *Primero morir, que hacer tal cosa.* Moriar potius, quàm id faciam. Vita cedam prius, quàm &c. *Primero es nuestra amistad, que todo.* Nihil mihi antiquius amicitia nostra. Omnia amicitiæ nostræ postponenda duco.

Primeriza en el parto. Primípara, æ.

Primerizo. Primicerius, ii.

Primicias. Primitiæ, arum. Primi fructus.

Primitivo. Primitivus, a, um.

Primo, hijo de hermano de padre. Patruelis. *De hermano, ó hermana de madre.* Consobrinus, i.

Primogenito. Primogenitus, i.

Primor de alguna obra. Operis artificium, elegantia, structura, concinnitas.

Primorosa cosa. Affabrè factum opus, elegans, perpolitum, perfectum ingenio, elaboratum industria. Dædali opus. Roscii actio. *Primorosamente, con primor.* Affabrè, concinnè, peritè, eleganter.

Principe. Princeps, ipis. *Vive como un Principe.* Magnificè vivit. *No obró como Principe, sino como Ministro.* Non Principem, sed Ministrum egit. *El Principe no está sugeto á las Leyes.* Princeps non tenetur legibus. *Dios me libre de Principes.* Procul à Jóve, & à fulmine.

Principado. Principatus, us. Dominatus, us. Principis ditio.

Principal cosa. Præcipuus, a, um. *Hombre principal.* Primarius vir, cum primis nobilis, in primis honestus. *El principal del censo, ó trato.* Caput, sors, summa, æ.

Principalmente. Præcipuè, præsertim.

Principio. Principium, initium, primordium, caput, fons, origo. *Al principio.* Primò, principiò, initio. *Al principio de &c.* In capite tuarum litterarum, in fronte operis, in limine vitæ.

Principio de la oracion. Exordium, ii. Procemium, ii. Initium. *Errar al principio.* In limine offendere. In portu impingere. Initio suscepti operis peccare. *Del principio al fin.* Á capite ad calcem.

Principio de arte, ó doctrina. Rudimenta, elementa, orum. *Buenos principios tienes.* Bene tibi habent principia. *Principio quieren las cosas.* Tentando ad Trojam pervenere Pelasgi. *Tomalo muy del principio.* Orditur ab ovo.

Prin-

Principiante. Novitius, a, um. Tyro, nis.

Pringue. Pingue, is.

Pringar. Liquamine, aut tosto lardo panem intingere. *Al esclavo.* Servi nequissimi corpus cornis suinæ liquamine cruciare.

Prior del Convento. Cœnobiarcha, æ. Cœnobii Antistes. *Priora.* Antistita, æ.

Prisa. Vide *Priesa.*

Prision. Custodia, æ. Carcer, eris.

Prisiones. Vincula, orum. Compedes. *Darse á prision.* Se in custodiam dare, tradere. *Echarselas.* Vinculis hominem constringere, tenere, vincula alicui injicere.

Prisionero. Captus, captivus.

Privada. Oletum, i.

Privar de algun bien. Privo, as.

Privarle del oficio. Loco aliquem movere, honore aut potestate privare. Vide *Reformar.* *Privasele de voz activa, y pasiva.* Excluditur præmiis, & honoribus.

Privar con el Principe. Gratia apud Principem valere, gratiosum illi esse. Esse in magna Principis, vel cum Principe gratia. In Regis familiaribus, & intimis esse. Interiorem aulicum esse.

Privado del Rey. Gratiosus apud Regem gratia, et familiaritate præcipuus.

Privanza. Gratia, favor Principis. *Cayó de la privanza.* Principis gratiam amisit. Æmulatione, & invidia inimicorum Principis gratia excidit, aulæ fastigio dejectus est.

Pro, ó provecho. Profectus, us. *Buena pro.* Prosit. *Hablar en pro, ó en contra.* Pro aliquo, vel in aliquem dicere. *Hombre de pro.* Homo frugi.

Proa de la nave. Prora, æ.

Proba, ó prueba de la Imprenta. Exemplar Typographiæ correctum, & probatum.

Probar con razones. Argumentis agere, probare, fidem facere, persuadere. *Con testigos.* Testibus aliquid probare, comprobare, planum facere. *Probemoslo con autoridades.* Testimoniis agamus. *Probó su derecho.* Juri suo satisfecit. Causam [illegible] probavit. *Bien probada tiene su intencion.* Animum suum satis omnibus probari sensit.

Próbar con experiencia. Experior, iris. Tento, as. Vide *Experimentar.* *Probar sus fuerzas, y destrezas con otros.* Suas cum aliquo vires, artemque conferre.

Probar, ó gustar algo. Delibo, as. Summis labris aliquid attingere, primoribus labris gustare, degustare.

Probarse. Vide *Ensayarse.*

Probadura. Libatio, degustatio, nis.

Probacion. Probatio, nis. Vide *Prueba.*

Probanza del hecho. Inquisitio, nis. Quæstio, nis. Vide *Informacion.*

Informable cosa. Probabilis, verosimilis. *Probabilidad.* Probabilitas, tis. *Probablemente.* Probabiliter. Verisimiliter.

Problema. Problema, tis.

Proceder. Procedo, is.

Muchos males proceden del ocio. Multa ex otio mala nascuntur, proveniunt, existunt, proficiscuntur, emanant, exoriuntur, effluunt. Vide *Causa.*

Proceder contra uno en juicio. Legibus aliquem, & judicio persequi. *Mal modo de proceder.* Prævaricatio iniqua, aut præpostera rei gerendæ ratio. *Mal procede en eso.* Perperam rem gerit. Non pro eò, ac debet, causam tractat, agit. *Modo de proceder.* Agendi ratio. *Qué modo de proceder es ese?* Quæ tua ista rei gerendæ ratio est?

Proceso. Acta in judicio. Volumen acta in judicio continens.

Procesion. Solemnis pompa, celebris supplicatio. *Ha de haber Procesion general.* Celebris pompa indicta est. Supplicatio indicta est, decreta est, habenda est. *Ordenar la Procesion.* Utrumque agmen ritè disponere, ordinare. *Los que la ordenan.* Designatores, um. *Salga la Procesion.* Agite, procedite, ducite pompam. *Quebrada va la procesion.* Ordo supplicantium per intervalla deficit. Nec ritè, neque ordine procedit agmen.

Proclamar. Proclamo, as.

Procurar. Curo, procuro. Dare operam, laborare, curam, aut diligentiam adhibere. *Con todas sus fuerzas.* Summopere studere, niti, laborare. Omni studio, cura, diligentia in aliquam rem incumbere. Vehementer laborare, nervos omnes contendere, enixè operam dare, omnes adhibere machinas, ut id fiat.

Omni non modo contentione, sed etiam dimicatione, elaborandum est, ut res ad exitum perducatur.

Procurador. Curator, procurator. Alienis negotiis præpositus. Qui aliena negotia gerit, curat, procurat. *Procurador en el pleyto*. Cognitor, oris. Procurator judicialis.

Procuraduria. Procuratio, administratio, curatio rerum, negotiorum.

Prodigio. Prodigium, ii. Portentum, i.

Prodigo. Prodigus, profusus, nepos, luxuriosus. *Prodigalidad*. Prodigalitas, profusio, nis. *Prodigamente*. Prodigè, effusè, effusissime. Vide *Gastar*.

Producir la tierra. Terra gignit, fundit, fert, creat, procreat, generat flores, & omne frugum genus.

Produccion. Generatio, procreatio, nis.

Proemio. Procemium, præludium, ii.

Proezas. Egregia facta, res gestæ, gesta præclara. Vide *Hazañas*.

Profanar lugar, ó cosa sagrada. Sacris abuti. Sacra violare, polluere, incestare; perinde ac si profana essent, habere, tractare. *Profanado*. Violatus, profanatus, execratus.

Profanador. Sacrorum violator.

Profana cosa. Profanus, a, um.

Profanidad. Luxus, us. Profanatio.

Profesar algun arte ú oficio. Artem aliquam profiteri, in ea se exercere. *Profesar el Religioso*. Vota nuncupare, emittere. Religionis voto se obstringere, obligare, devincire. Professionem edere, facere. Votis solemni ritu emissis se totum divino obsequio mancipare, sacrare. Religiosam vitam in omne vitæ tempus profiteri

Profesion. Professio nis.

Profeta. Vates, tis, prophæta, æ.

Profetiza. Fatidica, prophetiza, æ.

Profetizar. Vaticinor, aris. Canere, prædicere, prænuntiare, denuntiare futura. *Tiene espiritu de profecia*. Divino afflatus spiritu multa vaticinatur, oracula edit, vaticinia profert, futura prædicit.

Profecia. Vaticinatio, oraculum, vaticinium, prædictio futurorum.

Profunda cosa. Profundus, altus, a, um.

Profundidad. Barathrum, ii. Profunditas, tis. Abyssus, i.

Progenitores. Avi, orum. Majores, um.

Progreso. Vide *Aprovechamiento*.

Prohibir. Prohibeo, es. Veto, as.

Prohibicion. Interdictum, prohibitio.

Prohijar. Vide *Adoptar*, y *atribuir*.

Prolixo. Nimius, prolixus, nimis longus. Multus, & ineptus. *Prolixidad*. Mora, tarditas, cunctatio. *Prolixamente*. Prolixè, longiùs.

Prologo. Prologus, i. Præfatio, nis.

Prolongar. Vide *Alargar*.

Prometer. Promitto, spondeo, profiteor, polliceor, eris. *Prometer por otro*. Fidejubeo, es. Pro alio spondeo, fidem meam interpono. *Prometer á Dios*. Voveo, es. *Prometer en dote*. Dicere dotem filiæ. *Ser largo en prometer*. Prolixè promittere. *No da lo que promete*. Muren ostendit pro leone. *Dar algo de prometido en obras, ó arrendamientos*. Certam pecuniæ summam primo licitanti dari ab eo, qui opus locat, aut auctionem facit.

Promesa. Promissum, i. Promissio, stipulatio, pollicitatio, nis. *Ni por promesas, ni por amenazas*. Nec spe, nec metu.

Prometedor. Largus in pollicendo. Qui multa promittit, sed nihil præstat.

Promontorio. Promontorium, ii.

Promover á mayor dignidad. Ad altiorem dignitatis gradum aliquem evehere, extollere, promovere.

Promocion. Ascensus, us. Promotio, nis.

Promulgar. Vide *Publicar*.

Pronombre. Pronomen, inis.

Pronostico. Omen, inis. Ostentum, i. Præsagium, denuntiatio, divinatio, prædictio. *Pronostico del año*. Vide *Repertorio*.

Pronosticar. Ominor, aris. Portendo, is. Divino, denuntio, as. Præsagio, is. Prædico, is. *Pronostico es este de tu perdicion*. Omen hoc est, & signum tuæ calamitatis.

Pronto. Promptus, expeditus, paratus.

Prontitud. Promptus animus, alacritas.

Prontamente. Promptè, alacriter.

Pronunciar bien las letras. Litteras suavisimè appellare, proferre, exprimere.

Pro-

Pronunciar mal. Litteras comprimere. *Palabras duras de pronunciar.* Confragosa verba.

Pronunciar sentencia. Ferre, proferre, pronunciare, enuntiare sententiam.

Pronunciacion. Pronunciatio, enuntiatio, expressio verborum.

Propicio. Vide *Favorable.*

Propina. Honorarium, quod Magistris, Academicis, & Senatoribus dari solet.

Propio, ó proprio. Proprius, a, um. Peculiaris res cujusque. *Qué cosa tan propia de Antonio!* Quam id ex ingenio, ac moribus Antonii! Hoc de more habet, innatum hoc, & insitum illi est. *Es propio de escasos murmurar de los liberales.* Sordidi hominis est liberalium munificentiam taxare, carpere, vituperare. *Lo propio es esto, que esotro.* Idem hoc est, atque istud. Tantundem hoc habet, atque istud. Nihil hoc ab isto differt.

Propio, y verdadero. Germanus, sincerus.

Propio, ó mensagero. Certus homo, qui mittitur. *Hacer, ó enviar un propio.* Certum hominem cum litteris mittere.

Propios de un lugar. Agri compascui.

Propiedad de cada cosa. Proprietas, atis. Natura, ingenium. *Propiedad de lenguage.* Dictionis munditia. *Hablar con propiedad.* Incorruptè loqui.

Propiamente. Propiè.

Propietario. Possessionis dominus.

Proponer. Propono, is. *Proponer la enmienda.* Vide *Enmienda. Propongo de hacerlo.* Profiteor me facturum.

Proponer al Senado que se enmiende la ley. De corrigenda lege ad Senatum referre. *Proponer, ó representar algo al Superior.* Rationes deferre, causas proponere, referre, afferre, ut &c.

Proposicion. Propositio, enuntiatio.

Propuesta, ó réplica. Relatio causæ. *Propuesta, ó súplica.* Postulatum, postulatio.

Proposito. Propositum, i. Consilium, ii. *Á qué proposito es esto?* Quorsum istud? Quorsum hæc tam longo repetita sermone? Quorsum ista pertinent? Quid ad rem?

No hablas á proposito. Nihil dicis, quod ad rem pertineat. Extra orbitam, metam excurris. Extra chorum saltas, Tua oratio cum re, de qua agitur, non cohæret. Scitus quidem jocus, sed parum in loco dictus.

Apartado nos hemos del proposito. Ab eo quod propositum est, longius aberravit, longius excurrit, longius digressa est oratio. Á proposito aberravimus, digressi sumus.

Volvamos al proposito. Redeamus ad rem. Ad illud, unde digresi sumus, regrediamur. Ad id, unde divertimus, revertamur. Nunc eo revocetur oratio, undè egressa est.

No será fuera de proposito. Non abs re erit. Non alienum puto à re proposita. *No pudo venir mas á proposito.* Nihil magis ad rem accommodatum, nihil magis appositè, nihil magis in loco dici potuit. *De proposito lo hizo.* De industria fecit, consultò, dedita opera.

Proporcion. Proportio, nis. Analogia, æ. Convenientia, æ.

Proporcion de miembros. Membrorum congruentia, æquabilitas, symmetria.

Proporcion. Ad legem, & regulam componere, adamussim dirigere. *Proporcionado de miembros.* Membris æqualis, & congruens. *Proporcionadamentè, con proporcion.* Analogicè, proportione, adamussim. *Á proporcion.* Habita ratione.

Prorogar. Prorogo, as. Vide *Dilatar.*

Prorogacion. Prorogatio, nis.

Prorrumpir. Prorumpo, erumpo, proruo, is.

Prosa. Sermo solutus. Prosa, æ. *Mucha prosa gasta.* Longo sermone utitur. Prolixè verba facit. Multi sermonis homo est.

Proseguir. Prosequor, eris. Incepta persequi. Inchoata peragere. *Prosigue, como comenzaste.* Perge, quà cœpisti. *Si os parece no proseguiré.* Si placet, vela contraham, sermonem præcidam, finem faciam.

Prosodia. Prosodia, æ. Accentus, us.

Prosopopeya. Prosopopœja, æ. Dictio personæ. *La prosopeya con que habla, ó anda!* Qua gravitate incedit! Quàm lentè, & graviter verba facit!

Prospero. Prosper, a, um. Secundus, felix.

Prosperar. Prospero, as. Secundo, as.

Prosperidad. Prosperitas, felicitas,

Se-

Secundæ res. Fortunæ benignitas. *Algun tiempo nos vimos en prosperidad.* Floruimus & nos aliquando. Res olim nostræ florentissimæ fuerunt. Sedebamus in puppi olim, clavumque tenebamus, quibus nunc in sentina locus est.

La prosperidad ensoberbece. Secundis rebus animus intumescit, inflatur, insolenter se effert. Luxuriant animi rebus plerumque secundis. Copia factum gignit. Satietas ferociam parit.

Prostrar. Vide *Postrar.*

Proteccion. Tutela, æ. Præsidium, ii.

Protector. Protector, defensor, oris.

Protervo. Protervus, petulans, procax, cis.

Protervia. Protervia, æ. Petulantia, æ.

Protestar. Protestor, aris. Denuntio, as.

Protesta. Protestatio, denuntiatio.

Protocolo del Notario. Adversaria. Commentarius.

Protomedico. Medicorum princeps. Archiater, vel Archiatrus, i.

Protonotario. Primicerius, ii.

Provecho. Utilitas, commodum, usus, us. Emolumentum, fructus, us. *Buen provecho.* Prosit. *Ser de provecho para algo.* Facere, conferre, conducere ad aliquid. *Mirad si esto os puede ser de provecho.* Vide, an hoc usui tibi esse possit, an è re tua sit.

Provechoso. Utilis, commodus, fructuosus, frugifer, salutaris. Quod ex usu est, multasque secum opportunitates affert. *Provechosamente.* Utiliter, commodè cum fructu.

Provéer. Provideo, es. *La Ciudad de bastimientos.* Urbi de re frumentaria providere, rei frumentariæ consulere. Annonam, aut cibaria in urbem invehere, inferre, importare. Commeatu urbem reficere, recreare. *Provéer la despensa.* Penum instruere.

Provéerle de lo que ha menester. Necessaria illi suppeditare, suggerere.

Provéer un auto el Juez. Cavere, jubere, constituere, decernere, sancire.

Provéer al Obispado. Ecclesiæ Episcopum designare, providere, constituere, præficere. *Provéer el beneficio.* Beneficium in aliquem, vel alicui conferre.

Provéerse. Ventrem exonerare. Ventris onus dejicere, excernere.

Provéedor de la Armada. Classis instructor. *De bastimentos.* Annonæ præfectus.

Provido. Providus, providens, tis.

Providencia. Providentia, prudentia, æ.

Provision Real. Senatusconsultum, i. Edictum Regium. Decretum Regis.

Provision de bastimentos. Commeatus, us. Annona, æ. *Provision de casa.* Penus, us. *De cada dia.* Diarium. *Para el camino.* Viaticum, i. *Provision de beneficio.* Beneficii collatio.

Provisor. Episcopi Vicarius. *Provisoria.* Vicarii generalis munus.

Provéa. Propago, inis. Tradux, cis.

Provérbio. Proverbium. Adagium, ii. Vide *Refrán.*

Proverbialmente. In modum proverbii.

Provincia. Provincia, æ. Regio, *onis.*

Provincial. Provincialis. Provinciæ præpositus, præfectus, moderator.

Provocar. Lacesso, is. Provoco, irrito, as.

Provocacion. Provocatio, nis.

Proximo. Proximus, i.

Prudencia. Prudentia, æ. *Con igual prudencia, y valor.* Prudenter juxta, ac fortiter. Pudenter æquè, ac *fortiter.*

Prudente. Prudens, tis. Prudentia præditus, magni consilii vir. Cautus, consideratus, providus, circunspectus.

Prudentemente. Prudenter, cautè, providenter, providè, consideratè.

Prueba de experiencia. Experimentum, periculum. *Hacerla.* Periculum facere, experior, iris. *Prueba de conclusion.* Probatio, argumentum, i. *Recibir algo á prueba.* Ad rei fidem faciendam certum tempus definire, præfinire. *Á la prueba me remito.* Eperientia res patebit. Non credam, nisi expertus. Re ipsa probabitur. Experimento deprehendetur. *Traer algo para prueba de, &c.* In argumentum aferre, objicere, quod, &c.

P ANTE U.

Pua para ingerir. Surculus, i. *Puas de hierro.* Murices, tribuli. *Puas de puer-*

puerco espin. Spina, aculeus.

Público. Publicus, a, um. *No salir en público.* Publico abstinere, carere. *No se atreve á estar en público.* In publico esse non audet. Publico se committere veretur. *En público mucha gala, en casa mucha pobreza.* Foris se venditant tamquam beati, intus miserè viventes. Palàm cultus splendidus, domi res angustæ. *Es cosa muy pública.* Vulgata res est, pervulgata, per omnium aures, & ora pervagata. Percrebuit ejus rei fama. Celeberrimum hoc est apud omnes. *No reparó en decirlo en tanta publicidad.* Nihil pensi habuit, quin rem publico committeret. Non veritus est rem in vulgus edere, in omnium oculis publicare. Rem palàm facere in tanta hominum frequentia, in foro, tam multis præsentibus, non dubitavit.

Publicar. Promulgo, as. Divulgo, pervulgo, as. In vulgus edere, prædicare. *Publicar guerra.* Indicere bellum.

Publicacion. Promulgatio, publicatio.

Publicacion del libro. Editio, nis.

Publicamente. Publicè, palàm, propalàm, vulgò, in omnium oculis.

Puchas. Puls, tis.

Puchero. Pultarius, ii. Ollula, æ. *Hacer pucheritos el niño.* Vagitus edere.

Pudrirse. Putresco, is. Tabesco, is.

Pudricion. Putredo, nis. Corruptio, nis.

Pueblo. Oppidum, i. *La gente de él.* Populus, i. Plebs, bis. Vulgus, i. *Locura, ó insolencia del pueblo.* Popularis insania, insolentia, temeritas. *Populacho.* Fæx, & sentina reipublicæ. Humile, & abjectum vulgus.

Puente. Pons, tis. *De madera.* Sublicius roboreus. *Levadiza.* Versatilis. *Levantar la puente.* Clauso arcis ostio pontem attollere, levare. *Echarla.* Pontem demittere. *Al enemigo que huye la puente de plata.* Hosti fugienti viam ne præcluseris.

Puente de diez ojos. Pons decies arcuatus.

Puentecilla. Ponticulus, i.

Puerco, ó puerca. Sus, is. Porcus, i. Porca, æ. *Puerco en canal.* Porcus eviseeratus. *Puerco castrado.* Maialis, is. *Por castrar.* Verres, is. *Montés javalí.* Aper, pri. *Puerco espin.* Hystrix, icis.

Porquero. Subulcus, i.

Puerca cosa. Immundus, a, um. Sordidus, spurcus, fœdatus, inquinatus.

Puerro. Porrum, vel porrus, i. *De color de puerro.* Porracei coloris.

Puerta. Ostium, ii. Janua, æ. *Del lugar ó castillo.* Porta, æ. *De dos medios.* Fores, valvæ. *Con aldaba.* Vectibus. aut repagulis munitæ. *Estar á la puerta.* Stare, vel adesse ad januam. *Quién llama á la puerta?* Quis pulsat fores? Quis pulsat januam? *Ruido hace la puerta.* Crepat ostium. Fores concrepant. Stridet cardo. *Darle con la puerta en los ojos.* Portam illi objicere, aditum præcludere. Excludere aliquem. *Romper la puerta.* Fores effringere, perfringere. *Sacarla de quicio.* Postes à cardine evellere, ostium convellere. *Abierta está la puerta.* Patent fores.

Á todos da puerta franca. Cuivis ad eum patet aditus. Nulli aditum ad se negat. Neminem excludit. *Nadie entra por sus puertas.* Nemo in ejus limine pedem ponit.

Puerta de atras, ó puerta falsa, trasera. Posticum, i. Postica. Posticula, æ. Posticulum, pseudothyrum *Meter algo por la puerta falsa.* Per pseudothyrum aliquid inferre. *Coger á uno entre puertas.* Aliquem intercipere. *Echarle por puertas.* Bonis suis hominem spoliare, exuere, fortunis evertere, ad incitas redigere.

Andar de puerta en puerta. Stipem ostiatim cogere, corrogare. *Á otra puerta.* Aliam excute quercum. Surdo canis. *Quando una puerta se cierra otra se abre.* Sæpè, premente Deo, fert Deus alter opem. Ovid.

Puerto. Portus, us. *Salir de él.* É portu solvere. Navem, vel naves solvere. *Tomar puerto.* Portum appellere, tenere. In portum invehi. Terram legere. Ad portum appellare, pervenire.

No podemos tomar puerto. Portu arcemur, prohibemur. Ad portum accedere negatur. Á portu repellimur, removemur, ab ejus ingressu rejicimur, submovemur.

Puerto bueno. Portus celeberrimus, tutus,

tus, munitissimus. *Malo.* Infamis naufragiis, statio malè fida carinis.

Puertos secos. Confina Regnorum.

PUES. (*de quien resuelve*) Ergo, igitur. *Comencemos, pues, por los sentidos.* Ordiamur igitur à sensibus. §. *En las interrogaciones por via de instancias es à veces* An, Num. *Pues no habia de volver por un amigo contra un estraño?* An ego non venirem contra alienum pro familiari, ac necessario? *Pues es materia de duda la causa, qué te movió á tan gran vellaqueria?* Num quærenda causa est, quæ te ad tantum facinus impulerit? Cic.

Pues qué? Quid? Quid enim? Quid ergo? Quid igitur? *Pues qué pretende mi padre?* Quid igitur sibi vult pater? *Pues qué? piensas que está enojado contigo?* Quid? tu iratum illum putas tibi? *Pues qué? si fueras Consul, no pudieras hacer eso?* Quid enim? istùc, si consul esses, minus facère posses?

Pues. (*de quien certifica*) At, Atqui. *Pues este fué Maestro de Alexandria, y de letras humanas.* At hic litteras etiam humaniores Alexandriæ docuit. *Pues no queremos mas.* At amplius non desideramus. *Pues éste no es mi hijo, sino mi hermano.* Atqui ex me hic non est genitus, sed ex fratre. *Pues á fe, que no le has de llevar.* Atqui certè non feres.

PUES. (*supuesto que*) Si, quoniam, quando, siquidem, quandoquidem, cum. *Y pues yo te sufro á ti, que destruyes la Republica, sufreme tú á mi, que la conservo.* Et si ego te Reipublicæ perditorem fero, tu me custodem feras. Cic. *Pues lo preguntas, como que no lo sabes, diré por qué.* Quoniam, quasi nescias, quæris, causam dicam. *Y puedes tú hacer una buena historia, pues es obra propia de un Orador.* Potes autem tu in historia satisfacere, cum sit hoc opus oratorium maximè, vel quando hoc est opus maximè oratorium.

PUES no? (*de quien responde afirmando*) Quidni? *Conocesle, pues no he de conocerle?* Nostine hunc? Quidni noverim? *He de salir á recibirle? pues no?* Obviamne illi procedam? quidni?

PUES si qué. (*ironicè*) At.

Pues si que no tuvo casa en Roma, el que tantos años antes de ser ciudadano, vivió de asiento en ella. At domicilium Romæ non habuit is, qui tot annis ante civitatem datam sedem fortunarum suarum Romæ collocavit. *Pues si que no se empadronó, y en aquel padron, que solo hace fé.* At non est professus, imò verò iis tabulis professus, quæ solæ obtinent auctoritatem. *Pues si es amigo de hacer bien; quién en el mundo mas inhumano?* At mores commodi; quis inhumanior? Cic.

PUES, *quando se pasa en la oracion de una cosa á otra, sirve de enlace para continuar el discurso, y entonces es* Jam, Jam verò, v. gr. *Pues la bizarria del talle, y magestad del rostro no dan bien á entender, que es Principe?* Jam proceritas corporis, & dignitas oris non longè, latèque Principem ostentant? *Pues su cortesia, y agrado es tan grande, que no es facil decir, si &c.* Humanitate jam tanta est, ut dificile dictu sit, utrum &c. *Pues el valor de su consejo, y eloqüencia hartas veces se ha dado á conocer en este lugar.* Jam quantum consilio, quantum dicendi gravitate valeat, vos hoc ipso in loco sæpè cognostis. Cic.

PUES, *despues de una hipotesi fingida para encarecer* à comparatione *lo que de hecho pasa, es* Nunc, Nunc verò. *Si yo me fuera á quexar de esto á las peñas, y desiertos, se enterneciéran, pues hablando delante de los Senadores del Pueblo Romano, &c.* Si hoc ad saxa, & solitudines conqueri, ac deplorare vellem, tamen commoverentur, nunc verò cum loquar apud Senatores populi Romani, &c. Cic.

Puesta cosa. Situs, a, um. Positus.

Puesto. Locus, dignitas, honor, oris. *Tener su puesto.* Suum gradum tenere.

Ha tenido grandes puestos en la Republica. Ad magnos honores evectus, promotus est. Magnos honores obtinuit, adeptus, assecutus est. Gradatim ad summos honores ascendit.

Apenas tienen entrada en los puestos honrosos. Vix admittuntur ad honores. Vix eis patet aditus ad honores. Honoribus plerumque excluduntur.

Puesto para cazar. Area, æ.

Puesto que. Si, quoniam, quando.

Pu-

Pujar, haciendo fuerza. Enitor, eris. Conor, aris. *Pujar en venta, ó almoneda.* Pretium augere. Pluris licitari.

Puja. Nova libitatio, pretii auctio.

Pujante. Potens, tis. Vehemens, tis.

Pujanza. Vide *Potencia.*

Pujavante. Scalprum mulomedici.

Pujamiento de sangre. Sanguinis vitium in cute extans, extrinsecùs emicans.

Pujo. Tenasmus, vel tenesmus, i.

Pulga. Pulex, icis. *Tamaño como una pulga.* Instar pullicis. *Lugar de muchas pulgas.* Pullicosus locus.

Pulgar. Pollex, icis. *Pulgarada, ó pulgada.* Pollex transversus.

Pulgon. Volvox, ocis. Convolvulus, vel Convolvolus, i.

Pulir. Polio, is. Expolio, is. Excolere, limare. *Pulida cosa.* Politus, limatus, excultus. *Pulido mancebo.* Politulus adolescens, comptus, elegans.

Pulidamente. Politè, limatè.

Pulimiento. Politura, æ. Expolitio.

Pullas. Convicia ridicula, aut obscœna, quibus muliones, & rustici se mutuò proscindunt. *Echar pullas.* Viatores rusticis conviciari. Fœda inter se convicia jactare.

Pulmon. Pulmo, onis.

Pulpito. Suggestus, us. Suggestum, i. Pulpitum, i. Concio, nis.

Pulpo, pescado. Polypus, i. vel odis.

Pulso. Venæ, aut arteriæ pulsus. *Tomar el pulso.* Venam tentare, pulsum arteriæ explorare, pertentare. *Buen pulso.* Pulsus æqualis, æquo motu reciprocans. *Malo.* Inæqualis, formicans venæ pulsus. *Quedar sin pulsos.* Linqui animo.

Pundonor. Dignitatis cura.

Pundonoroso. Honoris avidus. Dignitatis suæ memor, tenacissimus.

Punzar. Pungo, is. *Punzada.* Punctio, nis.

Punzon. Stylus præacutus.

Puñado. Quantum pugnus capit.

Puñal. Pugio, onis. *Puñalada.* Pugionis ictus. Vulnus pugione adactum. *Dar una puñalada.* Pugione aliquem petere, confodere. Sicam in corpore defigere. *Matóle á puñaladas.* Hominem pugione confodit, ferrea sicca confecit.

Puño. Pugnus, i. *Puñada, ó puñete.* Ictus pugni. *Andar á puñadas.* Pugnis rem gerere, pugnis se mutuo petere. *Buenas puñadas me llevó.* Probè illum pugnis oneravi. *Los que se dan de puñadas.* Pugiles. *Hombre de buenos puños.* Robustus, fortis.

Puños, ó vueltas. Manicarum ornatus ex reticulis, aut carbaso.

Punta de cosa aguda. Mucro, nis. Cuspis, idis *Herir de punta.* Punctim ferire. *Llevarlo por punta de lanza.* Summo jure contendere. Virtute, & merito aliquid obtinere. *No es posesion de dura en la que entramos á punta de lanza.* Non est diuturna possessio, in quam gladio inducimur.

Punta de baluarte. Rostrum propugnaculi. *Hacer punta á uno.* Æmulari alicui. Æmulatione, & invidia illi adversari, obsistere. *Doblar la punta de la nave.* Flectere navim ad dextram, vel sinistram. *Sacar el cuchillo de punta.* Cuspidem gladio inducere. Gladium in acumen extenuare, exterere. *Tener punta el vino.* Vinum acescere.

Puntas de randas. Fila sic arte contexta, ut in acuminatam fimbriam desinant. Plagulæ, arum.

Guarnecido de puntas. Plagulis fimbriatus, ornatus. *Ponerse, ó andar de puntillas.* In digitos erigi. Summis pedibus insistere, ambulare.

Puntada. Punctum acus. *No he dado puntada hasta ahora.* Nullam adhuc lineam duxi. Res mihi adhuc in integro est.

Puntal. Sustentaculum, i. Fultura, æ.

Puntear en la guitarra. Citharæ chordas digitis scitè percurrere, carptim replicare, celeriter percutere.

Puntero. Stylus, i. Radius, ii.

Punteria. Collineatio, (meliùs quam collimatio, nis.)

Puntiagudo. Acuminatus, præacutus.

Puntillazo, ó puntapie. Ictus, à pedis pollice. *Darle.* Pedis pollice aliquem petere, percutere.

Punto. Punctum, vel punctus, i. *De tiempo.* Momentum, punctum temporis.

Punto de la letra. Apex cis. *Ir al punto de la dificultad.* Rem tangere. Ju-

lum petere. In arcem causæ invadere. *No va al punto.* Aberrat à scopo, à re proposita. *Aqui está el punto.* Hic totius rei cardo vertitur. Huc universa causa, vel controversia deducitur. *Volver al punto.* Ad rem redire. *Hablar al punto con razones eficaces.* Dicere appositè ad persuadendum. *Al punto lo dexó.* Statim desiit. Illicò cessavit. Continuò destitit.

Punto en boca. Muti citiùs loquantur. Ne hiscere quidem liceat. *No te apartes de ahi un punto.* Ne transversum digitum, aut latum unguem discedas. *No perder un punto en su derecho.* Nihil de jure suo cedere, decedere, remittere. *Quien pierde punto, pierde mucho.* Noli cesare, dum est occasio, in parvo temporis momento posita res est. *Que esté todo á punto.* Prompta, & parata sint omnia. *Llegó en buen punto.* In tempore venit. Tempestivè accessit. Percommodè, peropportunè se obtulit. *Á punto crudo.* Ad extremam lineam.

Guardar su punto. Dignitatem suam retinere. *Reparar en puntillos.* Dedecoris umbra commoveri. De loci præstantia dissidere, contendere. *Llegó á tal punto la discordia, que.* Eò discordiæ ventum est. Usque eò contentio progressa, deducta est, ut.

Puntos para leer en escuelas. Thema sorte ductum, publicè postridie pro concione explicandum. *Dar punto en escuelas.* Vacationes litterarum indicere.

El otro punto parecia que no habia de dar mucho en que entender. Altera pars non magnæ in dicendo contentionis fore videbatur. *Dexó de tratar este punto.* Eum locum reliquit integrum. Quint.

Puntoso. Morosus, ac difficilis in honoris gradibus officiosè deferendis.

Puntuacion de la escritura. Interpunctio, onis. Apices, notæ, arum.

Puntual. Exactus, fidelis, diligentissimus. *Puntualidad.* Fidelitas, accurata diligentia in temporis momentis.

Puntualmente. Omninò, fideliter, summa cum fide. *Puntualmente son diez.* Decem sunt omninò. *Puntualmente lo executó.* Fideliter præstitit, egregia fide, summa cum fide.

Pupilo, que tiene tutor. Pupillus, i.

Pupilo de pupilage. Alumnus, i.

Pupilero. Alumnorum educator.

Pupilage. Alumnorum educatio.

Pura cosa. Purus, castus, sincerus. *Puro sin mezcla.* Merus, meracus, immixtus. *De puro cuidado no podia chancear.* Præ sollicitudine jocari non poteram. *De pura tristeza no puedo hablar.* Præ mœrore loqui non possum.

Pureza. Puritas, tis. Vitæ innocentia, candor, nitor animi, castitas, integritas.

Puridad. Simplicitas, sinceritas. *Hablando en puridad.* Ut candidè, ac simplicitèr loquar. *Con todos amistad, y con pocos puridad.* Amicè quidem cum omnibus, sed non candidè, ac simpliciter cum quolibet est agendum, intimos animi sensus non nisi intimis aperire oportet.

Purificar. Purgo, defæco, expio, as.

Purificacion. Expiatio, purgatio, purificatio, nis. *La de la Virgen nuestra Señora.* Purificatio, lustratio.

Purga. Medicamentum catharticum.

Purgarse el enfermo. Pharmaco cathartico noxios humores ejicere. Salubri potione corpus eluere.

Purgarse el culpado en el tormento. Objectum sibi crimen constanter, aut pertinaciter in equuleo negare. In criminis negatione constare, perstare.

Purgatorio. Purgatorium, ii. Locus expiandis piorum manibus à Deo destinatus, unde beatæ animæ post certum tempus ad Cœlum evolant.

Purgativo. Purgatorius, catharticus.

Purpura. Murex, icis. Purpura, æ. *Vestido de purpura.* Conchyliata vestis. Purpureum amiculum.

Pusilanime. Timidus, pusillanimis. Pusilli, & angusti animi homo.

Pusilanimidad. Pusillanimitas, tis. Animus angustus.

Putativo hijo. Filius, ut creditur, cujusdam.

DE LITTERA Q.

Q*Uaderno.* Quaternio, onis.

Quadra, ó sala. Aula, æ.

Quadrar. Quadro, as. Congruo, is.

No

No me quadra eso. Non mihi placet. *No quadra uno con otro.* Hæc non cohærent, minimè consentiunt. Dicta factis non respondent.

Quadrada cosa. Quadratus, quadrus, a, um.

Quadrado de la medida. Conus, i.

Quadrangulo. Quadrangulus. Cubus, i.

Quadrillo. Sodalium grex. *En juegos de cañas.* Quaternorum turma.

Quadrillero. Quaternorum ductor.

Quadro, Imagen. Tabula, vel linteum depictum, tabulis compactum.

Quajo. Coagulum, i. *Arrancar el quajo.* Radicitus evellere.

Quajar la leche. Coagulo, as. *No quaja este negocio.* Non bellè res succedit. Tota res etiam nunc fluctuat. *El agua se quaja con el frio.* Aqua frigore concrescit, condensatur.

Quajada. Lac coagulatum.

Quajar del animal. Ventriculus, i.

Quajaron de sangre. Sanies, ei.

Qual. Qualis, e. *Tal para qual.* Qualis hera, talis pedisequa. Dignum patella operculum. *Mas quál le pararon en el combate?* At quemadmodum in oppugnando acceptus est? *El qual, la qual, lo qual.* Qui, quæ, quod.

Qual de los dos. Uter, utra, utrum.

Qualquiera. Quivis, quilibet. *Qualquiera de los dos.* Utervis, uterlibet.

Qualquiera que. Quicumque. *Qualquiera de los dos que venza.* Utercumque vicerit.

Quales anduvieramos? Quàm laboriosam vitam ageremus? quanta discordia laborandum nobis fuit?

Quan. Quàm. *Quan grande.* Quantus, a, um.

Quando. Quando, cum, ubi. *Quando uno no puede salir con su intento, mejor es dexarlo.* Ubi necesse est vinci, expedit causa cedere.

QUANDO con sujuntivo á veces es lo mismo que Dado que, y *en látin* Ut. *Porque quando San Agustin no me diera razon alguna, con sola su autoridad me rindiera.* Ut enim rationem nullam Augustinus afferret, ipsa auctoritate me frangeret. *Y quando todo turbio corra, retirarnos al castillo.* Et, ut omnia secus accidant, in arcem regredi possumus. Quod si fortuna consilii obstet, non in arcem recipiemus, patet in arcem receptus.

QUÁNDO. (repetido) Aliás, aliás. Modò, modò. Nunc, nunc. *No te hallas sin reñir, quándo con los criados, quándo con los hijos.* Abesse non potest, quin jurgio contendas, aliàs cum servis, aliàs cum liberis. *Qué de achaques tienes para no hacer nada? quando, que estás con gota, quando con jaqueca.* Ut causas inertiæ prætexis? modò podagram, modò cephaliam.

Quando mas. Summum, plurimum, ad summum. *Daráte quando mas su mesa.* Summum mensæ suæ accubitu te dignabitur.

Quando quiera que. Quotiescumque. Quandocumque.

QUANDO uno. Quum quis. *Quando uno trabaja de mala gana, siente mas el trabajo.* Cum qui invitus laborem suscipit, eum sentit graviorem. *Quando uno obra bien, no le remuerde la conciencia.* Quum quis rectè facit, conscientiæ morsum non sentit.

Quantia. Pretium, ii. Valor, oris.

Quantiosa cosa. Res magni pretii.

QUANTO. Quantum. *Quanto puedo acordarme.* Quantum memoria repetere præterita possum. *Resistime quanto pude.* Quantum valui, obstiti. Quoad potui, repugnavi.

Quánto cuesta? Quanti est, constat, æstimatur? *Quánto dan por él?* Quanti licet? *Quánto quieres por él?* Quanti indicas? *Quánto lleva por enseñar?* Quanti docet? *No sabes quánto te importa.* Nescis quanti tua intersit, quantopere tibi expediat.

No es creible quánto le quiere el Rey. Incredibile est, quam Regi charus, ac jucundus, quàm illum Rex diligat, quantoque opere hoc homine delectatur. *Pues quánto le temen los enemigos, quién lo ignora.* Jam verò quàm sit hostibus metuendus, quis ignorat? *No es decible quanto me huelgo.* Dici non potest, quàm valdè, vel quantopere gaudeam.

Quanto quisiere. Quàm velit, quàm volet.

Chancée aqui Epicuro quanto quisiere. Hic quàm velit Epicurus jocetur. Sit

hoc loco quàm volet facetus.

Quanto á lo demas. Cætera, cæteroquin, vel cæteroqui. Cætera bonus.

Quanto á lo primero. Primum, in primis.

Quanto antes. Quàmprimum. *Que me avise quanto antes del suceso.* Ut ea de re me quàmprimum moneat, certiorem faciat.

Quanto es de mi parte, de tu parte, &c. Quantum in me, in te, in illo est, &c. *Luego quanto es de su parte entregaron el Capitan á sus enemigos.* Ergo quantum in ipsis fuit Ducem hostibus prodiderunt. *Haré quanto es de mi parte, que les den el pago que merecen.* Quantum in me est efficiam, ut debita illis gratia referatur.

QUANTO ha que. (*con verbo de presente*) Quandiu est, cum. Quandiu est, quod.

Quanto ha que Antonio pretende ser Corregidor? Quandiu est, cum Præturam ambit Antonius? *Quanto ha que cursa en la Universidad?* Quandiu est, quod in Academiam ventitat?

QUANTO ha que (*con verbo de preterito*) Quàm dudum? Quàm pridem? *Quanto ha que vino de la plaza?* Quàm dudum è foro venit? *Quanto ha que le canonizaron?* Quàm pridem sanctorum fastis adscriptus est?

Quanto mas. Nedum. *Dignos son de alabanza, quanto mas de perdon, los que tal hicieron.* Laude, nedum venia digni sunt, qui sic egerunt.

Quanto mas, ó menos, &c. tanto mas, &c. Quò magis, vel minus, &c. hoc magis, &c. *La hermosura, quanto mas escasamente se da á ver, mas enamora.* Quò minus se forma ostendit, hoc magis accendit. Quò parciùs pulchritudo sub aspectum cadit, hoc vehementiùs allicit. Quò magis sensim percipitur, hoc sensum stimulat avidius.

Quanto menos han menester, son mas dichosos. Quò minus multis egent, beatiores.

QUANTO UNO mas, ó menos, &c. tanto mas, &c. Ut quisque maximè, vel minimè &c. ita &c. *Quanto uno tiene mas necesidad, tanto mas obligacion hay de socorrerle.* Ut quisque maximè eget, ita ei potissimum subveniendum est. *Quanto uno es mas afortunado, es mas perseguido de la envidia.* Ut quisque est fortunatissimus, ita invidiæ telis maximè obnoxius. Quo cuique leniùs fortuna aspirat, hoc acriùs invidia restat.

Quando uno tiene prendas mas relevantes, ha de humanarse mas. Ut quisque ingenii dotibus excellit, ita modestiam colere præcipuè debet. Quò superior quisque est, hoc summissius se gerat.

QUANTOS. (*quan muchos*) Quot. Quàm multi. *Quántos trabajos tiene esta vida!* Quàm multis ærumnis vita nostra premitur! quot curis conficitur! quot morbis atteritur. *Quántos, que parecen dichosos, tienen muchas miserias?* Quàm multi foris beati, intus miseri?

QUANTOS. (*quán pocos*) Quotus quisque. *Quantos hay, que escarmienten en cabeza agena en materia de amores? de ciento uno.* Quantus quisque est, qui alieno periculo amoris insidias caveat? vix centesimus. *Quántos sabios hay, que llevan la reprehension de buena gana?* Quotus quisque sapiens est, qui, si arguatur, æquo animo accipiat?

QUANTOS. (*todos los que*) Quotquot. Omnes qui. *Quantos viven en Palacio, estudian en saber la voluntad del Principe.* Quotquot in aula degunt, Principis nutum observant. *Quantos están en gracia del Principe, están en peligro de perderla.* Quotquot Principis gratiam tenent, lupum auribus tenent.

Quantas veces. Quoties. Quàm sæpe.

Quarenta. Quadraginta. *Quarenta veces.* Quadragies. *El año de quarenta.* Annus quadragesimus. *Quarenta mil.* Quadraginta millia. *Quarenta mil veces.* Quadragies millies.

Quarentena, ó quaresma. Quadragenarium jejunium. Quadragesima, æ.

Quarta de la vara. Quarta ulnæ pars.

Quartago. Asturco, onis. Tolutaris & tolutarius equus.

Quartana. Febris quartana.

Quartanario. Qui quartana laborat.

Quartel de soldados. Meta castrensis.

Quarteles. Castra, orum. *Aquartelarse.* Castra metari. Castra facere, ponere, lo-

locare. *Pedir quartel los vencidos.* Implorare hostis clementiam.

Quarteron. Quadrans, tis. Quarta libræ pars.

Quartilla de vino. Sextarius, ii. *De trigo, cebada, sal.* Chœnicis quarta pars.

Quarto en numero. Quartus, a, um.

Quarto moneda. As, assis. *Hacer á uno quartos.* Vide *Desquartizar.*

Quarto alto de casa. Superior pars domus. *En que quarto habitas?* Quotam domus partem tenes? Quota domûs pars te tenet?

Quarto delantero de ave, ó animal. Armus, i. *Quarto trasero.* Coxa, æ.

Quatrero. Abactor, oris. Abligeus, ei.

Quatro. Quatuor. *Quatrotanto.* Quadruplum, i. *Quatro veces.* Quater. *Quatrocientos.* Quadringenti, æ, a. *Quatrocientas veces.* Quadringenties. *El año de quatrocientos.* Quadringentesimus annus.

Quatro dias. Quatriduum. *Quatro años.* Quadriennium, ii. *Niño, ó cosa de quatro años.* Quadrimus. *Edad de quatro años.* Quadrimatus, us. *De quatro maneras.* Quadrifariam. *Cosa de quatro dobleces, ó diferencias.* Quadruplex, icis.

Quatro temporas. Quatuor anni temporum solemne jejunium.

QUÉ. (de quien pregunta) Quid.

Qué hay? Quid rei? quid negotii?

Qué es eso? Quid istuc est? Quid hoc est?

Qué me quieres? Quid me vis? Quid tibi mecum est rei?

Qué haces por acá? Quid tu huc? Cic.

Qué quieres tú saberlo? Quid id quæris?

Qué pretende este? Quid sibi vult iste?

Qué te metes en eso? Quid hoc ad te?

Qué nos va en eso? Quid istud ad nos?

Á que vuelves acá? Quid tibi húc reditio est? *Qué te falta?* Quid tibi abest?

Qué hay de nuevo por allá? Quid inde novi fertur? *Qué me dices?* Quid ego ex te audio?

Qué has? qué tienes? qué te ha dado? Quid tibi est? Quid tibi accidit?

Qué tiene que ver esto con aquello? Quid hoc ad illud?

Qué he de hacer? irme, ó quedarme? Quid faciam? abeam, an maneam?

Qué me aconsejas? Quid mihi auctor es?

Qué quieres que te diga? Quid quæris? quid plura?

QUÉ hago, que no? Quid cesso? Quin?

Qué hago, que no voy á embarcarme? Quid cesso abire ad navem? *Qué haces, que no vienes acá volando?* Quin tu huc advolas? *Qué haces, que no logras esta ocasion?* Quin tu urges occasionem istam?

QUÉ. (de quien se admira) Ut, Quàm.

Qué de veces faltamos á los buenos propositos! Ut à proposita virtutis via aberramus sæpè! *Qué cerca estuve de perderme!* Quàm pænè perii? *Qué trabajo tiene un enamorado!* Ut miser est, qui amat! *Qué de cosas, y en quán pocas palabras!* Quàm multa, quàm paucis! §. *Á veces es* Qui, quæ, quod. *Qué alegrias hubo, qué vitores!* Quæ gaudia! quæ vociferationes fuerunt! *Qué hombre fueras, y de quánto valor!* Qui vir, & quantus esses! Cic.

QUÉ. (de quien se indigna) Ergo, ergone, Itanè verò? *Qué no me haya dexado la fortuna ni lugar para huir?* Ergo nec fugam mihi fata reliquerint? *Qué quieras tú escusarte con culpas agenas!* Itanè verò tua pericula aliorum periculo defendas! §. *Á veces por infinito con* Ne. *Qué diese yo la vida á los que me la habian de quitar?* Me ne servasse, ut essent qui me perderent? *Qué desista de mi intencion, y me dé por vencida?* Me ne incepto desistere victam? Virg.

QUÉ. (despues de tiempo) Cum. *Ocho años ha, que anda en esto.* Anni sunt octo, cum in ista meditatione versatur. *Plegue á Dios que llegue el dia en que te dé las gracias.* Utinam illuscescat ille dies, cum tibi gratias agam. Cic.

QUÉ. Quotus, a, um. *Quando Que se refiere á cosas que se cuentan por orden,* Primera, segunda, &c. *entonces se usa de* Quotus, a, um. *Que parte te toca de la herencia?* Quota portio hæreditata-

tatis ad te pertinet? *Qué lugar tiene en las Doctorales?* Quotus sedet inter Doctorales? *En qué parte de Santo Thomás se trata esta qüestion?* Quota parte Divi Thomæ continetur hæc quæstio?

QUÉ, ó de lo que, despues de lo mismo, diferente, al revès, al contrario, *es* Ac, atque, v. gr. *Lo mismo es rendirse, que darse por vencido.* Idem est dare manus, atque herbam porrigere. Nihil interest des manus, an herbam porrigas. *Lo mismo es disculparse, que dar su descargo.* Idem est causam dicere, ac diluere crimen. Nihil interest utrum causam dicas, an crimen diluas. *Al rebés sucedió de lo que todos pensaban.* Contra accidit, atque erat omnium opinio, vel quam omnes opinabantur. *Diferentemente llevas los trabajos de lo que aconsejas á otros.* Aliter casus tuos fers, atque aliis auctor fuisti.

QUE no. Quin. *Nota, que en precediendo,* No, ninguno, Quien, *ó otro termino negativo, ó interrogativo, el* Que no *de la oracion siguiente, es* Quien *en lugar de* qui non, quæ non, quod non. *Ninguno hay que no guste, que le alaben de cuerdo, y entendido.* Nemo, est quin prudentiæ, & ingenii nomine commendari velit. *Quién hay que no lo vea?* Quis est quin cernat? *Apenas hay dia, que no venga este satiro á mi casa.* Dies fere nullus est, quin hic satyrus domum meam ventitet. *Id est,* quo non. *Digo que no hubo piedra preciosa que no la buscase, y llevase.* Nego ullam gemmam, aut margaritam fuisse, quin quæsierit, inspexerit, abstulerit. Cic. *Id est,* quam non.

QUÉ es del libro? Ubi est liber?

Que es de la pluma? Ubi est calamus?

Qué sé yo? Quid ego sciam?

Que venga, que no, poco importa. Nihil interest veniat, necne veniat.

QUE yo sepa, ó haya visto. Quod sciam, quod viderim. *No ha entrado persona, que yo sepa.* Nullus, quod sciam, ingressus est. *No ha llevado libro que yo haya visto.* Nullum, quod viderim, librum tulit.

Quebraisme á voces la cabeza. Caput mihi vocibus obtunditis. *Quebradero de cabeza.* Importunitas, importuna contentio.

Quebrantar. Effringo, elido, is. Affligo. Hostium audaciam frangere, debilitare. *Quebrantado.* Fractus, debilitatus.

Quebrantar la ley. Committere contra legem. Leges perfringere, evertere, labefactare, violare, contemnere, negligere. *El ayuno.* Jejunium frangere, violare.

Quebranto de corazon. Animi consternatio, perturbatio, cordis contritio, afflictio.

Quebrantador de cepos. Effractarius.

Quebradiza cosa. Fragilis, e.

Quebradas de los montes. Prærupta montium.

Quebradura. Fractura, æ. *De potroso.* Hernia, æ. *Es quebrado.* Herniosus est. Hernia laborat.

Quebrar algo. Aliquid frango. Infringo, confringo is. *Quebró el Mercader.* Fides ejus concidit. Conturbavit rationes. Creditoribus decoxit. Argentariam dissolvit. *La soga se quiebra por lo mas delgado.* Noli cum potentiore contendere. Cum sis nanus, cede.

Quiebros de la voz. Minuritio, nis. Vocis flexus. Moduli, quibus cantus conciditur.

Quedar. Resto, as. Supersum, es. *Esto queda por hacer.* Hoc agendum restat. *Dos partes de la oracion quedan por explicar.* Duæ orationis partes explicandæ supersunt. *Quede esto asentado.* Hoc maneat in causa. *Aun le queda lo mejor por hacer.* Superest, ut perficiat. *Por mi no ha de quedar.* Per me non stabit, quominus hoc fiat. Partes meæ non desiderabuntur. *No le quedó á deber nada.* Par pari retulit. Cumulatè satisfecit. *No ha quedado ni uno.* Ne unus quidem relictus est. *Quedaos con Dios.* Vale.

Quedarse en algun lugar. Maneo, remaneo, resideo, resisto, is.

Quedarse con el dinero, ó otra cosa. Pecuniam, aut rem aliam retinere, intervertere.

Quedóse en blanco. Præteritus est.

Quedarse en el sermon. Hærere inter dicendum, obmutescere. Memoria, & vox hominem defecit. *Quedó atonito, ó pasmado.* Obstupuit. *Quedó corrido.* Pudore suffusus est. *Quedóse elado.* Obriguit.

Quedó sin pulsos. Exanimatus est. Intermortuus concidit, jacuit.

Queda. Mansio, nis. *Tocar á queda.* Nocte concubia cymbalo receptui signum dare.

Quedo. Quietus, a, um. *Estate quedo.* Quiesce. Quietus esto. Noli me inquietare. Te ipsum contine. Ne obstrepas. *Quedito.* Pedetentim, paulatim, sine strepitu.

Quemar. Uro, is. Aduro, is. Cremo, as.

Quemarse. Ardeo, es. Conflagro, as. *Mas que se queme, qué se me da á mi?* Ardeat sane, quid ad me? *Mas quisiera verlo quemado, que en tu poder.* Ardere omnia malim, quám te in meis dominantem videre. *Lugar donde queman.* Ustrina, æ.

Quemadura, ó quemazon. Ustio, nis. *Dixele una, ó dos quemazones.* Uno, aut altero convicio hominem perstrinxi.

Qüenta, y Qüento. Vide *Cuenta.*

Querella. Criminatio, delatio, accusatio, nis. *Querella de alguno.* Nomen alicujus ad judicem deferre.

Querer. Volo, vis. *Qué me quieres?* Quid me vis? *Quiero que me digas, si Pedro es bueno para amigo.* Quæro ex te, an Petrum censeas amicitia dignum. *Si quieres que te diga la verdad, á ti no te conviene.* Hoc, si verum queris, è re tua non est. *Esto queria que tuvieseis entendido.* Hoc te monitum volueram. *Si sucediere, lo que Dios no quiera.* Si quid acciderit, quod absit, quod Deus avertat, quod Divi prohibeant. *Quien algo quiere, algo le ha de costar.* Necesse est facere sumptum, qui quærit lucrum. *No quise que por mi temeridad perdiese la republica.* Non placuit comittere, ut temeritas nostra reipublicæ noceret. *Tú te lo quisiste, tú te lo ten.* Tu tibi hoc intrivisti, tibi hoc excedendum est. *Que quieras, que no, has de salir.* Exeundum tibi est, velis, nolis.

Querer mas. Malo, mavis. *Qual quieres mas?* Utrum mavis? Quid eligis? *Mas quiero comprar, que rogàr á ruines.* Emere malo, quàm rogare.

Querer bien. Benè volo, benè cupio. Vide *Amar. Querer mal.* Malè volo, malè cupio. Vide *Aborrecer.*

Querida cosa. Charus, dilectus, a, um.

Quesadilla. Edulium caseo conditum.

Queso. Caseus, ei. *Fresco.* Recens. *Con ojos.* Oculatus, spongiosus, pumicosus, fisulosus. *Sin ojos.* Benè pressus. *Podrido.* Putris, putridus. *Con gusanos.* Vermiculosus.

Qüestero. Quæstor eleemosynarius.

Qüestion. Quæstio, nis. Controversia, æ.

Quexa. Expostulatio, quæstus, us. Quærimonia, querela, æ. *Quexa ante el Juez.* Vide *Querella. Dar quexas á uno por boca de otro.* Querelas ad aliquem per alium deferre.

Quexarse. Queror, conqueror, ereris. Lamentari. Questus edere, ciere. Querelas jacere, efundere. Querimonias jactare. *De vicio te quexas.* De nihilo questus cies. In pulicis morsu Deum invocas. *Quexarse de alguno.* De aliquo queri, cum illo de aliqua re expostulare. *De qué te quexas?* Quid est, quod quereris? *No tengo que quexarme de la vejez.* Non habeo quod accusem senectutem. *Á qué padre, ó madre os quexais?* Apud novercam quereris?

Quexido. Questus, us. Gemitus, us.

Quexoso. Querulus, queribundus. *De ti estoy quexoso.* De te queror.

Quexido, arbol. Ornus, i. Ilex, icis.

Quicio, ó quicial de la puerta. t. Cardo, inis. *Sacar las cosas de quicio.* Rerum ordinem invertere, consuetudinem invertere, naturæ vim afferre contra torrentem niti.

Quiebra. Fractura, æ. Imminutio. *Reparar, ó soldar las quiebras.* Rupta consolidare, damna dissolvere, detrimenta compensare, rependere. *Debes soldar las quiebras, que hubiere por tu culpa, y tu malicia.* Culpam, & dolum præstare debes.

Quien. Quis. *Quien quiera.* Quilibet. *Quien quiera que lo hiciera.* Quisquis faciet. Quicumque fecerit. *Sea quien fuera.* Quicumque ille sit.

Quiete. Quies, post prandium recreatio.

Quieto. Quietus, tranquillus, placidus.

Quietar. Placo, as. Sedo, as. Mitigo, as.

Quie-

Quietarse. Quiescere, placari, sedari.

Quietamente. Placidè, placatè.

Quietud. Quies, etis. Requies, ei. Otium, ii. Tranquilitas animi. Securitas.

Vivo con gran quietud. Vitam in summo otio dego. Ab omni cura vacuus ætatem ago. Tranquillè, placidèque vivo. Vitæ meæ ratio à negotiis, & molestiis vacat, ab omni sollicitudine longè absum. Fruor summa pace, & tranquilitate animi.

Quilates del oro. Auri qualitas, gradus, pretium. *Quilates de otra cosa.* Præstantia, excellentia, virtus. *Oro de veinte y cinco quilates.* Aurum obryzum, purum, excoctum, recoctum.

Quilla de la nave. Carina, æ.

Quilma. Mancica, æ. Vide *Talega.*

Quimera. Commentum, i. *Fuesele todo el tiempo en levantar quimeras.* Calumniis dicendi tempus exemit.

Quinto dar á alguno. In re litteraria, & ingenii laude de aliquo triumphare, victoriam decantare, celebrare.

Quince. Quindecim. *Quince mil.* Quindecim millia. *Quince veces.* Quindecies *Quince mil veces.* Quindecies millia. *Puedele dar quince, y falta.* Longè illi præstat. Vel vinctus illum vincet.

Quinientos. Quingenti, æ, a. *Quinientos mil soldados.* Quingenta millia millitum. *Quinientas veces.* Quingenties. *Quinientas mil veces.* Quingenties millies.

Quinta, ó granja. Villa, æ.

Quintero. Villicus, i. Colonus, i.

Quintal. Centum pondo.

Quinto. Quintus, a, um.

Quintar. Delectum militum habere. Quintum quemque capere.

Quitar. Adimo, detraho, aufero, eripio, tollo, demo, is. *Por fuerza.* Extorqueo, es. *Quitarle el cargo.* Potestatem alicui abrogare. Potestate aliquem privare, magistratu exuere.

Quitar á uno el habla. Congressu, & sermone suo aliquem prohibere, privare. *Quitate de eso.* Remove ista, quæso. Noli te tantopere jactare. *De la boca se le quita para darsele.* Cibum sibi deducit, quo illum alat.

Quitar las fuerzas. Vires enervare, debilitare, minuere, imminuere. *Quitarle el escrupulo.* Solvere aliquem religione. *Quitateme de delante.* Abi è conspectu meo. *No me quites el Sol.* Ne mihi prospectum Solis adimas. Noli me Solis beneficio privare.

Quitar á uno el sombrero. Caput alicui aperire, honoris causa. *Quitarse el cabello, ó la barba.* Dare operam tonsori. *Ni quita, ni pone.* Vera prorsus dicit. Neque addit, neque minuit. Omnino ita est.

Quitar la mancha. Maculam eluere, deluere. *Quien quita que se haga?* Quis prohibet fieri, vel ne fiat? Quis vetat quin fiat? *Quien te quita que vengas?* Quis te tenet, aut obstat, quo minus venias? *Quitarse la capa, ó los zapatos.* Pallium deponere. Calceos sibi detrahere. Pallio se expedire. *Quitarse de ruidos.* Tricis, ac molestiis se expedire. *Quitate de ahi, que no lo entiendes.* Apage te, nihil sapis.

Quitapesares. Aberratio à molestiis. Solatium, ac deliciæ nostræ.

Quitasol. Umbella, æ.

Quixada. Mandibula, æ. *Maxilla,* æ.

Quixones, yerva. Pes gallinaceus.

Quixotes del arnés. Crurum, coxarumque tegmina. *Quixotada.* Consilium insanum inani specie honoris.

Quizá. Forsan, forsitan, fortassis, fortasse. Vide *Acaso.*

R ANTE A.

R*Ábacas, yerva.* Laver, eris.

Rabadán. Pastorum maximus.

Rabadilla de ave. Uropygium, ii.

Rábano. Rabanus, i. *Rabavillo de predicar.* Concionandi studium vehemens.

Rabél. Barbiton, i. *El arquillo con que le tocan.* Plectrum, i.

Rabia. Rabies, ei. Ira ferox.

Rabiar. Rabio, is. Rabie agitari, concitari, furere, incendi. *Rabia de corrido.* Fugit ex dedecore.

Rabioso. Rabidus, rabiosus, furens.

Rabiosamente. Rabidè, furiosè.

Racimo. Racimus, i. Uva, æ. Botrus, i.

Racimo de yedra. Corymbus, i. *Deda-*

datiles. Spadix, icis Spathalium, ii. *Arracimados.* Densati, racemati.

Racion. Portio, nis. *De criados.* Diarium, ii. Canon, onis.

Racionero. Porcionarius, ii.

Raer. Rado, abrado, erado, is.

Raida cosa. Rasilis, abrasus, a, um.

Raido, desvergonzado. Impudens, perfricta fronte. *Vestido raido.* Detrita vestis.

Raeduras. Ramenta, orum.

Raiz. Radix, icis. *Barbillas de la raiz.* Fibræ, arum. *Raiz de cebolla, ó lirio.* Bulbus, i. *Bienes raices.* Prædia fundi. *Echar raices.* Radices agere. *Sacar, ó arrancar de raiz.* Extirpo, as. Stirpitùs extrahere, radicitùs evellere, funditùs eruere. *Cortar á raiz.* Á stirpe aliquid recidere, ab imo succidere, resecare. *Traer cilicio á raiz de la carne.* Cilicio corpus castigare, macerare.

Raja de ladrillo. Lateritia commissura intra parietem terreum.

Raja, paño. Pannus sublustris.

Rajar. Scindere, findere ligna.

Rajas. Scissa ligna. Assulæ, arum. *Hacerse rajas por dar gusto.* Manibus, ac pedibus obire, quod sibi injungitur. Magna cum voluptate, summo studio, ac diligentia aliquid exequi, peragere.

Rala cosa. Rarus, a, um.

Raléa. Genus, eris. *De baxa raléa.* Infimi generis, aut ordinis. *Los hombres de esta raléa.* Hujusmodi homines.

Rallo. Radula, æ. Tirocnestis, is.

Rallar. Radula detero, abradò, is.

Ralladura. Ramentum, i.

Ramal. Funiculus, i.

Ramas. Rami, orum. Ramalia, ium. *Eso es andar por las ramas.* Remotus iste locus est, unde argumentum petis. Quid levia, & inania persequeris.

Ramera. Publica meretrix, prostituta. Vulgare scortum. *Casas donde estas viven.* Prostibulum, lupanar, aris. Execrandæ nequitiæ ganea.

Muchas rameras han dexado su mala vida. Multæ meretrices à turpi quæstu abductæ sunt, ab impura, meretritiaque vita recesserunt, à Veneris voluptaria militia ad pudicitiæ castra defecerunt, à libidinis diversorio se ad meliorem frugem receperunt.

Ramillete. Florum fasciculus. Sertum, i. Serta, æ. Reticulum plenum rosa.

Ramo. Ramus, i. *Para plantar.* Talea, æ.

Ramo con fruta. Termes, tis.

Ramo seco, ó inutil. Ramale, is.

Ramón. Ramalia, ium.

Rampojos de la vid. Rupi, orum.

Rana. Rana, æ. *La de los zarzales.* Rubeta, æ. *Quando la rana criáre pelo.* Ad calendas Græcas. Cum mula pepererit.

Renaquaja. Ranunculus, i.

Rancherias. Barbarorum tuguria.

Rancho. Contuberium militum.

Rancia cosa. Rancidus, a, um. *El rancio de una cosa.* Rancor, oris.

Rancór. Inveterata invidia, odium.

Randa. Reticulum, ex filis subtilissimis à puellis elaboratum.

Rapagon. Imberbis adolescens.

Rapar el pélo. Rado, abrado, is.

Rapar, ó arrebatar. Rapio, is.

Rapon. Harpax. Rapo, onis.

Rapaz. Puer inquies, levis, turbulentus.

Rapazada. Puerilis audacia, nequitia.

Rapacería. Puerilitas, atis.

Rapacejos. Perisoelidum fimbriæ.

Rapido. Rapidus, a, um. *Corre el rio rapido.* Rapidè flumen fertur.

Rapiña. Rapina, æ.

Raposa. Vulpes, is. Vulpecula, æ.

Raposera. Vulpium fovea, latibulum.

Raposería. Astus, us. Vide *Astucia.*

Rapto de doncella. Raptus puellæ.

Raqueta. Reticulum, quo pila excipitur, & redditur.

Raro. Rarùs, eximius, singularis. Non vulgaris, præstantissimus. *Rara cosa.* Rara avis in terra, alboque simillima corvo.

Rara vez. Rarò, rarenter, rarissimè.

Raras veces. Minimè sæpè.

Raro es el que se conoce à si mismo. Quotus quisque est, qui se ipse noverit.

Rascar. Scalpo, is. Scabo, is. *Llevar que rascar.* Plagam, aut ictum accipere. *Gana de rascarse.* Prurigo, pruritus, us.

Rascadura. Unguis perstrictio.

Rasero. Hostorium, ii. *Raer, ó rasar con él.* Hostio, is. *Ras con ras está.* Vas, aut mensura plena est. Nec deficit, nec superfluit. *Llevarlos á todos por un rasero.* Eodem jure omnes censere, uno pede metiri. Infima summis paria facere.

Rasgar. Scindo, is. Discindo, is.

Rasgón. Scissio, nis. Scissura, æ.

Rasgo de la pluma. Ductus calami.

Rasgados ojos. Prægrandes oculi.

Rasguñar. Unguibus perstringere.

Rasguño. Unguis perstrictio.

Raso, seda. Rasum sericum. *Cielo raso.* Cœlum sudum, serenum. *Campo raso.* Campus æquor, planities, ei.

Raspa de espiga. Arista, æ. *Raspa, ó raspera.* Rasura, æ. Scobs, bis.

Raspa con que raspar. Radula, æ.

Raspantillo. Grata vini austeritas.

Raspar. Rado, is. Radula deterere.

Rastrillo de la puerta del Castillo. Cataracta, æ. *Levantarle, ó dexarle caer.* Attollere, aut dimittere.

Rastillo, ó rastrillo de lino. Lini pecten, ferreis aculeis inhorrens.

Rastillar, ó rastrillar. Linum pectere.

Rastra, carreta sin ruedas. Traha, æ.

Rastro, instrumento rustico. Rastrum, i. Rastri, vel rastra, orum.

Rastro, donde venden carne. Macellum, i.

Rastro, ó huella. Vestigium, ii. *Sacóle por el rastro.* Illius vestigia persecutus est. Vestigiis illum persecutus est. Illum diligentissimè pervestigavit. Vestigiis in illum incidit. *No hay en ti rastro de crianza.* Ne vestigium quidem honestæ educationis, aut urbanitatis in te appareat.

Rastrear algo. Investigare, indagare.

Rastrear el perro la caza. Odoror, aris.

Rastrojo. Ager demessus, restibilis.

Rasura de la barba. Rasura, æ.

Rata almizclera. Mus odoratus. *Color de piel de rata.* Murinus color.

Rata en el repartir. Rata portio. *Rata por cantidad.* Pro rata parte, pro tota portione.

Ratera cosa. Humilis, contemnendus, vilis, vulgaris. *Gusto ratero.* Studium, & proclivitas ad sordia, & humilia. *Ladron ratero.* Furunculus, i.

Rateria. Vide *Lucrum.* Biltea res.

Ratificar. Ratum facere, habere. *Ratificarse en lo dicho los testigos.* Testimonia confirmare, rata facere.

Rato. Breve temporis spatium, ut horæ dimidium, aut non multo secus. *Rato ha que vino.* Dudum venit. *Ya ha gran rato.* Jam dudum. *Los ratos que puedo los empleo en estudiar.* Vacua tempora studiis impendo. *Á ratos oro, y á ratos estudio.* Interdum orationi, interdum litteris vaco. Nunc precibus, nunc litteris do operam.

Ratico de tiempo. Exiguum tempus. *Á ratos perdidos compongo versos.* Operis subsesivis, vel horis subcisibus carmina compono.

Raton. Mus, uris. *Ratoncillo.* Musculus, i. *Ratonazo.* Sorex, icis.

Ratonera. Muscipula, æ.

Ravano. Vide *Rabano.*

Raudo. Rapidus, a, um.

Raudal del agua. Torrens, tis. *De eloqüencia.* Rapida, & profluens oratio.

Raya. Linea, æ. *Donde paran.* Meta, æ.

Raya, ó termino de lugar. Limes, tis. *Tenerse á la raya.* Se intra metam, aut limitem continere. *Tener á raya.* Vide *Refrenar. Pasar de raya.* Excedere finibus. Transire limites. Extra cancellos egredi. Extra metam excurrere. Produci ultra quàm satis est. *No pase de raya el castigo.* Ne supplicii severitas in sævitiam abeat.

Raya de la oja del arbol. Fibra, æ.

Raya, pescado. Raia, æ.

Rayar. Delineo, as. Lineas ducere.

Rayar el Sol. Irradio, as. *Raya el Sol las cumbres.* Sole illustrantur culmina.

Raydo. Vide *Raer.*

Raygon de muela. Molaris dentis radix.

Rayo del Sol, ó rueda. Radius, ii.

Rayo del Cielo. Fulmen, inis. *Arrojar rayos.* Fulmina mittere, jacere, jaculari. *Herido de rayo.* De cœlo tactus.

Ful-

fulmine ictus, percussus. Fulminatus, fulguritus. *El rayo resulta del encuentro de las nubes.* Ex conflictu nubium fulmen erumpit. *Allá darás rayo.* Hostibus eveniat.

Raza en el linage. Generis macula, ignominia. *En los caballos.* Genus semen nobile, aut ignobile. *Raza en el paño.* Filum, aut filamen crassum nobiliori panno intextum.

Razon. Ratio, nis. *Con razon.* Jure, merito. Non injuria, non immeritò. *Con quán poca razon está introducido, que den, y regalen los pobres á los ricos!* Quam iniquè comparatum est, ut hi, qui minus habent, semper aliquid addant divitioribus! *Con mucha razon.* Jure optimo. *Por muchas, y muy justas razones.* Plurimis, justissimisque de causis. *Digame la razon.* Rationem requiro.

Dar la razon. Rationem reddere, afferre, subjicere. *Ya te he dicho la razon porque lo hago.* Habes rationem mei consilii.

Ponerse á razones con otro. Verbis cum alio contendere. Agere cum aliquo, disserere, disputare. *No hay ponerle en razon.* Frustra cum illo agas, qui neque jus, neque bonum, neque æquum scit. *Yo soy hombre llegado á la razon.* Ego jus, & æquum scio, & colo, æquitatem amo, cum ratione facio quidquid facio. *Cuenta, y razon conserva amistad.* Ratione, & æquitate amicitia stabilitur.

Razon, que convence. Argumentum certissimum. *Razones de mucha fuerza, y peso.* Rationes magni ponderis, & momenti Argumenta gravissima, firmissima. *Traer muchas razones.* Argumenta congerere. Docere multis argumentis. Vide *Probar.*

Razon tiene de quejarse. Est quod expostulet, & succenseat. Non temerè conqueritur. Non ille de nihilo questus ciet. *Con razon, ó sin ella quiere salir con la suya.* Vincere amat jure, vel injuria. *Contra toda razon.* Per summum nefas, per summam injuriam.

Razon de estado. Cautio politica. Politica calliditas. *Por razon de estado le mandaron prender.* Per speciem ne quid respublica detrimenti caperet, custodiri jussus est. Reipublicæ obtentu in custodiam traditus est. Reipublicæ nomine ac specie in carcerem conjectus est. *Hacer la razon.* Propinanti morem gerere, in ejus gratiam, & obsequium bibere. *Esto está puesto en razon.* Suadet hoc ratio. Hoc est rationi consentaneum, cum ratione conjunctum.

Razonable. Mediocris, tolerabilis, non contemnendus. *Razonablemente.* Mediocriter. Non malè.

Razonar. Sermones habere, conferre cum aliquo. Colloqui, sermocinari.

Razonamiento. Oratio, sermo, concio. *Largo.* Prolixa oratio, longus sermo. *Hecho de repente.* Extemporalis oratio. *Hacer un razonamiento.* Orationem habere. Vide *Platica.*

R ANTE E.

Real cosa. Regius, a, um. Regalis, e.

Real Casa, ó Palacio. Regia, æ. Aula Regia. *Grandeza Real.* Regia magnificentia. Regale fastigium.

Realengo. Quod ad Regem pertinet.

Real, moneda. Drachma, æ. *De á dos.* Didrachmum, i. *De á quatro.* Stater, eris. Siclus argenteus. *De á ocho.* Uncialis argenteus.

Reales de guerra. Castra, orum. *Asentarlos.* Castra metari, facere, ponere, locare. *Levantarlos.* Castra movere. *Reales, los que son de parte del Rey.* Regii, orum.

Realidad. Rei veritas. *En realidad de verdad.* Re ipsa, re vera.

Realmente. Re vera, reapse.

Realzar una cosa. Rem augere, exornare, expolire, amplificare.

Realce. Expolitio, exornatio, nis.

Reata. Multa prævia jugalibus.

Rebalsar. Stagno, as. *Agua rebalsada.* Aqua stagnans, reses.

Rebaño. Grex gis. *Arrebañarlo todo.* Corradere omnia. Vide *Arrebañar.*

Rebatiña. Rapina, æ. *Echar á la rebatiña.* Nummos, aut res alias raptim capiendas spargere, projicere. *Andar á la rebatiña.* Raptim captare.

Rebatir. Hostem repellere, propellere, propulsare, ejus impetum frangere, reprimere, retardare. *Rebatimiento.* Repulsus, us. Propulsatio.

Rebato de enemigos. Repentinus hostium incursus, impetus, irruptio. *Coger á uno de rebato.* Incautum excipere. Imparatum occupare, repentè intercipere. *Entrar de rebato.* Subitò irrumpere. *Tocar á rebato.* Canere classicum. *Juntar gente de rebato.* Raptim milites cogere.

Rebelarse. Rebello, as. A rege, vel à Duce deficere, desciscere.

Rebelde, ó rebelado. Rebellis, perduellis. *Que no obedece.* Contumax, cis.

Rebelion. Defectio, rebellio, nis.

Rebeldia. Contumacia, æ. *Acusar la rebeldia.* Contumaciæ, & vadimonii deserti aliquem incusare.

Rebellin. Portæ propugnaculum. Moles portæ perstructa.

Rebenque. Scutica remigum. *Rebencazo.* Scuticæ ictus.

Rebentar. Rumpi, dirumpi. *Rebentó la postema.* Vomica dirupta est. Vomicæ sanies erupit. *Rebentar de risa.* Effusè cachinnari, risu corruere. *Rebienta de envidia.* Rumpitur invidia.

Rebenton de cuesta. Clivus arduus. *Hemos de pasar este rebenton.* Ad hæc ardua contendendum nobis est.

Rebezo, animal. Orix, vel oryx, gis.

Rebidar. Ad sponsionem augendam iterum in ludo provocare. *Rebite.* Secunda in ludo sponsio, provocatio.

Rebien. Optimè.

Rebociña. Muliebre amiculum.

Rebolcarse. Volutor, aris. *Rebolcadura, ó rebuelco.* Volutatio, nis.

Rebolcadero. Vide *Cenagal.*

Rebosar. Superfluo, is. Redundo, as.

Rebosar, hirviendo. Exæstuo, as.

Rebotarse el vino. Vinum languescere, marcescere. *Vino rebotado.* Vappa, æ.

Rebote. Reciproca pilæ repercussio.

Rebozo. Capitis involucrum. *Entrar de rebozo.* Alieno cultu indutum dissimulanter ingredi. *Arrebozarse.* Caput obvolvere.

Rebozado. Capite obvoluto.

Rebueno. Optimus, valde bonus.

Rebuxo. Involucrum, integumentum, i.

Rebullir. Paululum se movere. *No rebulle.* Ne tantillum quidem se movet. *Algo se rebulle.* Aliquantulum ebullit.

Rebuscar. Vindemiolam repetere. Vindemiæ reliquias legere.

Rebusca. Recematio, nis.

Rebuznar. Rudo is.

Rebuzno. Ruditus, us. Asini vox.

Recabar algo. Aliquid ab aliquo impetrare, exorare.

Recado. Mandatum, i. *Dar recado á uno para otro.* Dare mandata alicui ad aliquem. *Encargarse de ellos.* Mandata accipere, recipere. *Llevarlos.* Mandata ferre, perferre. *No debió de dar el recado.* Fortasse mandata non exposuit. *Vino con un recado de parte del Corregidor.* Cum mandatis à Prætore venit. *Dar mal el recado.* Malè referre mandata.

Recado para escribir. Res, & instrumenta ad scribendum necessaria. *Poner algo á recado.* Rem in tuto collocare.

Recaer. Recido, is. Relabor, eris. *En la enfermedad.* Superiore morbo repentè corripi, retentari.

Recaida. Morbi repetitio. *Peor es la recaida.* Periculosior est morbi repetitio, recidivaque febris.

Recalcar. Infarcio, is. Inculco, as.

Recamar. Vide *Bordar.*

Recamara. Conclave, is. *De vestidos, y alhajas curiosas.* Synthesis, armarium, ii.

Recambio. Anatocismus, i.

Recapacitar. Recolo, is. Desueta in memoriam revocare.

Recapitulacion. Anacephalæosis, epilogus, i. Peroratio, nis.

Recatarse. Caveo, es, Circumspicio. *Andar con recato.* Cautè agere. *Que lo fingido, por mas que se recate, se traslace.* Prodit enim se, quamlibet custodiatur, simulatio. Cic.

Recatado. Cautus, circunspectus.

Recato. Cautio, circusnpectio. *Proceder con recato.* Cautè se gerere. Cautionem adhibere. *Recatadamente.* Cautè.

Recatear. Vide *Regatear.*

Recaton. Propola, æ. Vide *Regaton.*

Recaton de la lanza. Contus, i.

Recaudo. Mandatum, i. *Á buen recaudo le tengo, no se me irá.* Firmissimis vinculis constrinctum illum teneo, non effugiet quidem certè. Vide *Recado.*

Recebir. Vide *Recibir.*

Recejar. Retrocedere, retroire.

Receja. Recessus aquæ exundantis.

Recelarse. Vereor, suspicor, subvereor.

Recelo. Formido, inis. Suspicio, nis.

Receloso. Suspiciosus, suspicax, cis. Timidus, ac diffidens.

Recental. Hædus, vel agnus bimestris.

Recetar el Medico. Medicamenta præscribere. *Receta.* Præscriptio medicamenti.

Recetor. Recuperator, oris. Judex delegatus.

Rechazar. Repello, is. Rejicio, is.

Rechinar. Strideo, vel strido, is. *Rechinador, rechinadora.* Stridus, a, um. *Rechinamiento.* Stridor, oris.

Rechinado. Querulus, impatiens.

Recibir. Accipio, is. *Recibir huespedes.* Hospites excipere, recipere.

Recibióle con gusto. Perhumaniter, porrecta fronte, hilari vultu, comiter illum excepit, obviis ulnis accepit, complexus est.

Salióle á recibir toda la Ciudad. Tota se civitas in occursum ejus effudit. Magnus civium concursus factus est ad illum excipiendum. Celebritate magna, populique frequentia exceptus fuit.

Recibirle en la Religion, ó Colegio. In Religionem, vel Collegium, aliquem admittere, cooptare, asciscere, adscribere, recipere. *Muy recibido está esto.* Invaluit hæc consuetudo. Celebre hoc est, & frequens apud omnes, usu, & consuetudine receptum.

Bien recibido está el Corregidor en la Ciudad. Acceptus est, & gratus Prætor populo, vulgo, favorabilis, & charus, omnibus probatur.

Recibimiento en el Colegio. Cooptatio, electio, nis. *De Principe, que viene.* Concursus, & occursus ad Principem excipiendum.

Recibo en cuentas. Acceptum, i.

Recien parida. Nuper enixa.

Recien nacido. Recens natus, aut ortus. A partu recens. *Recien venido del campo.* Qui recens ab agro venit.

Reciente. Recens, tis. *Siendo aun reciente el caso.* Calente adhuc re.

Recio, ó fuerte. Validus, firmus. *Recio de condicion.* Natura acer, & vehemens. *Recio caso es, que me obliguen á esto.* Durum est, & non ferendum, me ad hæc adigi, cogi, compelli. *Dale mas recio.* Vehementiùs illum percute, acriùs cæde. *Hablar recio.* Contenta voce dicere.

Reciproco amor. Amor mutuus.

Reciprocamente. Mutuò, invicem.

Recitar la oracion. Orationem recitare, dicere, habere. *Recitar en comédia.* Personam agere, in scena aliquid referre.

Reclamar. Reclamo, as.

Reclamo. Illex aucupis. Illicium, ii. *Venir al reclamo las aves.* Vocis illecebra aviculas ad viscum, aut casses perduci.

Reclinar. Reclino, as. Reflecto, is.

Reclinarse. Recubo, as. *Reclinatorio.* Anacliterium, ii. Torus, i.

Recluir. Vide *Encarcelar. Recluso.* In carcere inclusus. *Reclusion.* Carcer, eris.

Reclutar los tercios. Legiones supplere.

Recluta. Legionis supplementum.

Recobrar. Recupero, as. Recipio, is.

Recobrarse. Animum recipere. *Luego que me recobré.* Ubi animum collegi.

Recocer. Recoquo, is.

Recoger. Dispersa colligere. *Recogerse.* Aliquò recipere.

Recoger algo. Aliquid percensere, percurrere. *De memoria.* Memoria aliquid repetere, in memoriam revocare.

Recoger el ganado. Pecus, aut oves cogere, congregare, in caulas compellere.

Recogerse á bien vivir. Ad frugem bonam se recipere. Vide *Convertirse. Recoger el corazon.* Animum ad se ipsum vocare, à curis & sæculi voluptatibus, ac deliciis abducere, avocare. *Andar recogido.* Uni Deo, & sibi ipsi vacare.

Recogimiento. Recessus, us. *Del alma.* Vacatio animi à curis sæcularibus, uni Deo vacantis.

Recoleto. Cultu, & victu asper religiosus. Solitudinis amicus, & silentii. Severioris disciplinæ tenax. Primævi instituti cætos, & cultor egregius.

Recomendacion. Commendationis. Eloquium, ii. *Carta de recomendacion.* Commendatitiæ litteræ. *De mucho sirvió vuestra recomendacion.* Accessit cumulus maximus commendatione tua. *Recomendar.* Commendo, as.

Recompensar. Compenso, as. Remunero, as. Rependo, retribuo. *Dios recompensa la tardanza en castigar con la gravedad del castigo.* Deus tarditatem supplicii gravitate compensat. *Recompensar con diligencia lo que perdimos por pereza.* Quod hactenus cessatum est, diligentia, & industria redimendum. Quod otio, ac desidia effluxit, cura, & diligentia compensemus.

Recompensa. Compensatio, remuneratio. *No pido recompensa de la buena obra.* Nullam à te exigo gratiam; neque enim beneficium fœneror.

Recompensacion oculta. Occulta compensatio, cum quis quid clam sibi sumit pro eo, quod sibi debetur, nec aliter recuperare potest.

Reconcentrarse el mal. Morbum ima petere, in visceribus penitùs hærere.

Reconcentrado. Homo tetricus, & tectus, abstrusus, recondita tristique natura. Taciturnus, sui obtegens. *Cosa reconcentrada.* Abditus, abstrusus, a, um.

Reconciliar. Reconcilio, as. Cæsarem cum Pompejo in gratiam reducere. *Reconciliarse con alguno.* Redire in gratiam cum aliquo. In gratiam illum recipere.

Reconciliarse para comulgar. Leviores noxas per confessionem expiare.

Reconciliacion. Reconciliatio, redintegratio gratiæ. *Para comulgar.* Levium culparum per confessionen expiatio.

Reconciliador. Gratiæ reconciliator.

Recondita cosa. Reconditus, abstrusus, interior. *Lo recondito, y exquisito de tu erudicion admira à los doctos.* Eruditio tua interior, & politior ab omnibus paulò doctioribus suspicitur.

Reconocer. Agnosco, recognosco, is.

Reconoció su firma, y su sello. Agnovit manum, signumque suum.

Reconocer su engaño. Errorem suum abjicere. *Reconoce lo que te debe.* Quid à te acceperit, meminit. *Reconoce que te debe la vida.* Vitam tibi acceptam refert. *Està muy reconocido à los favores que le hiciste.* Tua erga se merita ubique prædicat. Vide *Agradecer.*

Reconocido al favor. Beneficii memor.

Reconocimiento. Agnitio, recognitio.

Reconocimiento de la merced, y favor. Beneficii memoria.

Recontar. Numerum recensere.

Recuento. Recensio, recensus, us.

Reconvalecer. Iterum convalescere.

Reconvenirle con sus firmas. Agere cum aliquo ex syngrapha.

Recopilar. Quæ fusè, latèque scripta sunt, in compendium conferre.

Recopilacion. Breviarium, epitome, es.

Recopilador. Qui compendium facit.

Recordar. Vide *Despertar.* *Ahora recuerdas con eso?* Serò experrectus es?

Recuerdo. Vide *Aviso.* *Darle un recuerdo.* Aurem illi vellere. In memoriam aliquid alicui revocare.

Recoser. Resuo, is.

Recostarse. Recubo, as. Recumbo, is.

Recostado. Recubans, innixus, a, um.

Recrear. Oblecto, as. Recreo, as. Exhilaro, as. Delicias alicui facere, animum ejus á curis, & molestiis evocare.

Recrear la vista. Pascere oculos.

Recrearse. Distentum curis animum paullisper relaxare. À negotiis ad ludicra divertere, digredi, evagari. À molestiis aberrare, respirare, quiescere. Animi causa ludere, per amœna vagari, spatiari. Remissioribus sermonibus vacare.

Recreacion. Oblectatio, oblectamentum. Ludus, aberratio à molestiis. *Leo en algun Poeta por recreacion.* Poetis quandoque deliciarum causa utor. Poetarum inventis per otium delector. *Estos estudios se toman por recreacion.* Ex his studiis delectatio sola petitur. *Casa, ó lugar de recreacion.* Villa, æ. Prædium amœnum, domus suburbana.

Mucho nos recrea este lugar. Hujus loci amœnitas nos valdè delectat, oculos allicit, & jucundissimè pascit, pro deliciis nobis est.

Recreo. Oblectamentum, delicium, ii.

Recrearse. Accresco, accedo, is.

Re-

Recrecimiento. Accretio, accessio, nis.

Recto. Rectus, recti tenax. *Ir via recta.* Recta tendere. *Rectamente.* Recte.

Rectitud. Justitia, æquitas, tis.

Rector. Rector, moderator, is. *De la Universidad.* Gymnasiarchus, i, & Gymnasiarcha, æ.

Recua. Mandra, æ. Mulorum agmen.

Recudir. Recido, is. *Recudida.* Repercussio, reciprocatio, nis.

Recuerdo. Vide *Recordar.*

Recuero. Vide *Arriero.*

Recuesto. Tumulus in clivo, grumus, i.

Recuperar. Vide *Recobrar.*

Recurrir. Recurro, is. Confugio, is.

Recurso. Recursus, us. Confugium, ii.

Recusar el Juez. Judicem rejicere, recusare, forum ejus ejurare.

Recusacion. Ejuratio fori.

Red. Rete, is. Cassis, is. *Para pescar.* Sagena, æ. *Para cazar fieras.* Plaga, æ. Casses, ium. *Para pajaros.* Tenticula, æ. Nebulosum rete. *Red barredera.* Everriculum. *Echar las redes.* Retia mittere, tendere.

Redada. Avium, vel piscium captus uno retis jactu.

Red donde venden. Forensis clathrus, vel reticulum æreum. *Red, ó grada de Monjas.* Præstega clathrata.

Redaño. Omentum, i.

Redarguir. Redarguo, revinco, is.

Rediles. Caula, æ. Ovium sepes.

Redimir. Redimo, is. *El censo.* Summam, vel caput census reddere, restituere.

Redimir su vexacion. Injuriam, seu molestiam pecunia redimere.

Redencion. Redemptio, nis.

Redentor. Redemptor, oris. Vindex, icis. Liberator, assertor, oris.

Reditos, censos. Annui censuum reditus. Annua pensio. *Reditos de reditos.* Anatocismus, i.

Redoblar. Replico, as. *En la musica.* Eandem chordam sæpius repetere, repercutere. *Redoblar el clavo.* Ferri, aut clavi extantis mucronem retundere.

Redoble en la musica. Repercussio.

Redoblado hombre. Homo quadrata statura, torosus, lacertosus.

Redoma. Ampulla vitrea. *Darle á uno con ella.* Ampullam ad ejus caput allidere, in ejus capite frangere.

Redomado. Vafer, versutus, subdolus.

Redondo. Rotundus, globosus.

Redondear. Rotundo, as. Rotundum facere, reddere. *Redondamente.* Rotundè.

Redondez. Orbis, circus, i. Circulus, i.

Redondillas. Carmen quatuor versibus dimetris constans consonantibus.

Redoxo de la vid. Botryon, onis. Botredus exiguus è vindemiæ reliquiis.

Redropelo, ó redopelo. Pilus adversus. *Traerle à Redopelo.* Capillis aliquem retrò trahere, vexare, exagitare.

Reducir. Converto, adduco, is. *Á los hereges.* Hæreticos refellere, confutare, refutare, ad veram fidem adducere, reducere, perducere, convertere.

Reducirse. Errorem suum abjicere.

Reduxole á su opinion. Illum in sententiam suam traxit, adduxit. *Sentia verme reducido á eso.* Dolebam me in eum locum adductum.

Reduxelos á que se hiciesen amigos. Illos in pristinam concordiam adduxi. *No hay reducirse que se confiese.* Nullis argumentis, nulla ratione efficias, ut commissa per confessionem expiet. *No puedo reducirme á eso.* Animum inducere non possum, ut id faciam.

Reduccion. Conversio, reductio, nis.

Reducto. Receptaculum castrense.

Redundar. Redundo, as. Emano, as. *Temia no redundase de aqui algun daño.* Verebar, ne quid inde detrimenti redundaret, existeret, emanaret. *De aqui redunda, que.* Hinc oritur, efficitur, fit, ut.

Redundancia. Redundatio, redundantia.

Redundante. Vide *Superfluo.*

Reedificar. Reedifico, instauro, as. Domum restituere collapsam.

Reengendrar. Regenero, as.

Refeccion. Jentaculum, prandiculum.

Referir. Refero, narro, recenseo. *Á lo dicho me refiero.* Quod nuper dixi confirmo, ratum habeo. Quod dixi maneat, non muto sententiam.

Refinar el oro. Aurum excoquere.

Re-

Refitorio. Triclinium regularium.

Refitolero. Architriclinus, i.

Reflexo. Malitia, versutia, e. *El que obra con reflexo.* Versutus malitiosus.

Reflorecer. Refloreo, refloresco, is.

Refluxo del mar. Maris refluxus.

Refocilar. Reficio, recreo, focillo, as, & focillor, aris.

Refocilarse. Refici, recreari.

Reforzar. Munire, communire, firmare.

Refuerzo. Munimentum, firmamentum. *En la guerra.* Subsidium, subsidiariæ copiæ.

Reformar. Corrigo, is. Emendo, as. *Las costumbres al uso antiguo.* Præsentia ad superiorum normam exigere. Collapsos mores in pristinum splendorem restituere, vindicare. Severis legibus solutos reipublicæ mores devinxit. Labentem alicubi disciplinam sustinuit, exolescentem renovavit, correxit.

Reformar los Cabos del Exercito. Duces, aut Centuriones in ordinem cogere, redigere. *Capitan reformado.* In ordinem redactus.

Reformar, ó reformacion. Severioris disciplinæ instauratio, restitutio.

Reformada cosa. Recognitus, recensus.

Reformador de las costumbres. Instaurator disciplinæ. Censor morum.

Refrán. Proverbium, adagium, ii. *Como dice el refrán.* Ut in proverbio est. Ut abiit in proverbium. Ut vulgari proverbio celebratur.

Refregar. Refrico, as. Attero, is.

Refregon. Attritus, us.

Refrenar. Fræno, as. Refræno, contineo, cohibeo, comprimo, compesco, is. Linguæ moderari. Cupiditatum habenas adducere.

Refrendar la escritura. Acta recognoscere, subscribere, cum protocollo conferre. *Refrendadas letras.* Litteræ à tabellione, aut Cancellario subscriptæ.

Refrescar, ó templar lo caluroso. Æstum, aut thermas refrigerare. *Refrescar el tiempo.* Æstus remittit. Algida tempestas ingruit.

Refrescar la memoria de algo. Vetera repetere, in memoriam revocare. *No refresqueis la memoria de los disgustos pasados.* Noli cicatricem jam obductam refricare. Ne committas, ut vulnera recrudescant, & , quæ penè consenuerant, odia reviviscant.

Refresco. Refectio, prandiculum, i. *Dar, ó tomar un refresco.* Prandiculum dare, aut sumere. *Venir, ó entrar de refresco en la pelea.* Integros fessis succedere, subsidio venire. *Enviar otros de refresco.* Recentes, & integros submittere. Pugnam recentibus copiis accendere.

Refriega. Rixa, turba, contentio.

Refrigerar. Vide *Refrescar.*

Refrigerativo. Refrigeratorius, a, um.

Refrigerio. Solatium, delinimentum, refrigeratio, fomentum doloris.

Refugio. Perfugium, assylum, præsidium, confugium, refugium.

Refundir. Refundo, is.

Refunfuñar. Obmurmuro, as. *Cómo refunfuña!* Ut secum remurmurat!

Refutar. Confuto, as. Refuto, redarguo. Argumenta diluere, *testimonia* refellere, elevare.

Regalar á uno. Lautè aliquem accipere, liberaliter habere, magnificè tractare, splendido convivio excipere. *El padre regala al hijo.* Pater filio indulget.

Regalarse. Genio, & naturæ indulgere. Molliter pelliculam curare. Luxuriosè vivere. Luxu, & otio diffluere. Voluptati, ac libidini nihil negare. *Regalarse la nieve.* Nivem sole, aut Zephyro solvi, liquefieri.

Regalado convite. Cœna recta. Regale convivium, lautissimum, opiparè apparatum. *Tierra regalada.* Terra delicatis cibis, & fructibus abundans.

Regalado, ó regalon. Delicatus, & mollis. Luxui, & deliciis deditus.

Regaladamente. Lautè, delicatè.

Regalo. Luxus, us. Deliciæ, arum. *Que se envia.* Ferculum, missus, us. *Regalos, manjares.* Cibi lauti, exquisiti, delicati. *De dulces,* Tragomata, um. *Criado con regalo.* Molliter educatus, à patre indulgenter habitus. *Tienen por gran regalo comer carne.* Carne vesci luxuriam putant.

Regalillo. Vide *Manguito.*

Re-

Regaliza. Glycyrrahiza, æ.
Regañar. Dentibus frendeo, infrendeo.
Regaño de perro. Canis minæ.
Regañón. Morosus, asper, difficilis.
Regar. Rigo, irrigo, as. Rivum, aut aquam fontis in hortas deducere. *Cosa de regadio*. Irriguus, a, um.
Regato. Rivus, aut aqua irrigua.
Reguera. Aquæ derivatæ fossa.
Regatear en el precio. Pretium parcè augere in rebus emendis, aut vendendis. *Regatear el hacer algo*. Gravatè aliquid facere. Tergiversor, aris. *Lo que regateó el darle*! Quám gravatè dedit! *Para qué andas regateando*? Quid tergiversaris?
Regaton, ó regatona. Propola, æ.
Regatoneria. Propolæ versutia.
Regazar. Vide *Arregazar*.
Regazo. Sinus, us. Gremium, ii.
Regeneracion. Regeneratio, nis.
Regente del Consejo. Regens tis. *De Catedra*. Professor, oris.
Regencia. Præfectura, æ. Regimen, inis. Professoris munus.
Region. Regio, nis. Plaga, æ.
Regir. Rego, is. Vide *Gobernar*.
Regidor. Decurio, nis. Senator.
Regimiento del pueblo. Concilium publicum. Senatus, us. Decurionum consessus. *Vender, ó comprar el Regimiento*. Decurionis munus nundinari. *Regimiento de Milicia*. Vide *Tercio*. *Buen regimiento en comer*. Diæta, æ, vel diætetice, es.
Registrar algo. Oculis lustrare aliquid. Scrutor, recenseo, inspicio, recognosco. *Registrar el pasagero las mercaderias*. Merces portitoribus æstimandas patefacere. *Registrarlas el portazguero*. Sarcinas evolvere, scrutari.
Registrar su hacienda para expadronarse. Bona sua profiteri, ut in publicas tabulas referantur. *Registrarla el Censor*. Bona alicujus censere.
Registro de escritura. Archetypus, i. Protocollum. *El traslado*. Exemplar, is. *Donde estan los registros*. Librarium, tabularium. *Asentar en el registro*. In tabulas publicas aliquid referre. *Registros en los libros*. Serici funiculi, fasciolæ, cunculæ signandi causa positæ. *En comedias*. Qui comœdiam agentibus suggerunt. *Registros, ó mirones*. Inspectores curiosi. *Echa de aqui primero este registro*. Hunc Argum priùs amanda. Ablega curiosum puerum, aut extrude.
Regla. Regula, norma, canon, is. *En la comida*. Diæta, frugalitas. *Reglado en comer*. Frugalis, parcus cibi, atque vini. *Reglas de Religiosos*. Constitutiones, regulæ, statuta religiosa.
Reglar el papel. Lineas fidiculis in charta ducere, ductus formare.
Regocijarse, ó regodearse. Lætitia gestire, gaudio exultare. *Regocijado*. Exultans, lætitia elatus.
Regocijo. Exultatio, gaudium, ii.
Regoldar. Ructo, as. Eructo, as.
Regüeldo. Ructus, us.
Reguilete. Ludibrium venti.
Regular los votos. Calculos discernere, suffragia dinumerare, conferre.
Regularmente. Ferè, plerumque.
Rehacer. Reficio, is. Reparo, as.
Rehacio. Pertinax, cis. Obstinatus.
Rehecho hombre. Torosus, lacertosus.
Rehenchir. Repleo, iterum implere.
Rehenes. Obses, idis. *Mandóles dar rehenes*. Obsides illis imperavit. *Dió á su hermano en rehenes*. Fratrem obsidem tradidit.
Rehundir la campana. Refundo, is.
Rehusar. Recuso, detrecto, abnuo, is. Tergiversor, aris. *Ningun trabajo rehusaré por la patria*. Nullum patriæ laborem denegabo. Nullum reipublicæ causa periculum deprecabor, fugiam, refugiam, reformidabo.
Rehuir. Refugio, is. Reformido, as.
Reincidencia. Repetitio febris. Reiteratio sceleris, vel flagitii.
Reir. Rideo, es. Risum edere. *Reirse de otro*. Irrideo, es. *Procurar hacer reir*. Risum captare. *Hacer reir á uno*. Risum alicui movere, commovere, excitare. Auditorum animos à severitate ad hilaritatem, risumque traducere, convertere. *Cosa que hace reir*. Ridiculus, a, um. *Despicarse de lo que se rien*. Ridiculum ridiculo eluere.
Reirse á carcajadas. Cachinnor, aris. Miros risus edere. Cachinnos tollere, in cachinnos solvi, effundi.
Rieronse de lo que dixo. Risu excepta est ejus oratio, risus illam maximus conse-

cutus est, in risum erupit universa concio. *Riese de quanto le achacan.* Calumniam risu excipit. Quæ in eum conferuntur contemnit, ridenda putat.

Reja de arado. Vomis, vel vomer, eris.

Reja de ventana. Transenna, æ. Clathri, vel clathra ferrea fenestræ.

Rejalgar. Aconitum, i. *Rejalgar se le vuelva.* Malè illi vertat.

Rejo para jugar. Discus ferreus.

Para ceñirse. Zona, quam fibula mordet.

Rejon. Hastile ferro præfixum.

Rejuela, ó brasérito. Foculus, i.

Relamerse una fiera. Oris fœdati cruorem regustare, ligurire. *Relamerse el tirano en la sangre de Christianos.* Sævitiam in Christianos avidum exercere. Crudelitatem tyranno pro deliciis esse. Christianorum tormentis oculos pascere.

Relamido. Mundulus, politulus.

Relamida. Splendida cute mulier.

Relampago. Fulgur, uris. Fulgetrum, i.

Relampaguea. Fulgurat, coruscat. Crebris micat ignibus æther.

Relapso herege. Qui ad hæresim revertitur, reversus est, remigravit. In hæresim relapsus, iterum devolutus.

Relatar. Refero, rs. Vide *Contar.*

Relatar ante el Juez. Acta recitare, tabulas, testimonia, litteras.

Relacion de quien cuenta. Enarratio, nis.

Relacion ante el Juez. Recitatio, nis.

Relacion á otra cosa. Relatio, nis.

No puedo dar relacion de lo que no vi. Quæ non vidi, quemadmodum gesta sint, narrare, exponere non audeo.

Relator del pleyto. Recitator, is.

Relaxar la observancia. Religiosam disciplinam solvere, laxare, relaxare. *Relaxarse el Religioso.* Solutiùs, & licentiùs agere, vivere. Severioris disciplinæ tædio laborare. Sæcularis vitæ licentiam æmulari.

Relaxar el juramento. Hominem sacramento solvere, gratiam illi facere jurisjurandi. Sacramenti vincula laxare.

Relaxarle al brazo seglar. Sæculari judici clericum, aut religiosum puniendum tradere.

Relaxacion. Laxatio, dissolutio, nis.

Relaxado. Licentioris vitæ, solutioris disciplinæ monachus. Qui solutiùs, & licentiùs in religione vivit, à severiore disciplina abhorrens.

Relevante cosa. Eximius, a, um. Præstans, excellens. *Que prenda tiene relevante?* Quid in illo eminet? Quo præstat, excellit?

Relicario. Sacrarium, reliquiarum sacrarum capsa, capsula, repositorium.

Relieves de la plata. Signa affabrè facta. *Obras de relieve.* Anaglypta, orum. Vasa signis aspera.

Religion. Religio, nis. *Catolica.* Orthodoxa, Catholica, Romana. *Religion falsa.* Superstitio, nis. Vana religio.

Religion, virtud. Religio, pietas, sanctitas. Sacrarum rerum cultus.

Religiones. Familiæ sacræ.

Entrar en Religion. Religiosæ militiæ nomen dare, in religionem ingredi. Religiosam vitam inire, amplecti, suscipere. Ad religionis portum confugere, se recipere. *Salir de la Religion.* A religione deficere. Vide *Apostatar.*

Religioso. Religiosus, religiosæ vitæ cultor. *Religiosa.* Religiosa mulier. *Religiosamente.* Religiosè, piè.

Relinchar el caballo. Hinnio, is.

Relincho. Hinnitus, us.

Reliquias, ó sobras. Reliquiæ, arum. *De Santos.* Sacræ reliquiæ, sacra ossa, Sanctorum reliquiæ.

Rellanarse. Subsidio, is. *Estar rellanado.* Divaricatis cruribus sedere.

Rellenar el ave. Ingluviem avis edulìis concisis refercire, replere.

Relleno de ave. Ingluvies referta. *De puerco.* Faliscus venter. *Puerco relleno.* Porcus trojanus. *Huevos rellenos.* Farta ova.

Relox. Horologium, ii. Horarium, ii. *De Sol.* Solarium. *De arena.* Arenarium. *De agua.* Clepsydra. *La mano del relox.* Index, icis. *El hierro del relox de Sol.* Gnomon, onis. Horarius stylus. *El circulo.* Umbilicus, i.

Dar el relox. Horas sonitu indicare. *Ir adelantado.* Solis cursum prevertere, præcedere, anteire. *Ir atrasado.* Solem tar-

tardiùs subsequi. Solis cursum non æquare. *Ir de espacio.* Lentè nimis progredi. *Ir aprieta.* Celeri motu ferri, volvi, rapi, circumagi.

Pararse el relox. Horologium hærere, consistere. *Andar errado.* Discrepare à Solis cursu, delirare. *Concertarle.* Ad Solis cursum horologium componere. *Levantar las pesas del relox.* Librantia horologii pondera elevare, in altum tollere.

Reloxero, que hace, ó vende reloxes. Automatarius faber. *El que gobierna el relox.* Horologii moderator.

Relumbrar, ó relucir. Reluceo, es. Reniteo, es. Resplendeo, es. *Relumbrante, ó reluciente.* Nitidus, splendidus, splendescens, refulgens.

Relumbron. Fulgetrum.

Remachar el clavo. Clavi mucronem extantem curvatum defigere. *Narices remachadas.* Nares simæ, resimæ.

Remanecer. Existo, appareo, exorior.

Remanente. Quod residuum, aut reliquum est, reliqua pars.

Remanso del agua. Stagnans aqua.

Remar. Remigo, as. Vide *Remo.*

Rematar. Vide *Acabar.* *Remata en punta.* Exit, vel desinit in acumen. *Rematar lo que se vende en el almoneda.* Rem postremò licitanti addicere, mancipare.

Remate. Extremum, i. Finis, exitus, us. Calx, cis. *Perdido de remate.* Perditissimus. Profligatissimus. *Queda perdido del remate.* Ad incitas redactus est.

Remate del yelmo. Conus galeæ.

Remedar. Mimum agere. Gestus alicujus, vocem, mores ridiculè effingere, exprimere, referre, imitari.

Remendador. Mimus, i. Gesticulator.

Remendadora. Mima. Gesticularia.

Remedo. Effictio, imitatio. *La virtud es un remedo de la bienaventuranza.* Virtus beatæ vitæ instar est.

Remediar algun mal. Malo, aut vitio alicui mederi, medicari, remedium adhibere, medicinam facere. *Remedialo Dios que puede.* Hoc malum, nisi divina ope sanari non potest. Huic nodo Deo vindice opus est. *Esto se ha de remediar.* Huic malo occurrendum est. Hoc malum levari, leniri oportet. Sedanda hæc tempestas. Providendum ne id fiat, ne jurgium in dissidium, aut bellum erumpat.

Remediarse. Procurare se. Sibi providere, consulere, prospicere.

Remedio. Remedium, ii. Salus, tis. *Qué remedio tiene esto?* Quam huic malo medicinam facias? *Un solo remedio hay contra el vicio, que es huir de la ocasion.* Una adversus vitium cautio est occasionis fuga. Uno tantùm modo lapsum vitabis, si à lubrico recesseris. *Aplicar, ó poner remedio.* Remedium adhibere. *Es dificultoso el remedio.* Non levi spongia hoc malum abstergitur. Perdifficilis est hujus mali curatio. Non levi dolore curatur. *En esto consiste tu remedio.* In hoc tua salus posita est.

No tengo ya remedio. Perii. Actum est de me. Desperata mea salus est. Nulla mihi relinquitur spes salutis, nullum meis malis remedium.

Remedios de medicina. Medicamentum, i. Medicamen, inis. Medela, æ.

Remedio eficaz. Præsentissima medicina. Remedium efficax, præsens, præsentaneum. *Para mal de ojo, ó hechizos.* Amuletum. *Para mal de orina.* Diureticum. *Para amortiguar el dolor.* Stupefaciens, soporiferum. *Para hacer materia.* Suppuratorium. *Para ablandar.* Malagma, tis. Cataplasma, tis. *Contra veneno.* Antidotum, vel Antidotus. *Para todo mal.* Panchrestum.

Remendar. Resarcio, is.

Remiendo. Sarcimen, inis. Commissura.

Remendon. Cerdo, nis. Rudis artifex.

Remero. Remex, igis.

Reminiscentia. Recordatio, nis.

Remirar algo. Relegere, recognoscere, recensere aliquid, limandi, aut reprehendendi causa.

Remirado. Circunspectus.

Remitir. Remitto, is. *La pena.* Noxam remittere, mulctam condonare. *Remitióme al pagador.* Ad tribunum ærarium me rejecit.

Remitióseme á otra sala. Prænuntiatum est. Non liquet. Ad alios judices rejec-

jecta causa est. *Á lo que tu juzgares me remito.* Te judicem appellabo.

Remitome á la experiencia. Ad experientiam provoco; ipsa de re, & controversia judicet.

Remision, ó perdon. Venia, remissio, condonatio. *Sin remission será castigado.* Præcisa omni spe veniæ, pœnas dabit.

Remision, ó tibieza. Remissio, languor, segnities, ei. *Con mucha remision se hubo en aquel negocio.* Segniùs rem procuravit, remissiùs egit.

Remiso. Languidus, remissus, segnis.

Remo. Remus, i. *La empuñadura.* Manubrium. *La pala.* Palmula, tonsa, æ.

Echarle el remo. Hominem ad remum dare, ad triremes damnare, relegare. *Huir á vela, y remo.* Ventis, remisque fugere.

Remar. Remigo, as. Remum impellere. Remis incumbere, insurgere. Remis navem impellere. *Dexar de remar.* Inhibere remos. *Remero.* Remex, igis.

Remojar, poner, ó echar en remojo. Aqua aliquid madefacere, macerare. *Remojarse, estar en remojo.* Aqua aliquid mollescere, lentescere, madefieri.

Remolcar. Remulcó navem trahere.

Remolino de agua. Vorago, inis. Vertex, icis. *De viento.* Turbo, inis. *De la cabeza.* Vertex, icis. *Remolinar con el caballo.* Equum circumducere, circumagere.

Remontarse. Aufugere, evolare, vel alta petere, in sublime ferri.

Remoquete. Dicterium, ii. *Dixeronse sus remoquetes.* Dicteriis se invicem perstrinxerunt.

Remora. Remora, æ. Echeneis, dis.

Remorder. Vide *Conciencia.*

Remordimiento. Conscientiæ stimulus, remorsus. Vide *Escrupulo.*

Remostar el vino. Cum vino vertere, mustum miscere, confundere.

Remover el deposito. Depositum amovere, adducere, repetere à custode. *Remover humores.* Commemoratione ofensæ inter mortuum odium, aut iram suscitare.

Remoto. Vide *Apartado.* *Estoy muy remoto en cosas de estudio.* Jam pridem litterarum studia omisi. Nihil à me longius abest litterarum studiis. Jam diu litteris vale dixi.

Remozarse. Repuerasco, is.

Rempujarse. Impello, is. Repello, is.

Rempujon. Impulsus, us. Impulsio.

Remudar vestidos. Mutare vestes.

Remunerar. Beneficia alicui remunerare, gratiam referre. Merita alicujus remunerari. Præmio aliquem remunerare, munere remunerari. Cic.

Renacer. Renascor, Repullulo, as.

Rencilla. Jurgium, rixa, contentio.

Rencillo. Contentiosus, a, um.

Renco. Vide *Derrengado.*

Rencor. Vide *Rancor.*

Rencuentro. Conflictus, us.

Rendija. Vide *Resquicio.*

Rendir. Vide *Sujetar.*

Rendir, ó rentar. Vide *Renta.*

Rendirse. Cedere alicui. Hostibus se dedere, subdere, submittere. Deditionem facere. Dare manus, herbam porrigere.

Rendimiento. Obsequium, deditio, nis.

Rendido en la guerra. Dedititius. *Á sus pasiones.* Vitiis, flagitiisque deditus, addictus, obnoxius.

Renegar de la fé de Christo. Ab orthodoxa religione deficere, desciscere. *Christi fidem objurare, ejurare.* *Reniego de semejantes hombres.* Hujusmodi homines abominor, detestor, execro.

Renegado. Qui fidem negavit, ejuravit. Christianæ fidei desertor.

Reniego. Impia negatio, ejuratio.

Renes. Vide *Riñon.*

Renglera. Ordo, inis. Linea, acies.

Renglon. Versiculus, i. Verborum linea. *Quedose entre renglones.* Præteritus est, prætermissus est.

Reñir. Cum aliquo de aliqua re rixari. Inter se jurgare, digladiari, jurgio contendere. *Reñir con espadas.* Gladiis depugnare. *No riñeron mas que de palabra.* Intra convicia rixa constitit.

Reñir á uno. Aliquem objurgare, increpare, cum illo de re aliqua vehementer agere.

Renombre. Cognomen, inis. Sapientis, aut Philosophi cognomen.

Renovar. Renovare, instaurare, redinte-

egrare bellum, vires, prælium, seditionem, societatem, memoriam, lætitiam. Sopitum dolorem excitare, luctum renovare. Vide *Refrescar*.

Renovar la costumbre. Vetus institutum renovare, morem referre, renovare.

Renovar, ó dar lustre á cosas viejas. Scruta polire, interpolare. Merces concinnare, reficere, mangonizare.

Renovacion. Renovatio, nis. Instauratio, redintegratio, nis.

Renovero. Propola, æ. Magno, nis.

Renuevo del arbol. Germen. Stolo, nis. *Echarlos*. Germina emittere. Germino, pullulo, as.

Renta. Annui reditus, proventus. Vectigal, alis. Pensio, nis. *Renta de tierras, y viñas arrendadas*. Reditus ex agris & vineis. *Caen las rentas para tal dia*. Nummi aut nummorum pensio cadit in eum diem. *No coge el labrador para pagar sus rentas*. Pensionem tantam orator fructu annuo consequi, & solvere non potest.

Tiene mil ducados de renta. Ex suis possessionibus annuos aureos mille capit. Mille aurei in annos singulos ex suis prædiis illi redeunt, redundant, proveniunt. Millenos aureos quotannis ex fundis percipit.

Rentero. Conductor, redemptor, oris.

Renunciar la herencia. Hæreditati renuntiare. *Los cargos de la Republica*. Renuntiare civilibus officiis. Magistratu se abdicare. *Renunciar el mundo*. Terrena abdicare. Terrenis rebus nuntium remittere, vale dicere. *Renunció su amistad*. Amicitiam illi renuntiavit.

Reo, acusado. Reus, qui accusatur.

Reo, pescado. Salar. Salmo exilis.

Repapilarse. Se cibis ingurgitare.

Repapilado. Cibo onustus, repletus, ingurgitatus. Distentus epulis.

Reparar las quiebras. Reficio, is. Reparo, instauro, reconcinno, as. Resarcio, is. *Reparador*. Instaurator, reparator. *Reparo de casa*. Sarta tecta domus, reparatio, fultura, æ.

Reparar los caminos. Munire vias, sternere. *Tales reparos*. Munitio, stratura viarum.

Reparar, ó echar de ver. Animadverto, is. Noto, as. Observo, as. *No reparas cómo callan estos?* Ecquid animadvertis horum silentium? *No repara en nada, como salga con la suya*. Nulla illi turpis est vincendi ratio. Nihil pensi habet, dum vincat.

Reparar en cosas muy menudas. Rem ad calculos exiliter vocare. In minimis offendere. Minima quæque observare, notare. Dedecoris umbra commoveri. *No repara en el gasto*. Non gravatur sumptum facere. Non sumptu deterretur. *No repararé en decirselo*. Non dicere gravarer, non dubitarem illum admonere.

No repara en lo que dice. Inconsultè loquitur. Temerè verba fundit. Effutit quidquid in mentem venit. *Sin reparar lo hice*. Imprudens feci, per imprudentiam. *No hay que reparar en eso*. Momenti nihil est in eo. Non est hoc magnopere requirendum. *Por qué no he de reparar en estas cosas?* Quidni his commovear? Quidni hæc requiram?

Reparo de quien nota. Animadversio. Nota, æ. Observatio, nis. *Reparo de casa*. Sarta tecta domus.

Repartir. Divido, distribuo, is. Partior, dispartior, iris. Dilargior, impertio.

Repartidor. Distributor, oris.

Repartimiento. Distributio, partitio. *De tributos*. Capitale vectigal.

Repasar la leccion. Lectionem recolere.

Repasar, ó reveer algo. Relegere scripta, recensere, recognoscere.

Repastar el ganado. Pascere oves.

Repecho. Vide *Recuesto*.

Repelar. Vellico, as. Carpo, is. Carptim vellere. *Repelo*. Pili evulsi. *Ni un repelo quedó*. Ne pilus quidem, aut vestigium relictum est.

Repelon. Capillorum vellicatus, vulsura. *Á repelones*. Carptu, aut vellicatu. *Mas viejo que el repelon*. Nestore, & Hesiodoro antiquior.

Repente. *De repente*. Repentè, subitò, extempore. *Echar de repente*. Extempore carmina fundere. Extemporali carmine turbam exhilarare. *Tiene buenos repentes*. Extempore facetè, & aptè dicit. *Mejor habla de repente, que de pensado*. Meliùs extempore, quàm meditatè lo-

loquitur. *Vino de repente.* Inexpectatus, insperatus venit. Ex insperato, præter opinionem adfuit.

Repentina cosa. Repentinus, insperatus, improvisus, subitus, subitaneus, repens, tis.

Repentinamente. Repentè, subitò.

Repetir. Repeto, is. Itero, as. Ingemino, as. Inculco, as. Retracto, as. *Repiteme la calentura.* Febris repetit, redit, recidit, recurrit, revertitur. *Repetis cien veces eso.* Cantilenam eandem centies canis. In eodem luto hæsitas, actum agis.

Repeticion. Repetitio, iteratio, geminatio, nis. *Repeticion de acto.* Præludium disputationis. Præfatio quæstionis. *Repeticion insulsa de lo mismo.* Tautologia, æ. Vitiosa ejusdem verbi repetitio.

Repetidor en el estudio. Præceptor, Pædagogus, Hypodidascalus, i.

Repicar las campanas. Festivo, crebroque sonitu cymbala pulsare, quatere, percutere. *Repique.* Crebra percussio.

Repleto. Epulis distentus. *Replecion.* Obstructio, nis.

Replicar. Repono, is. Objicio, is. *El que arguye.* Fortiùs insurgere, instare vehementiùs. *No hay que replicar.* Nihil est quod reclames.

Replicante. Superior disputator.

Replica. Objectio, nis *Responder à la réplica.* Objecta diluere, redarguere, repellere. *Hacer lo que os mando sin réplica.* Opprime os, & jussa perfice.

Réplica por escrito. Rescriptum, i.

Repollo. Brassica Apiana.

Repolludo. Torosus homo, rotundus.

Reponer en el juego. Repono, is. *En materia de derecho.* Vide *Revocar.*

Reportarse. Continere se. Temperare sibi, iram comprimere, se ex ira colligere. *Repórtate.* Te ipsum contine. Animo impera. *Hombre reportado.* Maturi animi vir.

Reportorio. Mathematicæ tabulæ. Epitome rerum à Chaldæis inventarum. *Reportorio del año.* Prædictio Chaldaica qua tempestates anni, & res memorandæ traduntur.

Reposar. Quiesco, requiesco, is. Quietem, aut somnum cápere. Vide *Dormir.*

Reposado. Quietus, tranquillus, placidus.

Reposo. Quies, tis. Requies, ei. Tranquillitas.

Repostero. Stragulum, i. Tapes, etis.

Repostero de la plata. Præfectus abaci, in quo argentea vasa collocantur.

Reprehender. Reprehendo, is. Objurgo, increpo, as. Verbis aliquem castigare. Accuso, carpo, vitupero. Malè rebis accipere. Vitio aliquid alicui vertere, dare.

• *Bravamente reprehendió à los jugadores el Predicador.* Concionator aleatores vehementiùs objurgavit, exagitavit, gravissima oratione in aleatores invectus est.

Reprehensor. Objurgator, reprehensor.

Reprehension. Reprehensio, accusatio, objurgatio, vituperatio, nis.

Represar el agua. Fluminis cursum coercere, retardare, remorari.

Represa, agua represada. Aqua reses, stagnans, compressa. *Muler de represa en los vicios.* Vitia diu compressa repentè profundere. Voluptati ac libidini diutius restrictæ habenas subitò laxare.

Representar la comedia. Comœdiam agere. *El hijo representa al padre.* Filius gerit vices, aut personam patris.

Representar, ó proponer algo al Superior. De re aliqua ad præpositum, aut judicem referre. *Representó las obligaciones que tiene á hacerlo.* Refert quibus de causis id agere debeat, quibus officiis præstare teneatur.

Representacion. Scena, æ. Actio. *Salir á representar.* In scenam prodire.

Representante. Comœdiarum actor. Comœdus, i. Drammatis persona.

Reprimir. Reprimo, cohibeo, contineo.

No hay quien reprima el atrevimiento de este. Nemo est, qui istius hominis audaciam frangat, coerceat, comprimat, ferocitatem contineat, animos infringat.

Reprochar. Vide *Zaherir.*

Reprobar. Reprobo, as. Improbo, damno, rejicio. *Ser reprobado.* Repulsam fer-

erre, accipere. Carbone, aut atro calculo scripta notari.

Reprobacion. Repulsa, æ. Rejectio, eprobatio. *Reprobo.* Præscitus, pravus, ut perversus, damnatus.

Republica. Respublica, reipublicæ. *Esto es en bien de la republica.* Hoc é espublica est, ad salutem omnium pertinet. *Hombre republico.* Reipublicæ studiosus, amicus. Vir politicus.

Repudio. Repudium, ii.

Repudiar. Repudio, as. Rejicere, respuere, aspernari. *Repudió la muger.* Conjugem repudiavit. Uxori nuntium remisit, repudium illi missit, remissit, suas sibi res habere jussit.

Repugnar. Repugno, as. Resisto, is. Reclamo, as. *Repugnan gracia, y pecado en un sugeto.* Gratia, & peccatum non cohærent, consistere non possunt, inter se repugnant, mutuò se expellunt, se excludunt. *Repugnar á lo que le mandar.* Contumaciùs parere. Mandata gravari, gravatè exequi.

Repugnancia. Repugnantia, æ. *Tengo repugnancia á escribir.* Non libenter scribo. Grave, & molestum mihi est litteras exarare. Piger nimis sum ad scribendum. *Con quanta repugnancia lo hizo!* Quàm gravatè & repugnanter fecit! *Sin repugnancia.* Non gravatè, patienter, non ægrè.

Repulgar. Replicare, complicare.

Repulgo. Plicatura, æ. *Asir del repulgo de la empanada.* Offendi in re levissima. Sandalium. Veneris culpare, cum ipsam non possis.

Repulsa. Repulsa, æ. Rejectio, nis.

Reputar. Æstimo, as. Vide *Estimar.*

Reputacion. Existimatio, onis. *Ganar reputacion.* Existimationem colligere, acquirere, comparare. *Algo habeis perdido de vuestra reputacion.* Aliquid de existimatione tua perdidisti. Nonnihil e laude tua tibi decessit. De existimatione tua nonnihil delibatum est. Opinio illa sapientiæ illustris, & præclara aliquatenus obscurata est.

Requa. Vide *Recua.*

Requebrar. Amatoriis verbis ludere. Verborum lenociniis allicere, captare, verborum blanditiis petere, amorem excitare, accendere.

Requiebros. Amatoria verba, lascivæ assentatiunculæ. Verborum blanditiæ, lenocinia, amantium procacitas. *Decir un requiebro.* Blanda, & amica voce aliquem apellare.

Requerir. Juridicè monere, denuntiare. *El tiempo lo requiere.* Tempus exigit.

Requerimiento. Juridica, aut canonica monitio, denuntiatio.

Requerirse. Requiri, necessarium esse.

Requisitoria. Forensis unius judicis ad alterum postulatio.

Requeson. Meta pressi lactis.

Requesta. Vide *Demanda.*

Res de ganado. Pecus, udis.

Resabio. Ingratus sapor. *Esto tiene resabios de heregia.* Hoc sapit hæresim. *No puede ocultar los resabios del natural.* Erumpunt quandoque naturæ vitia. Adhuc in eo extant pravæ indolis signa.

Resabiarse. Exacerbari, stomachari.

Resabiado. Exacerbatus.

Resabido. Sciolus, arrogans, saperda.

Resarca. Nova frumenti exportatio.

Resarcir los daños. Damna resarcire, pensare, compensare, rependere.

Resbalar. Labor, eris. Delabor, eris.

Resbaladizo. Lubricus, a, um.

Resbaladero. Lubricus locus, semita lubrica. Lubrica viarum. In lubrico insistere non poteris.

Resbalo, ó resbalon. Lapsus, us. Prolapsio, nis.

Rescatar. Redimo, is. Vide *Cautiverio.*

Rescate. Redemptio, nis.

Rescoldo. Prunarum reliquiæ cineribus obductæ, immixtè.

Reseña de exercito. Recensio, nis. *Hacerla.* Exercitum lustrare, recensere.

Resentirse. Succenseo, subirascor.

Reservar. Reservo, as. Repono. Eximo, excipio. *Algo he de reservar para mi.* Aliquid mihi debeo reservare. *Reservar de obligacion á uno.* Officii onere aliquem eximere, immunem facere, reddere, præstare. *Caso reservado.* Casus superiori reservatus, à quo ipse, & non alius sine ejus facultate absolvere potest. *Reservacion.* Reservatio, nis.

Res-

Resfriarse. Refrigesco. *Está resfriado.* Frigore ex sudore torpet. Sudore madentem frigus invasit. Sudans frigore subitò correptus est.

Resguardo. Cautio, nis. *Estaban tres de resguardo, por si hubiese peligro.* Tres subsidio venerant, si fortè res in discrimen adduceretur.

Residir en algun lugar. Commoror, aris. Ad tempus alicubi habitare. *No residir los Prelados en sus Iglesias.* Abesse longo tempore ab Ecclesiis sine causa, proprias oves pro libito deserere.

Residencia. Commoratio, residentia, æ. *Tomar residencia á uno.* Rationem ab aliquo magistratu gesti reposcere. *Juez de residencia.* Quæsitor, oris.

Residente en un lugar. Incola, æ.

Resignar el beneficio. Beneficio, aut munere ecclesiastico se abdicare. Beneficium renuntiare, resignare. *Resignarse en las manos de Dios.* Voluntati divinæ se totum tradere, committere, permittere.

Resignacion del beneficio. Beneficii renuntiatio, abdicatio, resignatio.

Resina. Resina, æ.

Resistir. Resisto, obsisto, is. Repugno, as. Conatibus alicujus occurrere, se opponere, impetum ejus reprimere, audaciam frangere.

Resistencia. Repugnantia, æ. Oppositio.

Resistero del Sol, ó Resol. Solis repercusio, reverberatio.

Resma de papel. Viginti scapi chartarum.

Resollar. Spiro, as. Respiro, as. *No me dexan resollar.* Non mihi paulisper animum laxare licet. Vix respirare licet mihi.

Resuello. Spiritus, us. Anima, æ. Respiratio, halitus, us. Anhelitus, us.

Resolver. Statuo, constituo, decerno.

Resolverse segun el parecer de otro. Capere consilium de alicujus sententia. *Ojalá yo lo hubiera comunicado contigo antes de resolverme.* Utinam integra re hæc tecum egissem. Vide *Determinar.*

Resolverse la hinchazon. Tumorem resolvi, residere, sedere.

Resolucion. Deliberatio, consilium, sententia, æ. *Como vi la resolucion de la muger, no quise porfiar mas.* Quoniam inspexi mulieris sententiam, contentione supersedi. *Qué razon daba de su resolucion tan loca?* Quam causam dementissimi sui consilii afferebat? *Nuestra presente resolucion la infundia estos brios.* Hoc illi animos faciebat nostra hæsitatio. *Las resoluciones apresuradas pocas veces tienen buen suceso.* Præpropera consilia rarò prospere cadunt. Vix unquam felices sortiuntur exitum. *En resolucion ...* Hæc denique summa rei est. *Con resolucion estamos de no pasar por ello.* In presenti, & confirmato animo sumus ad resistendum. Mortem citiùs, quam id patiemur.

Resuelto, hombre de resolucion. Animosus. Vide *Alentado. Resuelto á ir á morir, antes que, &c.* Certus ire mori, potiùs quàm, &c. *Estaba resuelto á no salir de casa.* Constitueram, deliberaveram, deliberatum mihi erat, in animum induxeram, certum mihi erat domi manere. *Aun no estoy resuelto á eso.* Nondum adducor, ut faciam. *Yo lo he mirado, pero aun no estoy resuelto.* Deliberavi quidem, sed nihildum decrevi.

Resueltamente. Animosè, audacter.

Resueltamente dixo que no. Præcisè negavit. Cic. Audacter, & liberè negavit.

Resonar. Resono, as.

Resoplar. Respiro, as. Reflo, as.

Resoplido. Respiratus, us. Reflatus, us.

Respaldar, y respaldo. Vide *Basc...*

Respetar. Observo, as. Colo, is. Vereor, revereor, eris. Veneror, aris. *Respetar á uno por ser rico.* Ex censu aliquem spectare, æstimare, divitiis censere.

Respetable. Vide *Venerable.*

Respeto. Observantia, reverentia, æ. *Tener respeto á uno.* Reverentiam alicui præstare, exhibere, honorem habere. *Hacer con respeto.* Manus religiosè admovere. *Nunca le nombra, sino con grandísimo respeto.* Nunquam illum, nisi honorificentissimè, appellat. Cic.

Perdióme el respeto. Procacitèr mecum egit. Petulanter me despexit, importunissimum mihi ostendit. Si...

ner respeto al Senado. Nullo ad senatum respectu.

No hay que reparar en respetos humanos. Nihil cures hominum judicia. Nullis rumoribus salutem posthabeas. Quin tu hominum voculas contemne, ut Christum lucrifacias.

Por ese respeto. Propterea. Eo nomine, ea gratiâ, ea de causa. Idcirco. *Por su respeto.* Propter eum, ejus causa.

Respeto, ó respecto de lo que. Præ ut. *Poco le alaban respecto de lo que merece.* Malignè laudatur, præ ut dignus est.

Respectivamente. Considerata rei; aut personæ dignitate. Si personam respicias.

Respigar. Messis reliquias legere. Spicas à messoribus relictas colligere.

Respigador. Spicilegus, i.

Respigadora. Spicilega, æ.

Respigon de la uña. Reduvia, æ.

Respingar. Cum gemitu indignari. Gemere, ingemiscere, fremere.

Respirar. Respiro, as. Spiritum ducere.

Respiradero. Spiramentum, spiraculum.

Respiracion. Anima, æ. Spiritus, us. *Detener la respiracion.* Animam continere. Spiritum retinere, sustinere. *Respiracion apresurada.* Creber spiritus, anhelitus.

Resplandecer. Splendeo, resplendeo, es. Mico, as. Fulgeo, niteo, luceo. Effulgeo, eluceo, elucesco. Nitesco, eniteo, enitesco. Corusco, as.

Resplandeciente. Nitidus, splendidus. Fulgens, coruscus, coruscans, tis.

Resplandor. Splendor, fulgor, nitor, oris.

Responder. Respondeo, es. Responsum dare, præbere. *Á carta.* Rescribo, is. Reponere in epistolis. *Respondió que no.* Præcisè negavit. *Responder adefesios.* Alienum à quæstione responsum dare. Flocos postulabam, ligonemque negas. *Á esto no sé que responder.* Hic mihi aqua hæret. *Responde al ultimo renglon de tu carta.* Venio ad extremum tuæ epistolæ versiculum. *Ya os he respondido á todo.* Habes ad omnia. Cic.

Respuesta. Responsum, responsio. *Volver con la respuesta.* Responsum referre. *Ten esto por respuesta del Cielo.* Hæc tibi pro oraculo sint, pro oraculo habeto.

Responsos. Piaculares preces pro defunctis.

Respondón; ó respostón. Ad jussa durus, & obtrectans.

Resquebrajarse. Rimas agere.

Resquebrajadura. Rima, æ.

Resquebrajado. Rimosus, a, um.

Resquicio. Rima, Rimula, æ.

Restañar la sangre. Sanguinem sistere, comprimere. *Restañóse la sangre.* Sanguis stetit, compressus est.

Restar, ó quedar. Resto, as. Supersum.

Resta lo restante. Quod restat, superest. Residuum. *Lo que resta es que te reportes.* Reliquum est, ut tute tibi imperes, teque ipse contineas.

Resto en el juego. Reliquum, quod superest, aut restat. *Envido mi resto.* Depono quidquid mihi relictum est. *Echar el resto por &c.* Summis viribus contendere, conari, conniti, ut, &c.

Restaurar. Vide *Renovar. Restauramos el tiempo perdido.* Quod negligentia omissimus, diligentia compensamus.

Restituir. Restituo, is. Reddo, is.

Restitucion. Restitutio, redditio, nis.

Restriñir. Restringo, is.

Restriccion. Restrictio, onis.

Resucitar á uno. Aliquem ab inferis excitare, à mortuis suscitare, ad vitam revocare, vitæ reddere, restituere.

Resucitar á uno. Reviviscere, à mortuis surgere, resurgere. Ad vitam redire, reverti, remigrare.

Resucitado. Redivivus, ad vitam revocatus. *Parece que habeis resucitado.* Præter omnium opinionem convaluisti, servatus es.

Resuello. Vide *Resollar.*

Resuelto. Vide *Resolver.*

Resultar. Existere, fieri, oriri. *De aqui resulta, que, &c.* Hinc efficitur, hinc sequitur, hinc fit, ut, &c.

Resumir el argumento. Argumentum oppositum fideliter reddere, repetere.

Resumirlo en pocas palabras. Paucis rem comprehendere, perstringere, in pauca conferre.

Resurreccion. Resurrectio, nis. Anastasis reditus ad vitam.

Resurtir. Resilio, is. Resulto, as.

Retablo. Simulacrum speciosum, multis sanctorum imaginibus ornatum. *Está hecho un retablo de duelos.* Morbis, & ærumnis confectus est. Spectaculum hominis miserum, atque acerbum.

Retaguardia. Postrema acies.

Retahila. Longa rerum series.

Retajar. Vide *Circuncidar.*

Retal. Vide *Retazo.*

Retarle de traydor. Appellare aliquem de proditione, & provocare.

Retama. Genista, æ.

Retardar. Remoror, ris.

Retazo. Panni segmentum.

Retejar. Recta tegulis reficere, reparare, renovare, resarcire.

Retejador. Scandularius, ii.

Retener. Retineo, teneo, conservo, as.

Retencion. Retentio, tenacitas, tis. *De orina.* Lotii retentio, suppresio.

Retenedor, retentivo. Tenax, acis.

Retentiva. Memoria tenax. *Tener buena retentiva.* Memoria tenaci vigere, præstare, præditum esse.

Reteñir, teñir de nuevo. Refingo, is.

Reteñir la campana. Tinnio, is. *Cosa que retiñe.* Tinnulus, a, um.

Retintín de campana. Tinnitus, us.

Retirarse. Recedo, abscedo. Absisto, is. Retrocedere. Retrahere se. Regredi. Referre pedem. Revocare gradum. Recipere se. Receptui canere. *Retirarse á dentro.* Intrò se recipere, abdere. *Retirado ácia dentro.* Receptus internus. *Retirarse del bullicio.* Se negotiis civilibus subducere, expedire. Solitudinem petere. In solitudinem secedere, confugere, in conclave se abdere, se committere, se recipere. *Hombre retirado.* Solitudinis amicus.

Retiro, ó retirada. Recessus, us. Secessus, us. Receptus, us. Refugium, ii. *Bella retirada.* Opportunus à bello, aut pugna recessus. *No estoy ocioso en mi retiro.* Non cesso, neque otio diffluo in solitudine.

Reto. Incusatio poscentis aliquem ad pugnam. *Echar retos.* Minas jactare.

Retoñar, ó retoñecer. Repullulo, as. Repullulasco, is. Regermino, as.

Retoño. Regerminatio, onis.

Retor. Vide *Rector.*

Retorcer. Retorqueo, contorqueo, es.

Retorcido. Retortus, tortilis, e.

Retorica. Ars oratoria. Rhetorica, æ. Rhetorice, es. *Retorico.* Rhetoricus. Vide *Eloqüente.*

Retoricamente. Rhetoricè, oratoriè, disertè. *Maestro de Retorica.* Rhetor, oris. Dicendi magister.

Retornar. Reddo, is. Remunero, as. Gratiam referre, talionem reddere.

Retorno. Remuneratio, talio, nis. Gratia relata. *Mulas de retorno.* Meritoriæ mulæ, vacuæ rediturae.

Retortero. *Andar al retortero.* In gyrum se versare, convolvi. Gyros agere, ducere. *Traer al retortero.* Contorquere, circumagere. Versare in omnem partem, huc, & illuc trahere.

Retortijon. Torsio, contorsio, nis.

Retortijones de tripas. Tormina, um.

Retozar. Lascivio, is. Attrectare aliquem, se invicem attrectare, petulanter colludere. *Retoza con el verde.* Quasi pullus asini pabuli copia exultat. *Retozar los perrillos.* Morsicatim ludere.

Retozo. Lascivia, æ. Petulantia, æ.

Retozon. Lascivus, ac petulans.

Retraerse. Ad templum confugere, se recipere. *Estar retraido.* Intra limina templi judicii metu se tenere, continere. Templi religione se defendere, tueri.

Retraimiento. Recessus, us. Confugium.

Retrato. Effigies, ei. Imago, inis.

Retratar á uno. Effigiem ejus exprimere, faciem effingere, speciem pingere. *Retrato son de tu alma tus escritos.* Animi tui effigies in scriptis elucet.

Retratarse. Revocare se. Palinodiam canere, recantare. Vide *Desdecirse.*

Retratacion. Palinodia, æ. Recantatio, retractatio, onis.

Retrete. Cubiculum, i. Conclave, is.

Retroceder. Tergiversor, aris.

Retruecano. Verborum inversio.

Rotulo. Inscriptio, titulus, i. *Rotular.* Inscribo, is. Titulo insignire. Vide *Rotulo.*

Retumbar. Resono, as. Somnum reddere.

dere. Reboo, as. Remugio, is.

Revalidar los Privilegios. Privilegia confirmare, consignare.

Revanada de pan. Segmentum panis.

Reveer. Iterum aliquid videre. *Un libro para imprimir.* Librum typis mandandum accuratè lustrare, recognoscere.

Revisor de libros. Librorum censor.

Revelar Dios sus secretos. Mysteria pandere, aperire, revelare, enuntiare. Arcana retegere, patefacere.

Revelacion. Afflatus, instinctus divinus. Apparitio, nis. Visum, i. Species cœlestium divinitùs oblata. *Tuvo esta revelacion en sueños.* Hoc visum in somnis divinitùs illi objectum est. *Supo esto por revelacion.* Hoc divino instinctu cognovit, divino spiritu afflatus, divinitùs illustratus.

Revellin. Moles portæ præstructa. Propugnaculum paulùm à mœnibus abjunctum.

Revender. Revendo, is. Vendito, as.

Revendedor. Propola, æ. Mango, nis.

Revenirse una cosa. Angustius aliquid fieri, contrahi, arctari.

Revenque. Vide *Rebenque.*

Reverberar la luz. Refulgeo, es.

Reverdecer. Reviresco, is.

Reverencia. Observantia, æ. Reverentia, æ. Honos, oris. *Hacer á uno reverencia.* Honorem alicui habere. *Reverenciar.* Vereor, eris. Colo, is. Vide *Respetar.*

Revés de fortuna. Fortunæ commutatio, adversitas. *Quién no sabe los reveces de la fortuna?* Quis nescit fortunæ inconstantiam? Quis ejus vices nunquam expertus est? *Al revés sucedió de lo que todos pensaban.* Contra accidit, atque omnes opinabantur. *Al revés está esto.* Inversum hoc est, præposterè collocatum est. *Dar un revés á uno.* Aversa manu colaphum impingere. Transverso ictu cædere, ferire.

Revesado natural. Pravum ingenium, perversa indoles. *Parto revesado.* Partus perdifficilis, præposterus.

Revestirse el Sacerdote. Sacras vestes induere. *Revestirsele á veces un zelo indiscreto.* Incessit illi interdum zelus imprudens, imprudenti zelo abripitur.

Revistiósele el diablo. Malo correptus genio scelus aggressus est.

Reumas. Rheuma, tis. Vide *Corrimiento.*

Revocar la ley. Abrogare legem, vel legi. *Revocar el poder.* Potestatem alicui abrogare. *Revocar el testamento.* Testamentum rumpere, irritum facere.

Revolver algo. Aliquid volvere, revolvere, versare. *Al rededor.* Aliquid in orbem versare. *Mezclando.* Misceo, permisceo. *Revolver caldos.* Jura confundere.

Revolver los libros. Libros evolvere. Historias pervolutare.

Revolver, ó alborotar. Perturbo, as. *Revolveis la casa.* Domum totam evertis. Remusculis, & criminationibus domesticos perturbas, & inter se committis.

Revuelveme esto el estomago. Stomachum hoc mihi movet, nauseam excitat.

Revolver sobre uno. Repetere aliquem. Securum jam, & exultantem ex improviso aggredi. Pugnam redintegrare.

Revolver con el caballo. Equum in hostem vertere, convertere. *No puede revolverse.* Vertere se nequit, adeo prostratus jacet, ut se convertere, movere non possit.

Revolvedor. Criminator, delator, is.

Revolvedora. Criminatrix, perturbatrix.

Revuelta. Criminatio, rixa, contentio, tumultus.

Revolucion. Commotio, perturbatio.

Revoltoso. Turbulentus, seditiosus.

Reusar. Vide *Rehusar.*

Rey. Rex, gis. *Bien se le hecha de ver, que es Rey.* Oris specie, & cultu regiam dignitatem præfert. Regia ejus dignitas in eleganti corporis habitu, vultuque refulget. Digna imperio facies, quam cum videris, Regem dicas. *Portase como Rey.* Regiè se gerit. *No obró como Rey, sino como Ministro.* Non Regem, sed Ministrum egit.

Reyezuelo. Regulus, i.

Reyna. Regina, æ.

Reyno. Regnum, imperium, regalis ditio.

Reynado. Regius dominatus. *En el reynado de Don Pedro.* Regnante Petro. Rege Petro.

Reynar. Regno, as. Dominor aris. Imperare, regnum moderari, imperium te-

nere, rerum potiri. *Reynar á merced de otro.* Precariò regnare.

Reyerta. Vide *Rencilla.*

Reiterar. Vide *Repetir.*

Rezagado. Quedarse algo rezagado. Aliquid occultè residere, relictum esse.

Rezar. Preces fundere, recitare, precor, aris.

Rezno. Recinus, i.

Rezo. Preces, um. Officium divinum.

Rezongar. Vide *Refunfuñar.*

Rezongon. Qui ad jussa remurmurat.

Resumarse algo. Effluo, is. *Acabarse de rezumar.* Perfluo, is.

R ANTE I.

Ria. Ostium fluminis in mare.

Riachuelo. Fluvius exiguus.

Ribazo. Clivus scansilis.

Ribera del mar. Littus, oris. Acta, æ. Ora maritima. *Ribera del rio.* Ripa, æ. Margo, nis. *Riberas del mar, ó rio.* Ad mare, secus flumen.

Ribete. Ora vestimenti. Limbus, i.

Ribeteado. Fimbriatus, a, um.

Rico. Dives, locuples, opulentus, pecuniosus, benè nummatus. Divitiis affluens. Cui opes, & fortunæ sunt amplissimæ, ampla res familiaris, multa, & lauta supellex. *Quién es tan rico, que pueda sustentar tanto gasto?* Quis tantis fortunæ bonis affluit, cujus tantæ sunt opes, ac divitiæ, quis tam pecuniosus, & locuples, ut tantis rebus sumptus suggerat?

Rica cosa. Res pretiosa, præclara, eximia, mirabilis, egregia, magnifica.

Ricamente. Opulenter, opiparè, splendidè, pretiosè, præclarè, magnificè.

Riqueza. Opulentia, æ. Divitiæ, opes, fortunæ amplissimæ, rerum omnium copia, abundantia.

Mas vale tener buena fama, que riquezas. Pretiosior ex divitiis bona existimatio. Benè audire, quàm multa habere præstat. Bona existimatio divitiis præoptanda, præferenda, ante divitias ponenda est. Plus valet bonum nomen, quam fortunæ amplissimæ. Pro nihilo ducendæ sunt divitiæ præ bono nomine. Divitiæ bono nomini posthabendæ, postponendæ sunt. Divitiæ non sunt cum bono nomine comparandæ. Nihil divitiæ ad bonum nomen. Sordent præ bono nomine divitiæ.

Ridicula cosa. Vide *Risa.*

Riego. Irrigatio, nis. Vide *Regar.*

Rienda. Habena, æ. *Soltar, ó aflojar las riendas.* Habenas remittere, laxare. *Dar riendas al caballo.* Laxas equo dare habenas. *Tener, ó tirar las riendas.* Habenas abducere, contrahere. *Á media rienda.* Leniter adductis habenis. *Á rienda suelta.* Laxatis habenis, effusis, effrænatè.

Volver las riendas. Habenas flectere, reducere. Vela vertere. *Tener riendas a la lengua.* Linguæ moderari, modum adhibere. Linguam coercere, cohibere, comprimere.

Riesgo. Discrimen, periculum. *Á mi riesgo vaya eso.* Istud ego in me recipio, meo periculo suscipio, mihi pereat, si forté perierit, præstabo damnum, si quod extiterit.

Rifar los perros. Ringor, eris. Canes exertis dentibus se mutuò petere. *Rifar alguna joya.* Pretiosum aliquid, collatis symbolis, sortiri.

Rifa de joya. Sortitio, nis.

Rigor. Rigida severitas, summa severitas. Severitudo austera. *Rigor de frio.* Vis frigoris. *Llevarlo por rigor de derecho.* Summo jure contendere. *No se ha de llevar todo por rigor.* Remittendum est aliquid, ne omnia contendamus.

Riguroso. Rigidus, severus, austerus.

Rigurosamente. Rigidè, severè.

Rijoso caballo. Veneris pruritu inquietus, adhinniens. Veneris impatiens.

Rima, ó rimero de ropa. Synthesis, is. Vestium cumulus, congeries.

Rincon. Angulus, i. *Con el menor rincon de Italia me contentara.* Quamvis parvis Italiæ latebris contentus essem. Cic.

Ringlon. Vide *Renglon.*

Riña. Rixa, æ. Jurgium, contentio.

Rinoceronte. Rinoceros, ontis.

Riñon. Ren, enis. *Madrid está en el riñon de España.* Matritum in media Hispania situm est. Mantua Carpetanorum umbilicus est Hispaniæ.

Riñonada. Renum locus, vel adeps.

Rio. Flumen, inis. Fluvius, amnis.

Rio abaxo. Secundo flumine, amnis decursu. *Rio arriba.* Adverso flumine, contra torrentem niti. *Salir el rio de madre.* Supra modum excrescere, intumescere. Extra ripas effluere, exundare. *A rio revuelto, ganancia de pescadores.* In reipublicæ naufragio perditi cives emergunt.

Rio caudaloso. Fluvius magnus, aquis abundans. *No es facil que el rio mude de corriente.* Difficile est amnem alveum mutare, alium cursum tenere, aliò deflectere, defluere. *Junta de dos rios.* Confluens, tis. *Donde se apartan.* Aquarum divortium.

Ripio. Rudus, eris. Veteris, aut collapsi ædificii retrimentum. *Meter ripio.* Rudus inducere, intrudere. Infarcire verba, quasi rimas expleas.

Riponce, yerva. Rapunciolum, i.

Risa. Risus, us. *Causar risa.* Risum movere, excitare. *Rebentar la risa.* Risum mappa compescere, risu disrumpi. *Caerse de risa.* Risu corruere. *No pude tener la risa.* Risum comprimere, tenere non potui.

Ridicula cosa, que causa risa. Ridiculus, a, um. *Hacersele ridiculo.* Abire in ludibrium. *Hacerse adrede ridiculos.* Caudam volentes, à tergo trahunt.

Risada. Cachinnatio, cachinnus, i. Risus solutior. *Dar grandes risadas.* Solutiùs ridere, cachinnor, aris. In cachinnos erumpere, cachinnis abstrepere.

Risueño. Ad risum facilis, ridens, tis. *Con semblante risueño.* Arridens, placido vultu, atque hilari. Læta fronte.

Risco. Rupes, is. Abruptæ petræ. *Haliendo salido de entre riscos à tierra llana.* Ex magnis rupibus nactus planitiem.

Ristra de ajos. Alliorum restis.

Ristre. Vide *Lanza.*

Rito. Ritus, us. *Ritual de ceremonias.* Ritualis liber, quo rituum forma præscribitur, continetur.

Riza. Strages, is. *Hacer riza.* Stragem edere, dare, facere.

Rizar el cabello. Vide *Enrizar.*

Rizo. Holosericum villosum.

R ANTE O.

Robar. Prædor, aris. Rapio, diripio, per vim aliquid auferre. Fana, aut ærarium depeculari, expilare, compilare.

Robóme quanto tenia. In meas fortunas invasit, involavit. Domum meam exhausit. Omnibus me fortunis avertit, spoliavit. In mea optima prædia pedem intulit, & sibi per summam injuriam vindicavit. Nihil mihi misero ex amplissimo patrimonio reliquum fecit.

Robar por el mar. Piraticam facere.

Robóme el corazon. Animum meum amore perculit, incendit, inflammavit.

Robador. Prædator, raptor, oris.

Robo. Rapina, æ. Raptus, us. Latrocinium, ii. *De cosa sagrada.* Sacrilegium. *De hacienda Real, ó pública.* Peculatus, us.

Roble, ó robre. Robur, oris.

Robusto. Robustus, fortis, viribus valens, prævalidus, robore corporis præstans, nervosus, lacertosus.

Roca. Scopulus, i. Rupes, is. Cautes, is.

Rocar. Vide *Rozar.*

Rocin. Cantherius, ii. Caballus, i. *De rocin à ruin.* Ab equis ad asinos. *Topó Sancho con su rocin.* Crispinus in Fannium incidit. Reperit patella operculum suum.

Rociar. Aspergo, is. Roro, irroro, as.

Rociado. Aspersio, irroratio, nis.

Rociada de salivo. Pytisma, tis.

Rociador. Irrorator, oris.

Rocio del Cielo. Ros, oris.

Rodar. E loco præcipiti devolvi, rotari, humum vertere. *Rodó las escaleras.* Scalis delapsus, prolapsus, devolutus est. *No lo echeis todo á rodar.* Ne omnia vertas, & perditum eas. *Rueda la comida en aquella casa.* Cibus ibi abundat, nec parcè suppeditatur, aut servatur sollicitè.

Rodaxa. Rotula, æ. Orbiculus, i.

Rodaballo, pez. Rhombus, i.

Rodear. Abeo, is. Circumdo, as. Cingo, is. *Rodear, ó arrodear.* Circumeo, is. Per circuitum iter facere. *Mas vale rodear que mal pasar.* Præstat per dispendium ire, quam compendio perire.

Ro-

Rodéo. Ambitus, circuitus, anfractus.

Rodeon. Circumductio, nis.

Rodelo. Clypeus, ei. Scutum, i.

Rodete de trenzado. Orbis comarum in capite, spiris constans. Aggestæ comarum spiræ in capite fœminæ. *Rodete para llevar peso en la cabeza.* Stragulum capitis rotundum. Panniculus in orbem contortus.

Rodezno. Trochlea moletrinæ.

Rodilla de la pierna. Genu, u. *Por donde se dobla.* Poples, itis. *Ponerse de rodillas.* Genua flectere, submittere. Poplitibus se excipere. *Hincado de rodillas.* Genunixus, genibus advolutus, provolutus.

De rodillas le serviremos. Suppliciter obsequemur. Nixi genibus ministrabimus.

Rodilla de cocina. Culinæ mantellum. Linteolum coquinarium.

Rodrigon de la vid. Ridica, æ. Vitis statumen, adminiculum, pedamentum. *Poner Rodrigones.* Vires adminiculari. Pedamenta sublevandis viribus statuere, apponere, subjicere. *La vid sin rodrigon se viene á tierra.* Vitis, nisi fulta sit, ad terram fertur.

Roeles. Orbiculi in stemmate majorum.

Roer. Rodo, is. Exedo, corrodo. *Dar que roer á la envidia.* Invidiæ sermonem dare, materiam suggerere. *Andame royendo los zancajos.* Me in conviviis carpit, rodit. Mihi in circulis, & compitis, obtrectat.

Roedor. Rosor, oris. Qui rodit.

Roedura. Rosio, nis.

Rogar. Rogo, as. Oro, obsecro. Precor, deprecor, aris. *Con lagrimas.* Imploro, as. *De rodillas.* Supplico, as. Suppliciter deprecari. *No hay rogaros.* Nullum precibus locum relinquis. *No esperes á que te ruegue.* Noli expectare, dum te obsecret. *Qué se hace de rogar?* Etiamne rogandus est? *Mas quiero comprar que no rogar á ruines.* Emere malo, quàm rogare.

Rogador. Rogator, precator, oris. *Echar rogadores.* Amicos, aut vires nobiles alicui, vel ad aliquem allegare.

Rogativa. Supplicatio, deprecatio.

Roxo, color. Flavus, a, um.

Rollizo. Teres, etis. *Mozo rollizo.* Robustus, torosus, teretibus membris.

Rollo, ó picota. Columna structilis in foro, saxeis scalis pluribus circum ornata. *Vayase al rollo.* In malam crucem abeat. *Tambien tengo yo mi piedra en el rollo.* Mihi etiam in tanto concessus locus est.

Rollos de lienzo. Lintea volumina.

Romadizo. Gravedo, nis. Coryza, æ.

Romana por pesar. Statera, æ. *Lo peso.* Æquipodium, ii. *La barra.* Scapus punctis, librarum discrimina notantibus, distinctus.

Romance. Sermo Hispanicus. Lingua Hispanis vulgaris, vernacula. *Hablar en romance.* Hispanicè loqui. *Sabes romance?* Scis Hispanicè?

Romance, poesia. Dimetrum Hispanicum, alternis versibus assonum.

Romancear algo. Hispanicè aliquid vertere, interpretari, explicare.

Romancista. Qui Hispanicè tantum loquitur, vel Hispanicè libros edidit, vel dimetris Hispanicis ludere doctus.

Romaza, yerva. Rumex, icis.

Romero, mata. Ros marinus, vel rosmarinus, & rosmarinum.

Romero por devocion. Qui Romam, aut sacra pietatis causa adit. *Romeria.* Peregrinatio ad loca sacra.

Romo. Simus, a, um. *Macho romo.* Hinnus ex equo, & asina natus.

Romper. Rumpo, is. *Romper guerra.* Irrumpere cum exercitu in hostilem terram. *Romper, ó derrotar el Exercito.* Aciem hostium perrumpere, profligare, delere. Cuneos perrumpere.

Romper por medio de la gente. Per agmen, aut turbam irrumpere.

Romper con alguno. Abalienare se ab aliquo. Amicitiam dirimere, dirumpere. Amicitiæ vincula rumpere, abrumpere.

Rompió con todo por vengarse. Omnia inexpiabili indignatione posthabuit. Nihil illi obstitit, quo minus inimicitias persequeretur. Omnia divina, & humana prae ultionis desiderio levia duxit. Nihil pensi habuit, dum injurias ulcisceretur. Omnia ultionis voluptati impotenter postposuit. Nihil illum ab ultione continuit, retardavit.

Rompimiento. Abalienatio animi.

Llegó la cosa á rompimiento. Offensio in dissidium abiit. Amicitiæ vincula abrup-

abruptum. Mutuò abalienati sunt animi. Inimicitias invicem indixerunt.

Romper el vestido. Scindo, discindo, is.

Con salud le rompa. Utinam vesti superstes sis, & valeas. *Rompedor de vestidos.* Vestibus deterendis, ac discindendis natus. In vestium cultu negligens.

Roncar. Sterto, is. Ronchos edere, luctuosus spiritus ingeminare.

Ronquido. Ronchus, i.

Roncas. Minæ, arum. *Echar roncas.* Minas jactare. *Tú me echas roncas espantaja?* Tu me minis territas, larva umbratilis?

Roncear á uno. Blanditiis aliquem petere, blanda oratione in arbitrium suum adducere, in sententiam suam perducere.

Roncear los criados. Vide *Refunfuñar.*

Roncero. Callidus adulator.

Roncería. Callidæ blanditiæ, assentatiunculæ ad extorquendum aliquid.

Roncha del azote. Vibex, icis. *De picadura de pulga.* Rubens macula.

Ronco. Raucus, a, um. *Ponerse ronco.* Rauresco, is. Vocem obtundi.

Ronquera. Raucitas, tis. Ravis, is.

Ronda de la cera. Pomerium, ii.

Ronda de la Justicia. Nocturna urbis lustratio, à Prætore facienda. Circitores, circuitores. *Ronda de las centinelas.* Excubiarum recognitio. Vigilum explorator.

Rondar. Urbem noctu lustrare, explorare, circuire. *En la guerra.* Excubias obire, recognoscere. *Rondan los enamorados.* Amasiæ foribus armatos insidiari.

Rondador. Nocturnus circitor clypeatus.

Roña. Scabies pecoris. *Roña, treta.* Calliditas, malitia, æ.

Roñoso. Scabiosus. *Del metal.* Rubiginosus, a, um. *De miserables.* Sordidus.

Ropa. Vestis, synthesis, is. *Ropa blanca.* Linea vestis. *Ropa larga rozagante.* Tunica talaris, pretiosa. *Con mangas.* Tunica manicata. *Ropa de muger.* Palla, æ. *De Capitan General.* Paludamentum, i. *Traer mucha ó poca ropa.* Multa, aut levi veste indutum esse. *Ropa fuera.* Terga nudate remiges, incumbite remis.

Ropage. Vestimentum, i.

Ropilla. Stricta, & brevis tunica.

Ropero. Vestiarius, ii.

Ropavejero, ropero de viejo. Sarcinator, oris. Scrutarius, ii. Mango, nis. Interpolator. *Ser ropero de viejo.* Scrutariam facere. Vestes resarcire, reconcinnare, interpolare, mangonizare.

Ropería donde venden ropa hecha. Forum vestiarium. *Ropería de viejo.* Forum scrutarium.

Ropería de Convento. Vestiarium, ii.

Ropon. Vide *Ropa larga.*

Roque de axedrez. Arcitenens, tis.

Roquero castillo. Arx supra petram fundata, inexpugnabilis.

Roquete. Amiculum humerorum lineum, quo utuntur Episcopi.

Rosa. Rosa, æ. *Rosa castellana.* Rosa purpurea. *De Alexandria.* Alexandrina, Alabandica. *Cosa de rosa.* Roseus, a, um. *Aceyte rosado.* Rosaceum oleum Rosa, æ.

Rosal. Rosetum, i. Rosarium, ii.

Rosaria. Corona piacularis.

Rosca. Spira, æ.

Roseta de cordon. Floccus serici funiculi. *Del sombrero.* Offendix, icis.

Rosicler. Roseus color.

Roso. Vide *Rozo. No dexó roso, ni belloso.* Et maturum decerpsit, & acerbum. Nihil reliquum fecit. Nulli pepercit.

Rosquilla. Spira panis dulciaris.

Rostro. Os, oris. Facies, ei. Frons, tis.

Buen rostro. Facies liberalis, honesta, decora. *Hacer rostro al enemigo.* Aciem in hostem obvertere. *Dar á uno en rostro con lo que hizo por él.* Officia, aut beneficia sua alicui exprobare. *Hay algo acaso aquí que te dé en rostro?* Numquidnam hic, quod nolis vides? *Dame en rostro esa figura.* Stomachum mihi movet gesticulator iste putidus. *No hace rostro á las ofertas.* Non curat promissa, despicit, negligit.

Rostrituerto. Torvus, & eversus. *Qué rostrituerto nos mira!* Quàm torvè nos aspicit, quàm non æquis oculis.

Rota de exercito. Clades. *Dar una rota al enemigo.* Aciem hostium profligare. *El negocio va de rota.* Inclinata res est. Ad triarios res rediit.

Rota consejo del Papa. Sacer senatus Romani Pontificis ad finiendas Ecclesiæ cau-

causas. Consilium supremum rerum Ecclesiasticarum.

Roto. Ruptus, scissus, discissus. *Vida rota, y estragada.* Vita licentior, vitiosa, flagitiosa, fœdissima.

Rotura. Fractura, æ. Scissura, æ.

Rotulo. Vide *Retulo.* *Rotular.* Grandioribus litteris nomen alicujus publicè legendum proponere.

Roxo. Flavus, rutilus. *Roxo encendido.* Fulvus, ruber, rubicundus.

Rozagante. Vide *Ropa.*

Roza la mala yerva. Runco, as.

Rozarse. Mutuò se atterere, se affricare, detereri, deterius reddi.

Roznar el mula. Rudo, is.

R ANTE U.

Rua. Urbis via frequentior, & celebrior. *Caballos de rua.* Equi superbè phalerati. *Ruar con ellos.* Per celebres urbis vias cum pompa equitare.

Ruan. Byssus, i. Nebula linea.

Rubi, piedra preciosa. Pyropus, i.

Rubia, yerva. Rubia, æ.

Rubio. Ruber, rufus, rutilus.

Rubrica. Signum calamo expressum, chitographo abjectum, appositum.

Rubricar. Rubrica aliquid notare.

Rubricado. Rubrica notatus.

Rucio. Vide *Ruzio.*

Ruda, yerva. Ruta, æ. *Es mas sabido que la ruda.* Hoc vel pueris notum est, ne rustici quidem dubitent.

Rudo. Tardus, plumbeus. Hebetis ingenii puer, cujus magnus est stupor ingenii, ingenio obtuso, & stupido.

Rudeza. Tarditas, stupor ingenii.

Rueca. Colus, i, vel colus, us.

Rucadero del copo. Pensi cucullus.

Rueda. Rota, æ. Orbita, æ.

Rueda del pavon. Caudæ ambitus. *Hacerla.* Gemmantes caudæ pennas in orbem explicare, ambitiosè rotare.

Ruedo. Ora vestis. Limbus. Fimbria, æ.

Ruego. Prex, cis. Precatio, obsecratio, rogatus, us. *Ni por ruegos, ni por dineros.* Nec prece, nec pretio.

Pidióme con muchos ruegos, que le perdonase. Summis precibus à me contendit, ut sibi ignoscerem. Suppliciter mecum egit de reditu in gratiam. Rogavit, & obsecravit, ut sibi veniam darem. Manus ad me supplices tendens veniam imploravit. Ne se rogantem, suppliciterque rejicerem exoravit, obtinuit.

Mas vale salto de mata, que ruego de buenos. Præstat fugere, quàm precario favore sperare salutem.

Rufian, ó rufo. Leno, onis. *Ser rufian.* Lenocinium facere, lenocinor, aris.

Rufaneria. Lenocinium, ii.

Ruga. Ruga, æ. Vide *Arruga.*

Rugir. Susurro, as. *Ruge el ayre por los resquicios.* Ventus per rimas susurrat. *El rugir de la seda.* Sericæ vestis susurrus. *Esto se ruge.* Hic rumor dissipatur, vagatur, increbrescit. *Ruges las tripas.* Crepant intestina.

Ruibarbo. Radix Pontica. Rocbom, æ. Rhabarbarum, radix barbara.

Ruido, ó alboroto. Tumultus, us. *Ruido de los pies.* Strepitus, us. *De cosa que rechina.* Stridor, oris. *De cosa que se quiebra.* Fragor, oris. *Ruido del mar, ó tierra.* Fremitus, mugitus, us. *Mas es el ruido que las nueces.* Mira de lente. Verborum sonitus inanis. Nugæ canoræ. *Quién es este que mete tanto ruido?* Quis homo est, qui inducit pompam tantam? *El ruido que metis!* Quas turbas dedit! *Por mi no tuve ruido!* Nihil mea causa contentionis habuit!

Ruidecillo del agua. Susurrus, i. Murmur, uris. *Hacer ruido.* Crepo, as. Crepito, as. *Con los pies.* Obstrepo, is. *Con las manos.* Plaudo, is. *Con la boca.* Murmuro, musito, as. Fremo, is. *Cosa que hace ruido.* Obstrepens, sonorus, a, um.

Ruidosa cosa. Celebris, famosus, a, um.

Ruin cosa. Vilis, contempta res, despicata, nec mediocris. *Ruin hombre.* Homo nequam, malus, diabolaris, despicatissimus. *Quien es ruin en su Villa, ruin será en Sevilla.* Cœlum, non animum mutat, qui trans mare currit. Horat.

Ruinmente. Sordidè, nec mediocriter.

Ruina. Labes, is. Ruina, æ. *Cosa que amenaza ruina.* Ruinosus, a, um.

Ruiseñor. Luscinia, æ. Philomela, æ.

Rumbo. Sydus nauticum, quo navicularius cursum dirigit. *Tomar otro rumbo.*

Al-

lio cursum dirigere. *Hechó por otro mbo.* Aliam viam tenuit.
Rumiar. Rumino, as. Remando, is.
Pensando algo. Recogito, mecum reito.
Rumor. Rumor, oris. Rumusculus, i.
Rustico. Rusticus, agrestis. *Hombre stico.* Inurbanus, humanitatis expers.
usticidad, ó rustiquéz. Rusticitas, tis.
usticamente. Rusticè, inurbanè.
Ruqueta, yerva. Eruca, æ.
Rutilante. Coruscans, rutilus, a, um.
Ruzio caballo. Equus albens, albians, canus, canis aspersus.

S ANTE A.

S*Abado.* Sabbatum, i.
Sabalo, pescado. Alosa, clupea, æ.
Sabana. Syndon, onis. Toral, is. *Peanele las sabanas.* Piget illum è lecto urgere. *Sabanillas.* Vide *Pañales.*
Sabandijas. Reptilia, insecta, orum.
Sabaños, ó friera. Pernio, nis.
Saber. Scio, is. Cognosco, is. *Sabe si a venido el Correo.* Cognosce, exquire, n Tabellarius venerit. *Bien sé que, &c.* Non ignoro, non me fugit, non me fallit, non me latet, &c. *Sé de cierto que stá en casa.* Certè, vel certò scio, compertum mihi est, compertum habeo, exploratum mihi est, exploratum habeo llum domi esse.
Saber antes. Præscio, is. Prænosco, is. Præsentio, præsagio futura.
Saber las entradas, y salidas de la oluntad de alguno. Animi sensus exploatos habere, animi latebras penetrare, ditus tenere, intimosque recessus callere, cognoscere, penitus introspicere.
Saber, ó entender lo que pasó de secreo. Rescio, is. Recisco, is. *Saber coger el tiempo de entrar á hablarle.* Scitè, commodè tempus capere adeundi, aut onveniendi aliquem.
Saber, ó ser sábio. Sapio, is. Sapienem ese. Sapientia, doctrina, eruditione igere, florere, præstare, præditum sse, excellere.
Sabe bien su cuento. Callidus est ad æstum. Rem suam probè meminit.
Sabe quanto pasa. Nihil est tam abditum, & occultum, quod ille non resciscat.
Sabe mas que las culebras. Nihil illo cautius, ac prudentius. *No sabe de la Misa la media.* Nihil admodum scit. *No sabe qual es su mano derecha.* Nec pituitam à naribus scit detergere. *Qué sabe el que no sabe salvarse?* Qui sibi prodesse nescit, nequicquam sapit.
Hacer saber. Renuntio, certiorem facio.
Saber el manjar. Sapio, is. *Bien me sabe esto.* Suavis est mihi cibus iste, ac jucundus, magnam ex eo voluptatem percipio. Hujus cibi sapor gratissimus mihi est.
Mas vale saber, que haber. Sapere præstat, quam multa possidere. Nihil divitiæ ad sapientiam. Sordent præ sapientia divitiæ.
Sabio. Sapiens, tis. Vide *Docto.* *Què cosa mas fea, que pender un sabio del què dirán?* Quæ turpiùs, quàm sapientem ex insipientium pendere sermone? Cic.
Sabiamente. Sapienter, scitè, prudenter, scienter, peritè, callidè.
Sabiduria. Sapientia, æ. Eruditio, nis. Lumen animi, rerum cognitio.
Sabidor. Certior, alicujus rei conscius.
Sabidora. Conscia mulier, sciens.
Sabida cosa. Notus, certus, manifestus, compertus, exploratus. *Á sabiendas.* Scienter, consultò, de industria. *Es mas sabido que la ruda.* Lippis, & tonsoribus notum est.
Sabor del manjar. Sapor, oris. Gustus, us. *Dar sabor al manjar.* Condire cibum, saporem dapibus conciliari, conferre.
Saborearse en algo. Cibum ligurire, degustare, regustare. In alicujus rei meditatione se valdè amare, jucundissimè immorari. Voluptate duci, teneri.
Sabroso. Suavis ad gustum, gustatu jucundus, gratissimi saporis cibus, sapidus.
Sabrosamente. Jucundè, suaviter.
Sabueso. Canis venaticus ad apros.
Saca de lana. Saccus peramplus.
Saca de trigo. Frumenti exploratio.
Sacabocado. Scalpellum, quo sutores calceos mordicùs perforant.
Sacabuche. Tuba ductilis. Sambuca, æ.
Sacaliña. Æruscatio, nis. Callida pe-

tendi, aut extorquendi ratio.

Sacamuelas, el instrumento. Dentarpaga, æ. Forceps, ipis. Instrumentum, quo dentes evelluntur. *El que las saca.* Dentiducus.

Sacar. Elicio, is. Sanguinem, verbum, aquam, ferrum ex terræ cavernis elicere. *Sacar á pelar la caballería.* Equites ad pugnam educere, inducere.

Sacar debaxo de tierra. Eruo, effodio.

Sacar algo á luz. Edo, is. Profero.

Sacar lo que está guardado. Promo, depromo, expromo, is. *Sacar en público.* Produco, is. In lucem profero.

Sacar la lengua. Linguam exerere.

Sacar los ojos. Oculos alicui effodere, eruere, exculpere. *Sacar la espada.* Gladium è vagina educere, eripere.

Sacar del peligro. Vide *Librar.*

Sacar por conjetura. Conjicio, is. *De aqui sacó que andaban tras matarte.* Hinc conjecit, collegit te ad necem quæri. *Nadie me sacará de esto.* Nemo me à sententia revocabit. Hanc mihi ex animo sententiam nemo evellet. *En dando en una cosa, no hay sacalle de ella.* Quod semel instituit, ab eo deduci non potest. *Tú me has de sacar á paz, y á salvo.* Tu periculum præstare debes, qui te nexu obligasti.

Sacarle á la verguenza. Traducere aliquem, populo deridendum propinare. *Si Dios de esta me saca, &c.* Si ex his vadis emergam; si ab hoc discrimine eripiar, si ex his turbis me expediam, si nunc servari contingat, numquam ex ista massa cibum ampliùs petam.

Sacarle de algun lugar. Domo aut loco aliquem extrahere. Telum è corpore extrahere.

Sacar por fuerza. Extorqueo, es. Veritatem extorquere, aliquid de manibus alicui extorquere. Ignem è silice excutere, elicere. Oleum, aut succum exprimere. Pus exprimere, eximere.

Sacar del seno, ó de la faltriquera. E sinu, aut loculo aliquid educere. *Saquéle quanto tenia.* Ejus crumenam exhausi, nummis emunctum dimisi.

Sacar de regla. Excipio, is.

Sacar fuerzas de flaqueza. Ultra vires contendere, conniti, conari.

Sacar las naves del agua. Naves ab aqua extrahere, abstrahere.

Sacar trigo, ó mercadurías. Frumentum, aut merces exportare, evehere.

Sacar las heces. Vinum, aut oleum defæcare, á fæcibus purgare. *Sacar las tripas.* Exenterare piscem, intestina extrahere. *Sacar algo por oler.* Ex odore cognoscere, odore pervestigare. *Sacarle por la pinta.* Ex pelle illum agnoscere.

Sacar un traslado. Aliquid describere, excribere, transcribere. *El que le saca.* Excriptor, oris. *Qué sacas de eso?* Quid tibi ex eo accedit? quem fructum percipis?

Sacar el meollo. Enucleo, as. Nucleum elicere, extrahere. *Sacar los pollos la gallina.* Pullos excludere.

Sacar la nata de la erudicion. Sententiarum flosculos ex optimis auctoribus carpere, colligere, decerpere. Ex divite scientiarum, & eruditionis penu subsidium juventuti depromere, parare, comparare.

Sacerdote. Sacerdos, tis. *Mystes, æ.* Præsbiter, eri. Flamen, *inis. Publicus* Dei Minister. *Sacerdocio.* Sacerdotium, ii. Presbyterium, ii. Sacerdotis dignitas.

Sachuelo, ó escardillo. Sarculum, i.

Saco, vestido. Saccus, i. Sagum, i.

Saco de Ciudad. Urbis direptio. *Dar á saco la Ciudad.* Urbem militibus diripiendam dare, tradere. Civium bona militum prædæ, atque avaritiæ subjicere. Vide *Saquear.*

Sacramento. Sacramentum, i. *Administrar los Sacramentos.* Sacramenta ministrare, peragere, perficere. Sacramentalia exercere, exequi, obire. *Recibirlos.* Sacramenta suscipere, accipere, recipere. Sacramentis se munire.

Sacre especie de halcon. Buteo, nis.

Sacrificar. Sacra facere, sacrificare, rem divinam facere. Divinum numen sacrificiis placare. Hostias cedere, mactare. Victimas immolare.

Sacrificio. Sacrificium, res sacra. *Sacrificio de animales.* Hostia, victima, æ.

Sacrilego. Sacrilegium, ii.

Sacrilegio. Sacrilegus, i. *Famoso.* Sacro-

crorum omnium, religionumque hostis.

Sacristan. Æditiuus, æditimus, i. Sacrarii custos. *Que muestra las reliquias.* Hierophanta, æ. Mystagogus, i.

Sacristia. Sacrarium, ii.

Sacudimiento. Aspernatio, rejectio.

Sacudir. Quatio, concutio. *Sacudir echando abano.* Decutio, is. *Sacudir el polvo.* Pulverem excutere. *Hombre sacudido.* Asper, dificilis, fastidiosus.

Saeta. Sagitta, æ. *Su hierro.* Spiculum.

Saetia. Fenestella, æ. Apertura, æ.

Sagáz. Sagax, cis. Acutus, prudens, cautus, callidus, emunctæ naris homo.

Sagacidad. Sagacitas, calliditas, astutia, solertia, æ. *Sagazmente.* Sagaciter, cautè, callidè.

Sagrada cosa. Sacer, cra, um. *Acogerse á sagrado.* Ad aram confugere. Ad asylum se recipere.

Sagrario. Sacrarium, ii.

Sahumar, ó zaumar. Suffio, is.

Sahumerio. Suffimentum, i.

Sajar. Scarifico, as. Cutem leviter incidere. *Sajadura.* Scarificatio, nis.

Sal. Sal, is. *Tiene mil sales.* Salsus est, & lepidus, siquis alius. Facetus est, & festivus in primis. Sale, & facetiis omnes superat.

Salar. Sallio, is. Sale condire. Sallo, is.

Salada cosa. Salsus, salitus, a, um.

Sala. Aula æ. *De capitulo.* Exedra, æ. *Sala de respeto.* Procestrium, ii. *De contaduria.* Quæstorium, ii. *Para comer.* Cœnatio, nis.

Sala de Oidores, ó Consejeros. Curia, æ. Sedes, ac templum publici consilii.

Salamandra. Salamandra, æ.

Salario. Salarium, stipendium, merces, dis. *Poco salario para tanto trabajo.* Exigua pro laboris magnitudine merces.

Salchicha. Isicium, vel insicium, ii.

Salchichon. Tomaculum, i.

Salero. Salinum. *Salerillo.* Salinum, i.

Salinas. Salinæ, arum. Solifodina. Salsifodina, æ.

Salinero. Salinator, oris.

Salir. Exeo, is. Egredior, eris. Excedo, is, efferre pedem. *Salir de gala.* Prodire eleganter ornatum. *Nunca salió en público á tal hora.* Nunquam se illud horæ publicò commissit. Suet.

Salir de madre el rio. Exundo, as. Redundo, as. *Fulano esta vez salió de madre.* Liberaliorem solito se præbuit. Prolixior, ac benignior in me fuit. Non parcè, nec pro more dedit.

Salir debaxo del agua. Emergo, is. *Salir á nado.* Enato, as.

Salirse el agua del vaso. Effluo, is.

Salir de algun peligro. E salebris evadere, é vadis emergerè. *Mal podré salir de este negocio.* Ægrè ab eo, quod institui, me expediam, nec scio quo pacto ex his turbis me eripiam. *Ahora sales con eso?* Serò experrectus es?

Salirse fuera del concierto. Á pacto discedere, á conventis resilire.

Salir con su intento. Conata perficere. Voti compotem fieri. *Salir con ello.* Rem ad exitum perducere. Rem consequi, obtinere. *No saldrá con ello.* Non perficiet, non obtinebit.

Salir con la suya. Vincere in contentione, compotem voti evadere, invitis, & gementibus inimicis. *No saldrá con la suya.* Infringetur hominis improbitas, retundetur ejus audacia. Frustra erit hominis conatus, nihil proficiet. *Salióle con dar audiencia al Alcabalero.* Perseveravit jus publicano non dicere. *El se sale con quanto quiere.* Quillibet impunè facit. Omnia illi impunè cedunt. Ad omnia libertate, & impunitate abutitur.

Salir hombre de bien, ó bellaco. Virum bonum, aut improbum evadere. *Salió gran Filosofo.* Insignis Philosophus evasit.

Salir á la causa. Auctorem se profiteri.

Salir á la defensa. Causam suscipere, defensionem recipere. Patrocinium suscipere, subire, tueri.

Salir de si. De potestate mentis abire, furore corripi.

Salir de secreto. Postico discedere, egredi, sensim se abducere, clanculum elabi. *No sale de casa.* Domi se continet.

Salirle al encuentro, ó á recibirle. Occurrere alicui, obviam illi procedere, prodire. *Salir arrebatadamente, ó con impetu.* Erumpo, is. Erumpunt à fontium

tium fistulis subsilientes aquæ. Serpens è latibulis erupit.

Salida. Exitus, us. Egressio. *Salida arrebatada, impetuosa*. Eruptio, nis. *Dar buena salida á algo*. Commodè aliquid explicare, in bonum sensum vertere. Viam rei ambiguæ, ac difficilis expedire, exitum invenire.

Salidas buenas. Secessus amœni.

Tiene buenas salidas este lugar. Quacumque exieris, amœnissima loca, arboribus consita reperies. Hæc urbs undequaque venientes amœnissimè excipit: hortorum, ac nemorum prospectum spatiantibus subjicit; ambitu suo in prata, & hortorum delicias desinente cives suos oblectat, alienos allicit, omnium oculos pascit, & recreat.

Salitral. Nitrosus locus. Nitraria, æ.

Salitre. Nitrum, i.

Saliva. Saliva, æ. Sputum, i. *Tragar saliva*. Hœsito, as. Fluctuare animo, ægrèque difficultate se expedire.

Salmo. Psalmus, i. *Salmista*. Psaltes, Psalmographus, i. *Salterio*. Psalterium, ii.

Salmón. Salmo, nis.

Salmorejo. Salsilago, nis.

Salmuera. Muria, æ. Salsugo, nis.

Salobre agua. Aqua salsa, marina.

Salpicar con agua. Salientibus guttis prætereuntes aspergere, irrorare. *Salpicar de uno en otro*. Hinc inde carpere, libare. Nunc hæc, nunc illa tangere.

Salpicon. Concisa minutim caro, sale, & cæpè condita. Minutal, is.

Salpimienta. Sal piperi admixtum.

Salpimentar. Sale, ac pipere aspergere.

Salpresar. Carnem sale leviter aspergere. *Salpresado*. Sale condita caro.

Salpullido. Vide *Sarpullido*.

Salsa. Conditura, æ. Condimentum, i.

Salsera. Parva scutula pro condimento.

Salserilla de colores. Testula, vel concha pimentaria.

Salsereta donde echan los dados. Fritillus, i. Pyrgus, i. Tutricula, æ.

Salsifras, yervas. Saxifragum, i. vel Saxifraga, æ.

Saltar. Salio, is. Salto, as. *Saltar de arriba*. Desilio, is. *De abaxo arriba*. Insilio, is. *Saltar de la otra parte*. Transilio, is. *El que salta de una casa en otra*. Desultorius.

Salto. Saltus, us. *Dar saltos*. Salto, as. *Dar un salto ácia tras*. Resilire. *Mas vale salto de mata, que ruego de buenos*. Cum liceat fugere, noli contendere. *Á saltícos*. Saltuatim, subsultim.

Saltambarca. Chlamys, dis.

Saltear por los caminos. Latrocinor, aris. Itinera insidere, infestare, insidias habere, vias obsidere, viatoribus insidiari, ex insidiis eos occupare, excipere, intercipere, spoliare, explicare. È latebris, & saltibus in viatores grassari, irruere, incurrere, impetum facere, eosque hostiliter exuere.

Salteador. Grassator, insidiator, latro.

Salva en la comida. Prægustatio. *El que la hace*. Prægustator. *Hacerla*. Prægustationem facere, cibum, ac potum delibare, prægustare. *Hacer la salva á lo que va á decir quando no es muy honesto*. Honorem præfari. v. gr. *Con perdon de V. md.* Date mihi hanc veniam. *Hablando con perdon*. Si licet dicere. Honos sit auribus. *No dexó de saber esta salva*. Non abstinuit ita præfari. Suet.

Salva de artilleria. Festiva tormentorum tonitrua ad excipiendum, & salutandum Principem. *No hay polvora para tantas salvas*. Angustior mihi res est, quàm ut possim toties munificè largiri.

Salvadera. Theca pulviscularia.

Salvados. Furfur, uris.

Salvage. Solivagus, sylvestris, rusticus, setis horridus. *Salvagina cosa*. E sylvestri genere, autque ferino.

Salvar. Servo, as. Salvum aliquem facere. Salutem alicui dare, afferre, in salutem asserere, vindicare, in salutis portu collocare. Ex inferni faucibus animas eripere, in æternam felicitatem perducere.

Salvar la vida huyendo. Fuga sibi consulere. Salutem fuga petere.

Salvarse. Ex laboriosa vitæ hujus peregrinatione in æternam patriam pervenire. Ex hujus vitæ procellis, decumanisque fluctibus ad optatum salutis æternæ portum appellare. Decurso legitimè hujus vitæ stadio, metam feliciter cir-

cum-

conducere. Mortalis vitæ ærumnas cum immortali gaudio commutare. Vide *Gloria*, y *Cielo*.

Salvacion. Salus æterna. *Vame en esto la salvacion*. Mea in hac causa salus æterna agitur. *Por ningun bien del mundo se ha de aventurar la salvacion*. Bonum sempiternum pro nullo totius mundi est in discrimen vocandum, aut in in aleam casus committendum.

Salvador. Salvator, soter, eris. Servator. Assertor, vindex humani generis.

Salvilla. Basis argentea poculi.

Salvo. Salvus, incolumis. *Ponerse en salvo*. In locum munitum se recipere. *Para herirle mas á su salvo*. Quò tutiùs illum, & impuniùs feriret. *Tú le has de sacar á paz, y á salvo*. Tuum est pro illo periculum præstare.

Salvoconducto. Fides publica. *Darle*. Fidem publicam interponere.

Salvamento. Vide *Puerto*. *Llegar la nave á salvamento*. Navem ad portum appelli, ad portum tenere.

Salud. Valetudo, inis. Sanitas, atis. *Buena salud*. Bona valetudo, commoda, integra, firma. *Poca salud*. Incommoda valetudo, infirma, tenuis. Valetudinis gravitas, infirmitas, imbecillitas.

Perdida tengo la salud. Valetudinem amisi, perdidi. Adversa valetudine utor, iniqua valetudine conflictor. Valetudinis incommodum ægrè fero. Molesta nimis mihi est valetudinis gravitas, & infirmitas.

Mirad por la salud. Cura ut valeas. Saluti, si me amas, consule. Cura diligenter valetudinem. Parce valetudini. Da operam, ut valeas. Sustenta, & tuere valetudinem. Servi, inservi, indulge valetudini. Nullis sumptibus parcas, quibus ad valetudinem sit opus. Nulla tibi cura antiquior sit, quàm salutis.

Salud tengo. Valeo. Commoda, & firma satis valetudine utor.

Dios te dé salud. Salve. Salvus sis. Salvum, & incolumem te esse jubeo. *Mucho se ha de pasar por la salud*. Valetudinis causa multa ferenda sunt. Pro vita propaganda, & tuenda, multæ, & graves ærumnæ tolerandæ.

No te dé Dios salud. Pareas malè, teque dignam malo malam ætatem exigas.

Saludar. Saluto, as. Ave dicere. Salutem alicui dicere, impertire. *Saludaronse uno á otro*. Inter se consalutarunt.

Saludador. Sanandi munere præditus. Curationis gratia valens.

Saludable. Salutaris, salubris, salutifer. *Saludablemente*. Salubriter, salutariter.

Salutacion. Salutatio, nis. *Del sermon*. Concionis exordium.

Salvia, yerva. Salvia, æ.

Salvonór. Sedes, is. Anus, i.

Sanar á otro. Sano, as. Sanum aliquem facere, reddere. Vide *Curar*.

Sanar, ó cobrar salud. Convalesco, is. È morbo recreari. Sanum fieri, sanari.

Sanable. Sanabilis, e. Quod sanari potest. *Sanamente*. Cordatè, mente sana.

Sano hombre. Sanus, valens, corpore firmus. *Sano lugar, ó manjar*. Locus, aut cibus salubris. Loci, cibique salubritas. *Con sana intencion*. Bono animo.

Sanidad. Sanitas, tis. Bona corporis habitudo. Vide *Salud*.

Sanbenito de hereges. Sagum pallidum, infame, decussata cruce rubens, quo notantur, qui à catholica fide defecerunt, & conversi sunt. *Sanbenitado*. Sago infami notatus.

Sandalia. Sandalium, ii. Solea, æ.

Sándalos. Blitum, i.

Sandia. Ventrosus Pepo.

Sandio. Stolidus, insanus. Vide *Loco*.

Sanzar algo. Satisdo, as. Vitium alicujus rei, aut periculum præstare.

Saneamiento. Satisdatio, cautio, nis.

Sangre. Sanguis, inis. Cruor, oris. *Corriendo sangre*. Sanguine perpluens. *Á sangre caliente llegamos*. Calente adhuc re, pervenimus. *Á sangre fria se resuelve mejor*. Defervente ira, melius consilium capitur. *Ahora veré si tiene sangre en el ojo*. Nunc experiar, sitne tibi honoris cura. *No corrió sangre en la pendencia*. Citra sanguinem pugnatum est. Intra convicia rixa constitit. *Hacer sangre*. Acriter se coercere, cupiditates frangere. Licentiæ, ac libidini fræna injicere. Cupiditatibus imperare.

Sangre noble. Generosus sanguis, clarus, illustris. *No parece que tiene gota de sangre noble*. Nullum generosæ mentis signum in eo elucet. Nihil in illo subli-

me,

me, nil celsum, ac magnificum vidèas. Omnes cogitationes in res humiles, & contemptas abjecit. *Helósele la sangre al oir esto.* Ad hæc audita obriguit, expalluit.

Sangre corrompida. Sanies, ei. Tabum, i.

Sangre lluvia en las mugeres. Sanguinis fluxus, profluvium sanguinis.

Sangraza. Sanguis aquosus, crassus. *Mala sangre.* Sanguis vitiosus, corruptus. *Cosa sangre.* Sanguineus, a, um. *Cosa sin sangre.* Exanguis, e.

Sangrar. Venam incidere, secare. Sanguinem venis detrahere, minuere. *Sangrar el brazo.* Sanguinem ex brachio mittere. *Sangrar el rio para regar.* Amnem canaliculis excipere, aquam per incilia derivare.

Sangrador. Phlebotomus, i.

Sangria. Sanguinis missio. Incisio venæ.

Sangradera de agua. Emissarium, ii.

Sangriento. Sanguinolentus, cruentus, cruentatus. Sanguine madidus, tinctus, infectus, aspersus.

Sanguineo. Sanguineus, sanguine abundans.

Sanguijuela, ó sanguisuela. Hirudo, nis. Sanguisuga, æ.

Sanguinario. Vide *Cruel.*

Saña. Ira, furor, indignatio, nis.

Sañudo. Iracundus, indignabundus.

Santa cosa. Sanctus, a, um. Augustus, sacer, sacrosanctus. *Santo canonizado.* Indiges, etis. In sanctorum numerum relatus. Sanctorum fastis adscriptus. *Este tiene andado mucho para ser Santo.* Huic optimè vivendi ratio comparata est. Natura ad virtutem illum finxisse videtur. *Tienenle por Santo.* A vitæ integritate, & innocentia sanctus vulgò audit, justus, & pius habetur. *Es hombre santo.* Vir est insigni pietate, ac virtute præditus.

Santos del Cielo. Cœlites, superi, cœlicolæ, divi, beati.

Santon. Pietatis cultu nimius.

Santamente. Sanctè, augustè, piè.

Santidad. Sanctimonia, sanctitas. Vitæ innocentia, integritas. Sanctitudo, pietas, religio. *La santidad de tu vida es tu mayor disculpa.* Integritas tua te purgat.

Santificar. Sanctum aliquid facere, efficere, sacro cultui destinare, omni labe purgare, Deo sacrare, consecrare.

Santero. Sacri loci custos.

Santuario. Ædes sacra, quæ magna populi religione colitur.

Santiguar á uno. Precibus, & crucis signo ægro Dei favorem conciliare.

Santiguarse. Signo crucis se munire.

Sapo. Bufo, nis.

Saquear la Ciudad. Urbem diripere.

Saqueador. Direptor, oris.

Sarampion. Papulæ rubentes.

Sarao. Tripudium festivum. Nobilium festiva saltatio.

Sarda, pez. Sarda, æ.

Sardesco. Sarda, æ.

Sardina. Sardinia, æ.

Sargento de un tercio. Legionis instructor. *De una Compañia.* Instructor centuriæ.

Sarmiento. Palmes, itis. *Para quemar.* Sarmentum, i. *Para plantar.* Malleolus, i. Novellus palmes.

Sarmentar. Sarmenta colligere.

Sarna. Scabies, ei. *Perruna.* Psora, æ.

Sarnoso. Scabiosus, a, um.

Sarpullido. Vitiligo, nis.

Sarro de la lengua. Linguæ squalor.

Del orinal, ó vasija. Sordes, rubigo. *Tener sarro.* Rubigine squalere, sordibus concretum esse. *Cosa con sarro.* Squalidus, sordidus.

Sarta de perlas. Linea margaritarum.

Sarta de galeotes. Striga remigum.

Sartal. Monile baccatum.

Sarten. Sartago, inis.

Sartenazo. Sartaginis ictus.

Sastre. Sartor, oris. *Buen hombre es, pero mal sastre.* Vir bonus ille quidem, sed non ita eruditus.

Satisfacer. Satisfacio, is. *Aun no está satisfecho.* Adhuc aliquid requirit. *Yo me doy por satisfecho.* Cumulatè mihi satisfactum esse fateor. Nihil amplius desidero. *Bien haces de estar satisfecho del amor que te tengo.* De animo erga te meo benè facis, quòd non dubitas. *Muy satisfecho de si.* Sibi ipsi confidens. Nimium sibi placens. Se uno contentus.

Sa-

Satisfaccion. Satisfactio, nis. *La satisfaccion con que habla.* Quam confidenter loquitur. *No habia para qué darle tantas satisfacciones.* Nihil erat, quod te illi tantopere purgares.

Satrapa. Satrapes, vel Satrapa, æ. *Es gran satrapa.* Astutus, versutus, vafer, callidus.

Satyra. Satyra, æ. Famosus libellus. *Todo este libro es una satyra contra el gobierno.* Hic liber nihil aliud, quàm magistratus exagitat, quorum avaritiam carpit, ambitionem damnat, fastum traducit, luxum vituperat, libidinem sugillat.

Satyrico. Satyricus homo, maledicus, liberiùs dicax. Acer vitiorum insectator. In vitiosos acutus, acer, & vehemens.

Saúco. Sumbucus, i.

Sauce. Salix, icis. *Saucedal, lugar de sauces.* Salicetum, i.

Saya de muger. Stola muliebris.

Sayal. Crassus, & vilis pannus. Sagnum, saccus, i. Cilicina, & villosa vestis. *Vestido de sayal.* Sagetus, sacco indutus. *Debaxo del sayal, hay algo.* Sæpè sub sordido palliolo habitat sapientia.

Saynete. Gulæ irritamentum. *Las sentencias agudas, y picantes son el saynete de los entendidos.* Argutis, contortisque sententiis mirè delectantur ingeniosi, aculeata dicta mirificè probant.

Sayo, ó ropilla. Tunica stricta.

Sayon. Satelles, carnifex, icis.

Sazon. Opportunitas, tempus opportunum, tempestivitas. *Á sazon.* Opportunè, tempestivè, in tempore.

Sazonar. Sale condire, sapidum, & jucundum aliquid reddere, efficere. Gratiam rei conciliare. *Amor es la salsa que todo lo sazona.* Nihil est tam acerbum, quod amoris suavitate conditum non juvet, ac delectet. Amoris condimento, quod est amatum, melle dulcius redditur, efficitur.

Sazonada cosa. Res salsa, jucunda, gratissimi saporis. Vide *Gracioso.*

S ANTE E.

Sebo. Sebum, vel sevum, i. *Para untar el exe.* Axungia, æ. *Vela de sebo.* Candela sabacea. *Hacer velas de sebo.* Sebare, aut sevare candelas.

Seboso. Sevo sordidus, abundans. Sebosus, vel sevosus.

Secar. Sicco, as. Exsicco, vel Exicco, arefacio, is.

Secarse. Areo, es. Exaresco, is.

Secas de la garganta. Adenes, um. *Comer pan á secas.* Pane tantùm vesci. Panem sine obsonio manducare.

Seco. Aridus, siccus. *Seco, sin jugo.* Exsuccus, exanguis, e. *Estar seco.* Areo, es.

Hombre seco. Homo tetricus, taciturnus. *Secamente nos despidió.* Frigidè, ac jejunè nos dimisit.

Secura, ó sequedad. Siccitas, atis. *Grande sequedad es la de este año.* Mira, & inaudita hujus anni siccitas. Pluviæ inopia, qua multis jam mensibus laboramus seges jejuna, & humilis in agris exarescit. Terra passim dehiscens aquam inhiat, deficiunt amnes, fontes arent, paludes exiccatæ sunt.

Secrestar, ó seqüestrar los bienes. Bona sequestrare, apud aliquem deponere.

Secrestacion, ó seqüestracion, seqüestro, ó secresto. Bonorum sequestratio, depositum.

Secreto. Arcanum, i. Secretum, i.

Secreta cosa. Occultus, abditus, arcanus, absconditus, tectus, clandestinus, abstrusus. *En mí el secreto es como agua en cesto.* Arcanum ego continere non valeo, plenus sum rimarum, hac, & istac perfluo. Jam prurit animus, & gestit secretum foras mittere.

Secretamente, en secreto. Secretò, clam, remotis arbitris, occultè, ex occulto, furtim, clanculum, abditè, obscurè, latenter.

Secretario. Qui est à secretis. Intimus à consiliis alicujus. *Secretario de Estado.* Secretioris scrinii custos.

Secretaría. Tabularium, ii. vel Munus ejus, qui est à secretis.

Secretas. Vide *Necesarias.*

Secta. Secta, æ. Hæresis, is.

Secular. Sæcularis, profanus.

Sed. Sitis, is. *Muerto de sed.* Siti pænè enectus. *Tener sed.* Sitio, is. *Cosa que da sed.* Siticulosus, a, um. *No dará una sed de agua.* Pumex non æquè est aridus, atque hic est homo. Sitim urendam ab

ab hoc si roges, numquam dabit.

Sediento. Sitiens, tis. Sitibundus.

Seda. Bombyx, cis. Sericum, i. *Cosa de seda*. Sericus, bombycinus, a, um. *Hombre vestido de seda*. Sericatus.

Sedal. Sera piscatoria.

Sedicioso. Vide. *Alborotador*.

Segar. Meto, demeto, is. *Siega*. Messis, is.

Segador. Messor, oris.

Seglar. Laicus, profanus.

Seguir Sequor, insequor, subsequor, eris. Sector, aris. Majorum vestigiis, vel in vestigiis insistere. Vestigia alicujus premere. *Todos le siguieron*. Pedibus in ejus sententiam itum est. *A este Autor principalmente seguimos con cierta cortapisa*. Hunc Autorem, correctione quadam adhibita, potissimum secuti sumus. *De lo qual se sigue que, &c.* Ex quo fit, sequitur, efficitur, ut &c. *Seguimos cada uno su afecto*. In sua quemque voluptas.

Seguirse un pleyto. Jus suum in judicio persequi.

Seguidor. Sectator, oris. Assecla, æ.

Siguiente. Sequens, tis. Proximus.

Seguimiento. Assectatio, nis.

Ir en seguimiento de uno. Vestigiis aliquem sequi, persequi, insectari.

Segun. Secundum, juxta, ex, pro.

SEGUN. Pro, prout, pro eo ut. *Ninguno hubo, que no me defendiese segun sus fuerzas*. Nemo fuit, qui non me pro suis opibus in illa tempestate defenderit. *Cada uno segun su possibilidad, ó caudal dió para la estatua*. Pro sua quisque facultate pecuniam ad statuam contulerunt. *Procuré declarar este lugar segun la cortedad de mi ingenio*. Pro mea ingenii tenuitate, vel pro eo, ut mea fert ingenii tenuitas, lucem huic loco afferre curavi. *Segun la capacidad de los muchachos*. Pro puerorum captu. Pro ut pueri capere poterant. *Brevemente segun mi costumbre*. Breviter pro mea consuetudine.

SEGUN. Ex. *Escribir algo segun la opinion, y voz que corre*. Ex opinione hominum, atque fama aliquid scribere. *Obrar segun el orden*. Ex præscripto agere. *Resolverse segun el tiempo, y la ocasion*. Ex re, & ex tempore statuere. E re nata consilium capere.

Segun lo que. Pro eo quantum. *Segun lo que pesan se estiman*. Pro eo, quantum in quibusque sit ponderis, æstimantur, pro ponderis magnitudine. *Segun lo que te estimo, pasaré por todo lo que hicieres*. Pro eo quanti te facio, quidquid feceris approbabo.

SEGUN es de miserable, le pesa mucho el gasto. Quæ est hominis tenacitas, cujus est tenacitatis, vel qua est tenacitate, sumptum ut immodicum timebit. *Segun es su autoridad, y credito, facilmente lo alcanzará*. Cujus est auctoritate, & gratia, vel qua est auctoritate, & gratia facile impetrabit. *Segun sois de antojadizos, ya debeis de gustar de otra cosa*. Quæ vestra libido est, jam aliud, credo, concupiscitis.

Segun eso. Ergo, igitur. *Segun eso ninguno hay, que no tenga trabajos: ninguno*. Nemo ergo non miser: prorsus nemo. *Segun eso no tienes que temer*. Nihil igitur est, quod timeas.

Segun yo siento. Ut ego sentio. Mea quidem sententia. Ut mea fert opinio. *Segun lo que dice Platon*. Ex Platonis sententia. Secundum Platonem.

Segundo. Secundus, primo proximus. *En segundo lugar*. Secundo loco. *Lo segundo porque, &c.* Deinde quia, tum quia. Moveor etiam quia. *Accidit* quod, &c.

Segunda vez. Iterum secundò. *Lo que se saca segunda vez*. Secundarius.

Segur para cortar. Securis, is.

Segura cosa. Securus, tutus, a, um.

En ninguna parte le parece que está seguro. Nihil sibi tutum, nihil insidiis vacuum putat. Nullo loco satis tectum, & munitum se judicat. Nullibi præsidii satis sibi esse censet. Ubique securitatis anxius est. Omnia tuta timet. Nusquam securitate gaudet.

Seguro estoy del perdon. Securus veniæ sum. Nihil de venia sum sollicitus.

Seguridad. Securitas tis. *Cedula de seguro*. Fidei cautio. *Darla de ambas partes*. Satisdare, & satis accipere.

Seguramente, ó buen seguro. Certè. Quidem. Quidem certè.

Seguro que yo no pasaré por ello. Ego quidem, non patiar. Non approbabo.

em certè. *Y quando fuerá tan falso como ellos, á buen seguro que no fuera tan necio.* Quod si essem ea perfidia, qua sunt ii, tamen ea stultitia certè non essem. Cic.

Seis. Sex. *Seis veces.* Sexies. *De seis en seis.* Seni, æ, a. *Numero de seis.* Senarius numerus. *Cosa de seis esquinas.* Sexangulus.

Seiscientos. Sexcenti, æ, a. *Seiscientos mil hombres.* Sexcenta millia hominum. *Seiscientas veces.* Sexcenties.

Sello. Signum, i. Sigillum, i.

Echar el sello á una cosa. Rem perficere, conficere. Coronides illi imponere.

Sellar. Signo, as. Obsigno, consigno, as. Sigillo munire litteras. *Cosa sellada.* Res sigillo munita.

Sellador. Signator, oris.

Selladura. Signatura, æ.

Selva. Silva, æ. Nemus, oris. *Cosa de selva.* Sylvestris, e.

Semana. Hebdomas, dis. Hebdomada, æ.

Semanero. Hebdomadarius, ii.

Semblante. Vultus, us. *Qué de veces engaña el semblante!* Quam multa vultus simulat, & dissimulat! Frons, oculi, vultus sæpe fallunt, persæpe mentiuntur. Fronti nulla fides.

Muda muchas veces el semblante. Incertus illi, & varius est vultus. Crebrò colorem mutat. Non eundem vultum refert. Vultum sæpe, aut casu variat, aut callidè fingit, nunc contemnenti similis, nunc ridenti.

Sembrar. Semino, as. Sero, is. Sementem facere. Semina terræ spargere, mandare. *Sembrar cizaña.* Discordias, lites, crimina serere. Odium, & invidiam rumusculis concitare, excitare, conflare. *Como sembrares cogerás.* Ut sementem feceris, ita & metes.

Sembrador. Sator, seminator, oris.

Sembrados. Segetes, um. Sata, orum.

Sembradura. Satio, nis. Sementis, is.

Sementera. Serendi tempus. Sementis.

Semilla, ó semiente. Semen, inis.

Seminario. Seminarium, ii.

Semejante. Similis, consimilis, assimilis, ejusdem modi, rationis, aut generis. *Quien trata con semejantes naturales, tiene harto trabajo.* Qui cum ingeniis ejusmodi versatur, miser prorsus est.

Es semejante á su padre. Patri assimilis est. Patrem ore, habitu, & incessu refert, patris faciem exhibet, reddit, repræsentat. Patris speciem gerit. Patris viva effigies. *Cada uno ama á su semejante.* Simile gaudet sibi simili. Graculus graculo assidet. Cicadæ cicada chara.

Semejanza. Similitudo, imago, inis. Species, ei. Vide *Modo*, y *manera.*

Semejantemente. Simili modo.

Semejable. Assimilandus, a, um.

San, yerva. Senia, æ.

Senado. Senatus, us. Consilium publicum, Senatorum conventus, ordo amplissimus. *Senadores.* Senatores. Patres conscripti. *Hijo del Senador.* Patritius, vir amplissimus.

Sencilla cosa. Simplex, icis. *Es hombre muy sencillo.* Candido est, ac simplici animo, moribus antiquis, fraudis, ac doli expers, syncerus, apertissimus.

Sencillez. Simplicitas, candor animi.

Sencillamente. Candidè, simpliciter, apertè, sine fuco, ac fallacia.

Senda, ó sendero. Semita, trames, tis.

Sendos, sendas. Singuli, æ, a. *Sendas manzanas á cada uno.* Singulis singula poma.

Senescál. Senior inter domesticos.

Seña. Signum, i. *Con la cabeza.* Nutus, us. *Hacer señas.* Nutibus amorem mutuum declarare. *Hacerse señas, mostrando algo con la cabeza.* Innuo, is. *Afirmando.* Annuo, is. *Negando.* Abnuo, renuo, is. *Dar las señas de la cosa perdida.* Rei amissæ formam, & quantitatem dicere. *Pedir, ó mandar por señas.* Desiderii, aut voluntatis suæ signum dare, ostendere. *Que por señas de &c. me des aquel libro.* Hoc tibi voluntatis domini signum sit, & fidem faciat, ac præstet, ut quem peto librum, mihi tradere non dubites. *Á la menor seña que le hagas vendrá.* Ad digiti crepitum aderit.

Señal. Signum, i. *De nobleza.* Insigne, is. Stemma, tis. *De virtud.* Virtutis spe-

species, aut specimen. *Señal de golpe.* Vibex, icis. *De herida.* Cicatrix, icis.

Señal de compra, ó contrato. Artha, æ. Arrabo, nis. *Señal en la guerra.* Symbolum, i. Tessera, æ. *Señal de mina.* Segullum, i. *Buena señal.* Felix omen. *Mala.* Infaustum.

Señalado, ó excellente. Insignis, eximius, egregius, excellens, tis. *Señalado por Consul.* Consul designatus, destinatus. *Señalado por infame.* Ignominia notatus, nota turpitudinis affectus. *Esclavo señalado.* Stigmaticus servus. *Señalado por la naturaleza.* Naturæ vitio fugiendus.

Señalar. Noto, as. Nota signare. *Con fuego.* Inuro, is. *Con el dedo.* Indico, as.

Señalar para algo á alguno. Eligo, is. Destino, designo, as. *Señalar el dia de parecer ante el Juez.* Vadimonium constituere. Vide *Plaza.*

Señalarse entre otros. Cæteris præstare. Inter alios præstare, eminere. Ante alios excellere. Primas ferre. *Señalado entre todos.* Præstantissimus.

Señaladamente. Insigniter, egregiè.

Señor. Dominus, herus, i. *Señor de vasallos.* Toparca, æ. *El Señor de casa.* Paterfamilias. *De la quarta parte del Reyno.* Tetrarcha, æ. *Señor soberano.* Regulus, i. Dynasta, æ. *Quien es tan señor de si, que &c.* Quis tam sui compos est, cui mentis tanta potestas est, ut &c.

Señora. Domina, hera, æ. *Señora de casa.* Materfamilias. Matrona, æ. *Señora ilustre.* Heroina, æ.

Señores grandes. Magnates, Duces, optimates, proceres, primores, megistanes.

Señorio. Dominatus, us. Ditio, onis. Principatus, us. *Ser de señorio, ó estar debaxo de él.* Esse sub potestate, ditione, imperio alicujus. In principis alicujus ditione, aut dominatu censeri, contineri.

Suma. Summa, æ. Epilogus, i. *En suma.* Ad summam, in summa. *Gran suma de dinero.* Ingens vis auri, & argenti. Prægrandis pecuniæ summa. Magnum auri pondus. *Juntó gran suma de dinero.* Ingentem vim auri, & argenti coegit, congessit, coacervavit.
Sumar cuentas. In summam redigere, conferre. Summam rationis conficere. Ad unam summam omnia referre.
Sumario. Summarium, ii. Summa, æ.
Sumariamente. Summatim, strictim, paucis.
Sumiller de Corps. Summus Regii cubiculi Præfectus, qui subuculam Regi ministrat. *Sumiller de cortina.* Qui Regii velum pandit.
Sumir. Mergo, is. *Sumese el papel.* Attramentum charta bibit, atramento papyrus permadescit. *Papel que se sume.* Charta, aut papyrus bibula.
Sumidero. Vorago, nis.
Sumision. Summissio, nis. *Pidiôme con toda sumision, que le amparase.* Mihi quàm potuit submissè supplicavit, suppliciter à me precatus est, intimis precibus à me contendit, ut causam suam susciperem.
Sumo. Summus, a, um. *Lo sumo á que puede llegar.* Summum, ad quod aspirare potest, hoc est. *Suma locura.* Amentia summa. *Sumamente.* Summè, maximè.
Sumamente lo desea. Id summè concupiscit.
Suntuoso. Sumptuosus, splendidus, magnificus. *Suntuosamente.* Sumptuosè, magnificè, splendidè.
Supercheria. Vide *Demasia.*
Superficie. Superficies, ei. *Superficialmente.* Perfunctoriè, in speciem. Simulatè.
Superfluo. Supervacuus, supervacaneus, superfluus, redundans, tis.
Superfluidad. Redundantia, æ.
Superintendente. Curator operis. Inspector. Præpositus alicui muneri.
Superintendencia. Præfectura, æ.
Superior. Superior dignitate, qui subditos habet. Præsul, is. Præpositus. *Es cosa superior.* Res eximia, egregia, præstantissima. Nihil supra. *Superioridad.* Superioris dignitas, præstantia.

Su-

Superioridad. Præstantia, præfectura, æ.

Superiormente. Egregiè, eximiè, præstantissimè, præclarè.

Superlativo. Superlativus, a, um.

Supersticion. Superstitio, nis. Vana religio. *Supersticioso.* Superstitiosus, superstitione imbutus. *Supersticiosamente.* Superstitiosè.

Suplemento. Supplementum, i.

Suplicaciones, ó barquillos. Bracteæ panis melliti convolutæ. *Suplicacionero, barquillero.* Qui melliti panis bracteas conficit, aut vendit.

Suplicar. Supplico, as. Precor, deprecor, aris. *Suplicar humildemente.* Suppliciter deprecari. Supplices ad aliquem manus tendere, ad ejus pedes supplicem se abjicere.

Suplica. Supplex deprecatio. Postulatum, postulatio. *Hacer alguna súplica.* Postulata interponere.

Suplir. Suppleo, es. *Suplir por otro.* Alterius vice fungi, absentis vices gerere, partes ejus suscipere, onus ejus subire, sustinere.

Suponer. Suppono, is. *Supone mucho, es persona de mucha suposicion.* Vir est magnæ existimationis, & auctoritatis. *Supongamos que quiere.* Fac velle. Fingedemus, ponamus ita esse. *Suponen cosas dudosas por ciertas, y assentadas.* Dubia pro certis, & concessis sumuntur.

Supuesto en la oracion. Persona agens.
Hijo supuesto. Subdititius, supposititius. *Esto supuesto.* Hoc præjacto fundamento. His positis, aut præmissis.

Supuesto que. Cum, quoniam, quando. *Supuesto que se sabe, para qué regateas el decirlo?* Cum constet, quando res constat, quid dicere gravaris?

Suprema cosa. Supremus, summus, a, um.

Suprimir. Supprimo, is. Vide *Ocultar.*

Surcar, y surco. Vide *Sulcar.*

Surgir. Appello, is. Vide *Aportar.*

Surtir. Resulto, as. Resilio, is. *De alli surtió este daño.* Inde hoc malum extitit, serpsit, emanavit.

Susodicho. Prædictus, supradictus.

Suspender, ó dilatar algo. Diferre aliquid in aliud tempus. *Suspendí mi juicio.* Sustinui me ab omni assensu. *Suspende los oyentes.* Suspensam concionem retinet.

Suspenso. Suspensus, incertus, anceps, itis. *Estoy suspenso hasta ver el suceso.* Pendeo animi spectatione eventus. *Estamos suspensos, hasta que vuelva con la respuesta.* Pendemus animis, donec responsum referat. Suspensi sumus responsi expectatione.

Suspension. Suspensio animi. *En gran suspension estamos.* Obscura, & certa expectatione pendemus. *Suspension, censura.* Suspensio.

Suspiro. Suspirium, ii. Suspiratio, nis. *Dar grandes suspiros.* Suspiria ab imo pectore ducere, solvere, laxare.

Suspirar. Suspiro, as. Suspirium edere, emittere, ab imo trahere. *Suspirar por alguno.* In aliquem suspirare.

Sustancia. Substantia, æ. *Esto es en sustancia.* Hoc caput, & summa causæ est. Ad summam res ita se habet. Hoc est totius operis argumentum. *No es hombre de sustancia.* Futilis homo est, & levi sententia. *No es esto cosa de sustancia.* Levia hæc sunt, frivola, & inania, nullius ponderis, aut momenti.

Sustancia de ave. Avis pulpa contusa, pista, sorbendo apta.

Sustanciar el proceso. Litem contestari, testimoniis causam roborare, munire. *Cosa sustancial, ó de sustancia.* Res magni ponderis, & momenti. *Cosa sin sustancia.* Levis, inanis.

Sustentar cosa de peso. Sustineo, fulcio, suffulcio, is. *Sustentar, ó mantener.* Alo, is. Pasco, is. Sustineo, sustento, as.

Sustentarse. Victo, as. De suo vivere. Herbis, & pane vescor.

Sustentar conclusiones. Assertiones defendere, theses propugnare, themata tueri, sustinere. *Sustentante.* Propugnator, defensor, oris.

Sustento. Cibus, i. Alimentum, esca, æ.

Sustituir. Substituo, is. Aliquem in alterius locum sufficere, subrogare, subdere, in ejus loco constituere.

Sustituto. Vicarius, qui vicem alterius obtinet, in ejus locum suffectus.

Susto. Consternatio, pavor, perturbatio

lo ex tristi & subito casu. *Asustarse.* onsternari, perturbari.

Susurrar. Susurro, insusurro, as. Aliiid alicui in aurem suggerere.

Sutil. Subtilis, e. Acutus, a, um.

Sutileza. Subtilitas, acumen, inis.

Sutilmente. Subtiliter, acutè.

Sutilizar. Acuo, is. Exacuo, is.

Suyo. Suus, a, um. *No saldrán con la uya.* Rem ad exitum non perducent. *Saló con la suya.* Vicit. Causam tenuit. Voti compos evasit. *Llevar la suya adeante.* Sententiam suam pertinaciter deendere, tueri. *Esto tiene de suyo.* Hoc li insitum, & innatum est. *De suyo es erox, y pertinaz.* Suapte ingenio ferox, : contumax. Indole feroci, & contumai. *De suyo es muy atado.* Natura impeitissimus est. *Nadie sabe lo que es suyo.* ona, & fortunæ cujusque ad incertum evocantur.

T ANTE A.

T*Aba.* Talus, quo pueri ludunt.

Tabaco. Tabacum, i. *Tomarle en pol-o.* Pulvisculum patula nare excipere, sorbere. *Tomarle en humo.* Exusto in oncha folio, fumum per fistulam afflau attrahere, & in os exceptum emittere.

Tabaquera. Tabaci capsula, pyxis.

Tabaloa. Vociferantium confusio. Strepitus inconditæ multitudinis.

Tabano. Tabanus, i. œstrum, asys, i.

Tabardillo. Vide *Tavardillo.*

Taberna. Cauponia, æ. Œnopolium, Taberna vinaria. *Tabernilla.* Caupoula, æ. *Tabernero.* Caupo, nis. Tabernarius, ii.

Tabernaculo. Tabernaculum, i.

Tabique. Paries cratitius, diplinthius.

Tabla. Tabula, æ. *Larga, y gruesa.* ssis, is. *Tabla para contar.* Abacus, i. *abla del libro.* Index, elenchus, i. *De anteles.* Mappa extensa. *De rio.* Æior, oris.

Tabla enbarnizada. Palimpsestus, i. ibella delebilis. Pitatium, pictatium, l pyctatium, ii. Tabella gypsata, dealta. *Esto es de tabla.* Hoc jam pridem : statutum, jam diu pro constitutione tenetur, & immutabile sedet.

Tablilla del A, B, C. Tabella elementaria. *De meson.* Tabella, diversorii insigne. *Tablillas para escribir.* Pugillares, ium.

Tablado. Tabulatum, i. *Donde representan.* Proscenium, theatrum, i.

Tablagero. Aleatoriæ domus dominus, aleatoribus instrumenta ministrans. *Tablageria, ó casa de juego.* Forum aleatorium, aleatoria officina.

Tablero de dados, ó axedréz. Alveolus, i. *Pongo mi vida al tablero.* Me in discrimen do, vitamque meam in aleam casus committo.

Tabuco. Gurgustium, tugurium, ii.

Taburete. Sedile, is. Sedicula, sedecula, æ.

Tacaño. Improbus, versutus, fraudulentus. *Tacañeria.* Improbitas, fraus, dis.

Tacha. Vitium, defectus, us. Mendum. *Una tacha le ponen, que no pierde ocasion de alabarse.* Unum illi objicitur, quod nullam suæ laudis occasionem prætermittit. *Sola esta tacha tiene.* Hoc uno vitio laborat, hoc unum mendum continet. In ejus summis laudibus unam jactantiam excipiunt. *Mirad que tacha me ponen.* Videte quam rem mihi vitio vertant, quo nomine illis displiceam, malèque apud eos audiam.

Tachar. Notam apponere, censoriam notam inurere. *Tachar las testigos.* Testium fidem elevare, sugillare, testes infirmare.

Tachones. Clavi umbellati. *Tachonado.* Clavis umbellatis ornare, munire.

Tachuela. Clavulus umbellatus.

Tacitamente. Tacitè.

Taco, ó tarugo. Subscus, dis. *Taco de truces.* Trudiculus, i. Lusorius bacillus.

Tacos. Sarcimen calcei.

Tacto. Tactus, us. Tactio, nis.

Tagarote. Africanus accipiter.

Tahali. Baltheus, baltheum, ei.

Tahona. Pistrinum. Vide *Atahona.*

Tahur. Aleptor famosus, assiduus.

Tajar. Scindo, is. Seco as. *Tajar la pluma.* Calamum aptare, temperare.

Tajada. Segmentum, segmen, inis. *Haréte tajadas.* Te in frusta secabo, concidam. *Peña tajada.* Prærupta rupes.

Tajador, ó tajadero. Quadra lignea.

Tajo con espada. Plaga cæsim inflicta.

Taja de cuenta. Talea, tesserula, æ.

Tajon de Contador. Truncus, i.

Taimado. Callidus ad fraudem. Versipellis, versutus, veterator.

Tal. Talis, e. Is, ea, id. *Procura ser tal, qual deseas parecer.* Præsta te eum, qui videri cupis. *Tal para qual.* Cæcus cæcam ducit. Dignum patella operculum. *Tal es aquello del Poeta.* Huc alludit illud Poetæ. Ejusdem generis est illud, ejusdem farinæ. *No hay tal.* Nego, non est ita. *Pienta que habla con otro tal como él.* Cum sui loci, atque ordinis homine agere se putat. *Con tal que.* Modò. Cum eo, ut. *Con tal que no.* Modò ne. Cum eo, ne.

Tal qual. Qualiscumque. Qualisqualis.

Talabarte. Baltheus, vel baltheum, ei.

Taladro. Terebra, æ. Vide *Barreno.*

Taladrar. Terebro, as. Perterebro, as.

Talamo. Thalamus, i. Genialis torus.

Talanquera. Cavea, æ. Tabulata, orum. *Hablar de talanquera.* É plaustro loqui.

Talante. Affectus, us. Voluntas, animus. *Estar de buen talante.* Placido, & læto animo, aut vultu esse. Probè affectum esse. *No sé de qué talante está.* Quemadmodum animo affectus sit, ignoro. *En los ojos se conoce de que talante está uno.* Oculi, quemadmodum animo affecti sumus, loquuntur. *No está de talante, que podamos esperar de él cosa buena.* Non sic affectus est, ut benè de eo sperare possimus.

Talar los campos. Agros vastare, populari, depulari. Hostes infesti signis populabundi per campos discurrunt. Omnia longè, latèque infestant, vastant, diripiunt, rapinis exhauriunt, ferro, ac flamma populantur.

Tala de los campos. Agrorum vastitas, vastatio, depoculatio.

Talpe. Schistus in tenuissimas bracteas fissilis.

Talega. Mantica, æ.

Talego. Saccus pro pecunia.

Talento, moneda. Talentum, i. (*Vale mil y ducientos ducados nuestros, poco mas, ó menos.*) *Talento, habilidad.* Ingenium, facultas, atis. *Talentos, ó prendas.* Dotes animi præclaræ. *No tiene talento para eso.* Ineptus, inhabilis est, minimè idoneus est huic muneri, vel ad hoc munus.

Talion, pena. Talio, nis.

Talla. Vide *Escultura.* *Cosa de talla.* Sculptile opus. Statua, signum. *Figura de media talla.* Herma, æ.

Talle. Corporis habitus, forma. *Hombre de lindo talle.* Præstanti corpore juvenis, facie liberali, forma eximia, vultu membrisque decorus, corporis habitu perquam venustus, lætissima hominis species.

Talle llevas de dar con todo el trato. Propè est, ut omnia vertas. Rationem inisti, qua omnia corrumpas. *No tiene talle de acabarlo.* Cunctantiùs agit, & negligentiùs, quàm ut perficere possit.

Talle llevas de llevar calabazas. Haud procul habes à repulsa. Non multum abes, quin repulsam feras. *No lleva talle de aprenderlo.* Tardiùs discit, quàm, ut perdiscere possit. *No tiene talle de eso.* Longè ab ea laude, vel vitio abesse videtur.

Taller. Officina lignaria. *Banco de taller.* Cantherius, ii.

Tallo. Caulis, is. Scapus, i. *Tallecer.* Caules emittere, producere. *Tallado.* Exoletus, adultus, a, um.

Talon del pie. Talus, i. Calx, icis. *Tamaño.* Tantus, a, um. *Tamaño como un garbanzo.* Instar ciceris. *El tamaño de una cosa.* Rei modulus, quantitas. *Del tamaño de un pulgar.* Pollicis magnitudine, quantus pollex, instar pollicis.

Tamañico. Tantulus, tantillus. *Qué grande estás, que te conocí tamañito!* Quantus è quantillo factus es!

Tamaras de datiles. Spadix, icis.

Tamarindos. Dactyli Indici.

Tamariz. Myrica, æ. Tamarix, icis.

Tambien. Etiam, quoque, nec non.

Nota, que Tambien, *se hace elegantemente por* Idem, *quando decimos, que quien tiene tal propiedad, tiene tambien otra, que anda con ella*: v. gr. *Ninguno es*

politico, que no sea tambien disimulado. Nullus politicæ calliditati studet, sin tectus idem, & obscurus sit. *Apenas hay adultera, que no sea tambien hechicera.* Nullam ferè adulteram invenias, sin malefica eadem sit. *Ninguna cosa aprovecha, que no pueda tambien hacer daño.* Nihil prodest, quod non lædere possit idem. Ovid.

Tambien. (*en las semejanzas*) Item, idem. *Afeóselo bravamente su padre, y tambien sus emulos.* Hoc illi à patre vehementiùs exprobratum est, ab inimicis item. *Esta es la causa de que no haya tambien vandos en este Convento como en otras Comunidades.* Ita fit, ut non itidem hoc cœnobium, ut alia collegia, in partes distrahatur.

Tambien. (*en retorno*) Vicissim, invicem. *Hiérele tú tambien.* Invicem illum percute. *El hace burla de vosotros, y vosotros de él tambien.* Vos ab illo irridemini, & ipsi illum vicissim eluditis. §. *Tan bien.* (*dividido*) Tam benè, æquè. *Ojalá lo hicieras tu tan bien.* Utinam æquè bellè partes tuas ageres. *Tan bien lo sabes como yo.* Æquè tibi, ac mihi nota res est. Juxta mecum rem tenes.

Tambor. Vide *Atambor. El que le toca.* Tympanotriba, tympanista, æ.

Tamboril. Tympanum chorearum.

Tamboritero, ó tamborilero. Tympanotriba, æ. Choraules, æ.

Tamo. Situs, us. *El suelo está cubierto de tamo.* Pavimentum situ squalet.

Tampoco. Nec, etiam non. *Tampoco está en casa su padre.* Nec pater ejus domi est. Etiam pater ejus domo abest. *Tampoco puedo negar, &c.* Negare etiam non possum, &c. *Si tú no lo sabes, yo tampoco.* Juxta tecum, si tu nescis, nescio.

Tan poco. (*en las epifonemas*) Adeo non, adeo nihil, adeo nemo. *Tan poco caso hacian de él.* Adeo illum nemo curabat. *Tan poco es lo que presume.* Adeo nihil sibi arrogat. *Tan poco es lo que gustamos de su conversacion.* Adeo illius consuetudine non tenemur.

Tan, que. Adeò, ita, tam, ut. *Es tan malo de contentar, que en todo halla tachas.* Adeo morosus est, ut nihil usquequaque placeat. *Á veces es* Qui, *en lugar de* Ut. *Quién hay tan lince, que en tantas tinieblas no tropiece?* Quis es tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat? *No soy tan arrogante, que me tenga por el mayor hombre del mundo.* Non tam insolens sum, qui me Jovem esse existimem. Cic.

Tan, como. Tam, quam. Æquè ac, vel atque, &c. *Si fueras tan liberal como rico, tuvieras muchos amigos.* Si quàm copiosus es, & dives, tam esses etiam liberalis: si ut pecuniosus ita liberalis esses, si benignus esses æquè, ac dives, si munificentiam haberes divitiis parem, si munificentia perindè, ac divitiis præstares: si quod est tibi pecuniæ, esset & largitatis, multos paravisses amicos, multis utereris amicis.

Tan docto como el que mas. Tam doctus, quàm qui maximè, vel quàm qui doctissimus. Doctus, si quisquam alius.

Tan lejos está, de &c. Adeó non. Tantum abest, ut &c. *Tan lexos estuve de apartarle de su intento, que le animé á llevarle adelante.* Adeò illum ab incepto non deterrui, ut ad perficiendum firmaverim. *Tan lejos está de ser agasajo, que no hay cosa que mas canse, y enfade.* Tantum abest ab obsequio, ut nihil sit importunius, ac molestius.

QUANDO despues de Tan *se sigue* Que no, *se usa elegantemente de comparativo.* v. gr. *Ya habia pasado tan adelante, que no podia volver atrás.* Longiùs jàm progressus erat, quàm ut regredi posset. *Esto es tan claro, que no es menester explicarlo con exemplos.* Notius id, quàm ut exemplis illustrandum sit. §. *Quando no se sigue* Que, *ó* Como *despues de* Tan, *da el positivo fuerza, y valor de superlativo.* v. gr. *Quiero que me digas tú mismo, que eres tan arrogante, y tan enemigo mio, si te persuades, &c.* De te ipso homine arrogantissimo quæro, utrum tandem putes, &c. *Que traten de esta manera á un hombre tan de bien!* Siccine agi cum viro optimo!

Tan grande. Tantus, a, um. Tam magnus.

Tan grande como su padre. Æquè procerus, ac pater, quantus pater.

Tan solamente. Tantùm, dumtaxat, tantummodò, solùm. *Tan mal me parece lo*

lo que hice. Tantum scelus admisisse mihi videor.

Tantear. Metior, iris. Computo, as.

Tanto, tan grande. Tantus, a, um. *Otro tanto.* Tantundem, alterum tantum. *Tanto, y medio.* Sesquitantum, tantundem & semis. *Ni tanto ni tampoco.* Ne quid nimis, medium quiddam est tenendum. *Dar un tanto por la cosa.* Rem liceri, licitari.

Tanto por tanto. Æqua retributio, æqualis compensatio. *Mandó dar un tanto á cada uno.* Certam cuique mercedem constituit, designavit. *No es tanto, como dicen.* Neque tantus est in re, quantus est sermo. Cic.

Tanto. (adverb.) Tantopere, adeò. *Por qué temias tanto?* Cur tantopere timebas? *Sintiólo tanto, que.* Adeò commotus est, ut.

Tanto mas. Eò magis, eò plus. Tanto magis, vel plus. *En tanto mas, ó menos se vendió.* Tanto pluris, vel minoris veniit. *Tanto antes que éste viniese.* Tantò ante, quàm hic adveniret. *Tanto me hardás, que.* Eò me coges, aut compelles, ut.

Tanto. (tiempo) Tandiù. *Tanto ha que estudia, como tú.* Tandiù est quod studet, quandiu tu. *No ha tanto que murió, como tú dices.* Haud ita pridem mortuus est, quàm tu dicis. Vide *Quanto.*

Tantico. Tantullum, tantillum. *Tantico que baxes los ojos, hardán de las suyas,* Si tantulum oculos demiseris, præstò erunt insidiæ. Si tantillum, &c.

Tantico. (de tiempo) Tantisper. *Espera un tantico.* Tantisper expecta.

Tantos hombres. Tot, tam multi. *Tantas Ciudades.* Tot Civitates, tam multæ.

Tantos para contar. Calculi, orum.

Tantas veces. Toties, tam sæpè.

Tanda, ó tarea. Pesum, i. *Darle á cada uno su tanda.* Suum cuique pensum designare. *Vinole su tanda.* Vicem suam sortitus est. Vide *Turno.*

Tañer. Pulso, as. Vide *Tocar. El que las sabe, las tañe.* Tractent fabrilia fabri.

Tapar. Tego, is. Operio, is. *Tapar agujero.* Occludo, is. Obturo, as. *Muger tapada.* Mulier obvoluto capite. *Con esto le dió un tapaboca.* Hac ratione hominem stupefecit, loquacitatem ejus retardavit. His verbis hominem confecit, mutum & elinguem reddidit. Ad hæc obmutuit.

Tapa, tapador, ó tapadero. Operculum, i. *Tapon.* Obturamentum, i. *Al primer tapon, zurrapas.* In limine offendere. In portu impingere.

Tapete. Tapes, etis. Tapetum, i. *Empetado cuero.* Nigro colore obductum corium, atramento affectum.

Tapia. Paries formaceus.

Tapiar. Parietem terreum ducere, *vel* pariete terreo claudere, occludere. *Tapiado.* Pariete terreo clausus, occlusus.

Tapiador. Qui parietem terreum ducit.

Tapiales. Asseres, quibus paries terreus ducitur, formatur, conficitur.

Tapiz. Aulæum, i. Peristroma, tis.

Tapicería. Aulæa, orum. Peristromata, um. Peripetasmata, um.

Tapa en las cargas. Mercium involucrum, integumentum, superpondium.

Taracea, ó taraceado. Vermiculatum emblemma, segmentatum, tessellis eburneis, aut versicoloribus distinctum, variatum, exornatum, elaboratum.

Tarantula. Stellio, onis.

Tararira, voz de alegria. Evax.

Tarasca. Manducus. Larvata facies, puerorum terror. Lincanthropus, i.

Taravilla de molino. Citeria, æ. *Lengua de taravilla.* Citeria loquacior.

Taray. Mirica, æ. Tamarix, icis.

Tarazon. Pars secta piscis.

Tardar, ó detenerse. Moror, aris. Cunctor, aris. Cunctantiùs agere. Moras trahere, nectere. Moram facere. *Tardar en resolverse.* Tardiùs consilio expedire, cunctantiùs decernere. *Tardar un año en componerse.* Dum se comit, & comparat annus est. *Tarda mas en vencer.* Tardius superat. *Partirdse á mas tardar dentro de quatro dias.* Quatriduo ad summum proficiscetur.

Tardanza. Mora, cunctatio, tarditas, tis.

Tarde del dia. Vesper, eris. Vesperus, i. Vespera, æ. Vespertinum tempus. *Por la tarde.* Vesperi, vespere, vesperti-

ino tempore. Flexo in vesperam die. *Á la tarde le alcanzarán.* Ad vesperam illum consequentur. *Estuvose en la taberna hasta la tarde.* Perpotavit ad vesperum. *Hacese tarde.* Vesperascit, advesperacit.

Tarde. (*adverbio*) Serò. *Tarde, ó temprano hemos de morir.* Seriùs, aut ocyùs moriendum nobis est. *Tarde piache.* Sera in fundo parsimonia. Serò experrectus es. *Mas vale tarde que nunca.* Nulla ad bonos mores sera vita est. *Tarde será eso.* Ad Kalendas Grecas. Cum mula pepererit. *Mientras mas tarde, peor.* Echinus parturiens malo suo cunctator.

Tardia cosa. Serotinus, serus, tardus.

Tardo. Tardus, lentus, ignavus, piger.

Tardon. Cunctator, oris.

Tarea. Pensum, i. *Dar tareas.* Imperare pensa. *Cumplir, ó acabar la tarea.* Pensum absolvere, peragere, conficere. *Pedir cuenta de ella.* Pensum exigere. *Atareado.* Penso affixus.

Tarima. Suppedaneum tabulis compactum. Solum contabulatum.

Tarja, moneda. Dupondius, vel dipondium cum dimidio teruntii.

Tarjeta. Pelta, æ. Parma, æ. *Pintada targeta.* Emblemma, tis.

Tarro, vaso de ordeñar. Mulctra, æ.

Tarta. Placenta, æ. Scribilita, æ.

Tartago, yerva. Lathyris, cataputia. *Dar á uno tártago.* Vexo, as. Exagito, as.

Tartajoso, ó tartamudo. Balbus, blæsus. *Tartamudear.* Balbutio, is. Titubo, as. Hæsito, as. Hæsitantibus verbis loqui.

Tartana. Linter Indicus.

Tartarabuelo. Tritavus, is. *Tartarabuela.* Trittavia, æ. *Tartaranieto.* Trinepos, tis.

Tartaranieta. Trineptis, tis.

Tarugo. Subscus, udis.

Tasajos. Carnis salitæ frusta.

Tasar, ó apreciar. Taxo, as. Æstimo, as.

Tasa. Taxatio, æstimatio, nis. Pretium mercibus præscriptum. *Tomé la heredad por lo que se tasó.* Prædium in æstimatione accepi. *Tasacion.* Vide *Tasa.*

Tasador. Taxator, æstimator, oris.

Tascar el freno. Frænum mandare, mordere.

Tascas, ó tascos de lino. Lini purgamenta, tomentum. Acus, eris.

Tatarabuelo. Vide *Tartarabuelo.*

Tate. Manus abstinere.

Tavaque. Fiscella, æ.

Tavardillo. Morbus tabificus. Febris æstuans, pestilens.

Taz á taz. Æqua permutatio.

Taza para beber. Patera, æ.

Taza de fuente. Crater, eris. Labrum marmoreum.

Tazmia. Vide *Parte*, y *porcion.*

T ANTE E.

Tea de pino. Tæda, æ.

Teatro. Theatrum, i.

Techo. Tectum, i. *Á teja vana.* Simplex tectum. *De tablas.* Tectum tabulatum. *Á modo de bobeda.* Testudineatum fornicatum. Testudo, camera. *De zaquizami.* Lacunar, laqueatum tectum. *Techar la casa.* Domum tegere, tectum illi imponere.

Techo de paja. Culmen, stramineum tectum.

Techumbre. Tectum, i.

Teclas. Manubria epistomiorum. *No hay tocarle esta tecla.* Ab ea sententia valdè abhorret. Ad hæc audita excandescit, tumidas erumpit in iras. *Huelgome que hayas tocado esta tecla.* Gaudeo te hanc materiam tetigisse, hunc sermonem intulisse.

Teja. Tegula, æ. *Tejero.* Tegularum figulus. *Tejar.* Calcaria fornax.

Tejar la casa. Domum tegulis munire.

Tejado. Tectum imbricatum, tegulaneum. *De pizarras.* Tectum scandulare, sectilibus è saxo laminis constans. *Tejado llano.* Tectum compluviatum. *De dos vertientes.* Tectum pectinatum, displuviatum, utrinque devexum, divortio quodam hinc inde pluviam demittens. *De quatro vertientes.* Tectum testudineatum. *Quien tiene el tejado de vidrio, no tire al de su vecino.* Monendus ne moneas. Qui alium accusat, à reprehensione abesse debet.

Teja, *arbol*. Tilia, æ.

Tejo, *arbol*. Taxus, i. Vide *Texo*.

Tejo con que juegan. Discus, i. *Jugar al tejo*. Ludere disco. Vide *Rejo*.

Tela. Tela, æ. *Urdir la tela*. Telam exordiri. *Destexerla*. Telam retexere.

Tela de la carne. Membrana, æ.

Telas del celebro. Cerebri membranæ. *De los ojos*. Oculorum tunicæ. *Del corazon*. Præcordia, orum.

Tela de juicio. Ordo judicii. *Pasar una cosa por tela de juicio*. Rem ordine juris in judicio examinari.

Tela donde se justa. Palæstra, æ. *Mantener tela*. Vide *Mantener*.

Telar. Textrina, æ. *Donde se arrolla la tela*. Jugum, i.

Telaraña. Aranearum tela.

Tema, *ó porfia*. Pervicacia, contumacia, æ. *Tomar tema con alguno*. Rebus alicujus de industria obtrectare. *Cada loco con su tema*. Suum cuique studium maximè probatur.

Tema del sermon. Thema, tis. Propositum. *Este fue el tema de mi sermon*. Hinc orationis initium duxi. Ab hac sententia exorsus sum. Hoc in primis probandum, hoc in omnium animis imprimendum curavi.

Tematico, *ó temoso*. Contentiosus. Judicii sui tenax, pervicacisque sententiæ.

Temblar. Tremo, is. Contremo, contremisco, is. *Temblar de frio*. Frigore horrere. *Yo le tiemblo*. Ego illum pertimesco. *Á todos tiembla la barba*. Omnes exitum perhorrescunt. Mars communis, & omnibus timendus. Se invicem contuentes mutuo metu tenentur. *Llegó temblando á donde yo estaba*. Accessit ad me tremens.

Temblador. Tremori obnoxius, tremens.

Temblor. Tremor, oris. Trepidatio, horror.

Tembladura. Argenteus crater tenuis.

Temer, *tener miedo*. Timeo, metuo, is. Trepido, as. Formido, as. Pavesco, is. *Temer horriblemente*. Exhorresco, expavesco, perhorresco. *No la hagas, y no la temerás*. Nihil timent, qui nihil commiserunt.

Temer, *ó recelarse*. Vereor, eris. *Temo no se te pegue algo de sus malas mañas*. Timeo ne quid tibi ex pravis ejus moribus accedat. §. *Quando tememos lo que deseamos, se dice*: Timeo ut, vel timeo ne non. *Temo que no has de poder*. Timeo ut possis, vel ne non possis. *Temo que no ha de contentarse con esto*. Vereor, ut hoc contentus sit. §. *Con romance de infinito*. Temer es no atreverse. *Temo decirselo*. Vereor dicere. *Por qué he de temer entrar?* Cur introire timeam? Cur ingredi dubitem?

Temor. Timor, metus, us. Formido, inis. Pavor, trepidatio. *Sin temor*. Impavidè, intrepidè. *Sin temor de castigo*. Pœnæ securus. *Sin temor de caer en la privanza*. Potentiæ securus. *Lo que menos pensé, me causa mas temor*. Unde minimè verebar, incessit me timor. Animum à minore cura ad summum metum traduxi. *No me dexa el temor hablar*. Metu lingua torpet. Timor præpedit dicta linguæ.

Temoroso. Vide *Medroso*. *Temeroso de Dios*. Religiosus vir, timens Deum.

Temido. Formidatus. *Digno de ser temido*. Formidabilis, tremendus, horribilis, pertimescendus, horrendus.

Temerario. Temerarius, præceps, itis.

Temerariamente. Temerè, inconsideratè, inconsultè.

Temeridad. Temeritas, tis. *Temeridad tan grande, que casi parece locura*. Tanta temeritas, ut non procul abhorreat ab insania. Cic.

Temperamento. Temperamentum, i. *De metales*. Temperatura, æ. Vide *Temple*.

Tempero. Temperies, ei. Temperamentum, i. Tempestivus humor terræ.

Tempestad. Tempestas, procella, æ. *Levantarse grande tempestad*. Adversam, atrocem, gravissimam tempestatem commoveri, concitari, excitari, exoriri; atram, diram, turbulentam tempestatem insurgere, conflari, ingravescere, sævire. *Brava tempestad viene sobre nosotros*. Turbida, ac dira tempestas nobis imminet, impendet.

Padecimos horrible tormenta. Sævissimis fluctibus classis jactata, concussa, conflictata est. Gravissima tempestate cla-

classis quassata, agitata est, tantum non fluctibus submersi sumus, pænè nos fluctus absorbuerunt.

Tempestuoso. Turbulentus, procellosus.

Templar. Tempero, as. *Templar el enojo.* Sibi in ira temperare. Dolori, & iracundiæ parcere. *Templar la vihuela.* Citharæ fides ad concordiam adducere, distendere. Chordarum voces ad concentum revocare, ad numerum intendere.

Templarse en la comida. Sibi in cibo temperare, moderari. Frugalitèr, & parcè vesci. Tenui victu contentum esse. Ab omni luxu in cibo abhorrere. *Templarse el calor.* Calor mitescit, æstus remittit.

Templado. Homo frugi, temperatus, moderatus. *En la comida.* Parcus, frugalis, cibi parcissimus, cibi abstinentia singularis, ac mirabilis. *Templado en beber.* Sobrius.

Templadamente. Temperatè, temperanter. *En comer, y beber.* Parcè, frugaliter, sobriè. Frugalitate eximia.

Templanza en comer. Temperantia, parsimonia, frugalitas. *En beber.* Sobrietas, tis. *La templanza consiste en dexar los deleytes superfluos.* Temperantia constat ex prætermittendis voluptatibus. Cic.

Temple, ó clima. Cœli temperies. *Buen temple de tierra.* Benigna Cœli temperies. Cœli salubritas. Cœlum salubre. *Mal temple.* Cœlum grave, insalubre, crassum, pestilens, incommodum.

Temple de colores. Harmoge, es. Commissura colorum. *De metales.* Temperatura, æ. *Estar de buen temple.* Soluto, atque hilari animo esse. *No está de temple, que guste de oir eso.* Non sic affectus est, ut æquis auribus hæc accipiat. *Ninguno está de temple á todas horas.* Nemo quisquam omnibus horis sapit.

Templo. Templum, i. Ædes, is. Basilica, æ. *De gentiles.* Fanum, delubrum, i.

Temporada. Tempus non diuturnum, ut trimestre spatium plus minus. *Á temporadas.* Certis temporibus. Per intervalla.

Temporal recio. Ventus procellosus.

Temporal cosa. Temporarius, temporalis. *Temporales bienes.* Bona caduca, fugacia, peritura. *Temporalidades.* Commoda, utilitates.

Temprana cosa. Præveniens, præproperus, a, um. *Fruta temprana.* Precoces arborum fructus. Præcoquus, a, um. *Temprano.* In tempore, tempore, per tempus, vel præproperè, ante tempus. *Es muy temprano.* Nondum tempus advenit, intempestivum est.

Tenacidad. Tenacitas, atis.

Tenacillas. Vide *Pinzas.*

Tenazas. Forceps, ipis.

Tenazmente. Tenaciter.

Tenca, pez. Tinca, æ. Merula lacustris.

Tender. Tendo, is. Extendo. *Por varias partes.* Distendo, is. *Tender para tapar algo.* Obtendo, is. *Tender la pierna.* Otiari, & spatiari.

Tendal de popa. Puppis opertorium.

Tendero. Tabernarius, ii, institor, is.

Tendera. Tabernaria mulier.

Tenebroso. Tenebrosus, obscurus.

Tenencia. Vicarii munus in bello.

Tener en su poder. Habeo, es. *En la mano.* Teneo, es. *Aqui te tengo, no te me irás.* Teneo te, non effugies. *Tener algo por bien.* Ratum aliquid facere. *Quién hay que no lo tenga á bien?* Quis est, qui non boni consulat? Qui non probet? *Tengole por sospechoso.* Suspectus mihi est.

Tener á uno en mucho. Magni aliquem facere, ducere, æstimare. *Tengole por hombre de bien.* Virum bonum, & integrum illum esse censeo. *Tienese en mucho.* Nimium sibi sumit, arrogat, tribuit. Nimium sibi placet, se effert. Immodicus sui æstimator est. *Tener en poco.* Parvi pendere. Pro nihilo divitias præ virtute habere, ducere, putare.

Tener algo á mal. Aliquid vituperare, vitio vertere, dare crimini, loco criminis objicere, in maledicti loco ponere. *Tuvosele esto á liviandad.* Levitati hoc illi datum fuit, levitatis idcirco insimulatus est, levitatis nomine male audivit. *Tengolo por entretenimiento.* Id mihi voluptatis loco est.

Ten cuenta con esto. Hoc tibi curæ sit. In hanc curam incumbe. *No tengais cuenta*

ta con lo que dice el vulgo. De vulgi rumoribus nihil labores. Quid vulgus sentiat, aut quæ sit ejus opinio, nihil cures. Quid vulgus probet, aut improbet, noli quærere. Turpe est sapientem ab insipientium pendere sermone. Varium, & mutabile vulgus contemne. *Tiene lo verdadero por falso.* Vera pro falsis damnat. *Tengo para mi, que es asi.* Id mihi certum est. Hoc ita esse, pro certo habeo.

Tenerse en buenas. Constantem, & integrum se præbere, præstare. *Tenerselas tiesas.* Fortiter alicui resistere, nec loco cedere, nec sede moveri. Consiliis, & captionibus alicujus occurrere. *No las tiene todas consigo.* Non omnino metu vacat. Nonnihil sollicitudinis illi accessit. Adhuc timet, horretque, quibus hæserat, ungues. *Tenganse á la Justicia.* Sistite, quicumque estis, magistratus imperat.

Tener algo de repuesto. Subsidio aliquid habere. *Ahora tenemos eso?* In portu naufragium? In limine deficis? *Tienesme por mentecato?* Mihi stulti, & inepti personam imponis? Stultum me credis?

Tener respeto á uno. Honorem alicui habere. Hominem vereri, colere, observare. *Tener necesidad.* Egeo, indigeo. Opus est mihi nummis. *Tener hambre, y sed.* Esurire, & sitire. *Tener lastima, ó compasion.* Misereor, commisereor, eris. *No tienen que perder.* Nihil præter animam possident. Res illos jam pridem, fides deficere nuper cœpit.

Tenerias. Coriaria officina.

Teniente. Vicarius, ii. Qui alterius vicem gerit. *Teniente de Corregidor.* Proprætor, oris. *Teniente de á caballo.* Equitum Commissarius. *De Capitan General.* Legatus, i.

Tenencia de cargo. Vicaria potestas. Vicarii munus, officium.

Teniente de oidos. Vide *Teniente.*

Tenor. Tenor, oris. Ordo, forma. *Dos cartas he recibido tuyas de un mismo tenor.* Binas è te litteras accepi eodem exemplo. *Guarda el tenor de la vida, que tenias desde niño.* Eum vitæ ordinem tene, quem à puero instituisti.

Tenor en la musica. Vox media.

Tentar. Tento, as. Pertento, as. *No me tientes de paciencia.* Noli patientiam meam cum periculo experiri. Cave iram meam concites, & malo tuo suscites. *Á quien no tentará esto?* Quem non commoveant ista? Quis ita sui compos est, ut his non commoveatur? Cui mentis tanta potestas, ut his non turbetur?

Tentado estuve de decirsela en su cara. Minimum abfuit, quin hoc illi exprobrarem. Impetus me cœpit tenacitatem illi exprobrandi. Suggerebat animus, hoc illi vitium objicerem. *Es muy tentado á este vicio.* Homo est huic vitio misere obnoxius.

Tentar antes. Prætento, as.

Tentar el vado. Vadum tentare. Fluminis altitudinem metiri, explorare.

Tentacion. Tentatio, nis. *De carne.* Carnis blandimenta, illecebræ. Conflictus, & pugna, quò blandior, eò periculosior. *En los mayores aprietos de la tentacion favorece Dios al que le llama.* In magnis tentationis angustiis, ac tenebris nutanti Deus vocatus adest.

Tentador. Tentator, incitator, oris.

Tentativa. Experimentum, periclitatio, tentamentum. Vide *Prueba.*

Teñir. Tingo, inficio, imbuere colore lanam. *Teñido.* Tinctus, madidus, infectus, imbutus sanguine.

Tenuta de algo por justicia. Vindiciæ, arum. *Dar á alguno la tenuta.* Vindicias alicui dare, decernere.

Teólogo. Theologus, i. *Teologia.* Theologia, æ.

Tercero en orden. Tertius, a, um.

Tercera vez. Tertiò. *Tercera vez vino á mi casa.* Tertiò ad me venit. *Tercera vez Consul.* Tertio Consul.

Tercero en deposito. Sequester, tri, vel sequestris. *Que soborna por otro.* Sequestris in corrumpendo judicio. *Tercero en negocios.* Internuntius, ii. *Por tercera persona lo trató conmigo.* Per internuntium mecum egit.

Tercera en amores. Lena, æ.

Terceria en amores. Lenocinium, ii.

Terciar entre algunos. Se interponere. Caduceatorem agere apud aliquos. *En materia de amores.* Lenocinor, aris. *Amigos, que me hagais buen tercio en este negocio.* Deprecatoris officium pro me

uscipias velim, & partes, pacemque oncilies.

Terciar la lanza. Hastam mediam capere, apprehendere, ut conjicias. *Terció la capa al brazo.* Contorto pallio brachium clypeavit.

Terciar las tierras. Tertio agros arare.

Terciado. Ensis, brevior, & latior.

Terciana. Tertiana febris. *Doble.* Hemitritæus. *Hoy fue menor la terciana.* Tertiana hodie levior accessit.

Tercio de cargar. Sarcina, æ. *El postrer tercio de la vida.* Postremus vitæ actus.

Es un tercio mas, y mayor. Tertia parte major. *No me hagais mal tercio.* Ne officias meis commodis.

Tercio de exercito. Legio, nis.

Terciopelo. Villosum sericum.

Terco. Obstinatus, contumax, acis.

Terquedad. Obstinatio, contumacia, æ.

Terquear. Vide *Porfiar.*

Tericia. Regius morbus. Aurigo, inis.

Terliz. Trilix, icis.

Termino. Terminus, finis, limes, tis.

Termino de carrera. Meta, æ.

Termino, ó modo. Ratio, inis. *Es eso termino de hombre de bien?* Hæccine est honesta ratio agendi? *Llegó la discordia á terminos, que &c.* Eò discordiæ ventum est, ut. *Dicelo con buenos terminos.* Rem optimè explicat, aptissimis verbis exprimit.

Terminos de audiencia. Prorogationes causæ ad litem comprobandam. *Termino perentorio.* Decretorius terminus, peremptorius, ultimus. *Cosa sin terminos.* Interminus, interminatus, infinitus.

Terminar. Termino, as. Finio, is.

Terminacion. Dictionis extremum.

Ternera. Vitula, æ. Juvenca, æ. *Comer ternera.* Vitulina carne vesci.

Ternero. Vide *Becerro.*

Ternilla. Cartilago, inis.

Ternillero. Cartilaginosus, a, um.

Terno rico. Ornamenta sacra aurea.

Ternura. Teneritas, tis. Vide *Tierno.*

Terrado. Superior pars domus. Tectum scandulare, terreum.

Terraplenar. Terra locum munire.

Terremoto. Terræ motus, tremor.

Terreno. Terrenus, terrestris, e.

Terrero de mimbres. Corbula, æ. *Tirar á terrero.* Scopum jaculis petere. *Estar hecho terrero de necios.* Stultorum conviciis obnoxium esse.

Terrible. Terribilis, horribilis, formidabilis, ferox, horrendus. *Terribilidad.* Ferocitas, ferociæ, æ.

Terror. Terror, oris. Vide *Espanto.*

Territorio. Jurisdictionis tractus. Territorium.

Terron. Gleba, æ. *Destripaterrones.* Durus arator. Occator, oris.

Terruño. Terræ conditio, qualitas.

Terso. Levis, tersus, politus.

Teso. Collis exiguus, terræ grumus.

Teson. Contentio in re ardua. *Tomólo con tanto teson, que.* Tantam contentionem adhibuit, tantopere contendit, ut. Vide *Empeño.*

Tesoro. Thesaurus, i. Gaza, æ. *Tesoro público.* Ærarium, ii. Gazophilacium. *Tesorero.* Præfectus ærarii. Tribunus ærarii. Quæstor, oris. *Tesorería.* Quæstura, æ. *La casa de ella.* Quæstorium, ii.

Testa. Vide *Cabeza.*

Testador. Testator, oris.

Testamento. Testamentum. *Abierto.* Testamentum nuncupatum, sine tabulis. *Cerrado.* Testamentum scriptum, deforis obsignatum. *Escribirle.* Testamentum componere, conscribere, in ordinem redigere.

Testar, ó hacer testamento. Testor, aris. Testamentum condere, facere. *Abrir el testamento.* Testamentum rumpere, resignare. *Falsearle, hacer testamento falso.* Testamentum supponere, subjicere. Falsum testamentum supponere. *Poniendo heredero falso.* Supposito hærede, falsum testamentum obsignare. *Falseador de testamentos.* Testamentorum subjector. Testamentarius, ii. *Mandar algo en el testamento.* Testamento aliquid cavere. *Dexar, ó hacer manda en testamento.* Aliquid testamento legare, relinquere. *No cumplir el testamento.* Testamentum negligere, legata non exequi, non solvere. *Revocar, ó anular el testamento.* Testamentum rescindere, improbare, mutare, irritum facere. *Morir sin*

sin testamento. Intestato mori, intestatum decedere.

Testamentario. Testatoris defuncti vicarius in suprema ejus voluntate exequenda.

Testarada. Arietatio, nis.

Testarudo. Cerebrosus, capito, nis.

Testera. Pars anterior.

Testificar. Testificor, aris. Testor, aris. Dicere pro testimonio.

Testigo. Testis, is. *Fidedigno.* Summæ auctoritatis, & fidei testis, incorruptus, religiosus, optimus. *Abonado.* Locupletissimus, & certissimus testis. *Falso.* Græcæ fidei testis, falsus. *Sobornado.* Mercenarius, corruptus, domesticus, conductus. *Testigo de vista.* Oculatus testis. *Nombrar, ó poner á uno por testigo.* Testem aliquem dare, adhibere, appellare. Vide *Presentar.*

Testigos contestes. Qui eadem testantur. *Probarlo con testigos.* Testibus planum facere aliquid. *Refutar, ó desacreditar los testigos.* Testes infirmare, testimonia elevare. *Quedar convencido por los testigos.* Jacere testibus. *Seanme testigos.* Vos, qui adestis, attestor, vos apello testes.

Testimonio. Testimonium, ii. *Gran testimonio de su virtud.* Insigne virtutis ejus elogium. *Dar testimonio.* Testimonium dare, reddere, perhibere, tribuere. *Levantar testimonio á la ley.* Ingenii calumnia legem ludificari. *Levantanme un gran testimonio.* Commentitio crimine me petunt, scelus in me invidiosè comparant, conferunt. Calumniis me opprimere conantur.

Testo, ó texto. Textus, us. *Ponderar el testo.* Textum expendere, amplificare.

Teta. Mamma, æ. Uber, eris. *Tetas retesadas.* Ubera distenta.

Teta. Mamilla, æ.

Tetuda muger. Mammosa mulier.

Texer. Texo, is. Contexo, is. *Texer, y destexer.* Penelopes tela. *Texido de muchos colores.* Polymitus, a, um.

Texedor. Textor, oris. *De seda.* Sericarius. *De tapices.* Polymitarius. *Labor de lo texido.* Textura, æ. *Lugar donde se texe.* Textrina, æ. Textrinum, i.

Texedora. Textrix, icis.

Texo, arbol. Taxus, i. Smilax, acis.

Texón, animal. Vide *Tasugo.*

Tez de rostro. Oris superficies.

T ANTE I.

Tia, hermana del padre. Amita, æ. *Hermana de madre.* Matertera, æ.

Tiara. Tiaras, æ, vel tiara, æ.

Tibia cosa. Tepidus, a, um. *Hombre tibio.* Segnis, remissus. *Tibiamente.* Segniter, remissè, languidè, frigidè.

Tibieza. Tepor, oris. *Tibieza de espiritu.* Remissio, languor animi.

Tiburón. Cetus, i.

Tiempo. Tempus, oris. *Buen tiempo para navegar.* Idonea ad navigandum tempestas, egregia, secunda, serena. *Mal tiempo.* Adversa tempestas, frigida, turbida, turbulenta. *En mal tiempo vino,* Alieno tempore venit, accessit. *Tiempo trabajoso.* Miserum, & luctuosum tempus. *En nuestro tiempo, y de nuestros padres sucedió esto.* Nostra patrumque memoria hoc accidit, contigit, evenit. *A buen tiempo.* Opportunè, tempestivè, opportuno tempore. *No vanis á tiempo.* Non sanè in tempore venis.

Trabajosos tiempos son estos. Miserrimus est horum temporum status. Tristia & calamitosa hæc tempora sunt. Adversa, dura, iniqua, infelix, misera temporum conditio.

Acomodarse al tiempo. Tempori cedere. Necessitati parere. Ad tempus consilia accommodare, temporis rationem habere. Servire scenæ. Fortunæ vices ferre. Tempus in rebus agendis, quasi ducem, sequi.

Tiempo vendrá en que se descubra todo. Veniet aliquando tempus, cum oculta pateant. Erit, aderit, illucescet aliquando dies illa, cum illustrentur omnia.

El tiempo lo cura todo. Nullus tantus dolor est, quem non molliat, ac minuat ipsa dies. Nullus tantus mœror est, quem non vetustas evellat, atque abjiciat ex animo. Adversæ fortunæ acerbitas tempore lenitur. Nulla doloris tanta vis est, quæ non tempore decrescat, elangueat, remittat, deficiat.

El tiempo lo hace, y lo deshace todo.

Tem-

Tempus omnia fert, & aufert. Tempore omnia crescunt, & decrescunt. *Mucho enseña el tiempo:* Tempore cautiores, & prudentiores efficimur.

En abriendo el tiempo. Cum cœlum nudum, ac serenum erit. Cum clara tempestas adsit. *Dexaslo acaso por el mal tiempo?* An tempestas te continet?

No podemos navegar por mal tiempo. Anni tempore navigatione excludimur. Nobis per tempus navigare non licet. Turbulenta tempestas, & vis hyemis navigationi obstat. Ventus vehemens, & atrox nos à navigando deterret.

Por falta de tiempo lo dexamos. Angustiis temporis excludimur. *A mal tiempo vienes.* Intempestivus ades, intempestivè accedis, tempore minimè opportuno. *No me dieron tu carta á tiempo.* Neque loco, neque tempore tua epistola reddita mihi est.

Tienda de campaña. Tentorium, ii.

Tienda donde se trabaja. Officina, æ. *Donde se vende.* Taberna, æ. *De especiero.* Taberna aromatibus instructa. *De platero.* Aurificina, argentaria. *De ollero.* Figulina, & Figlina, æ. *De zapatero.* Sutrina, æ. *De barbero.* Tonstrina, æ. *De librero.* Taberna libraria. *De aceyte, y vinagre.* Taberna utensilium, rerum vilissimarum. *Hacer tienda de algo.* Venale aliquid proponere, prostituere, habere. *Quien tiene tienda, que atienda.* Tuum tu negotium gere.

Tienta de Cirujano. Specillum vulnerarium. *Andar á tientas.* Incerto pede tentare vestigia.

Tiento en lo que se hace. Attentio, nis. *Id con tiento en este negocio.* Intentè ac pedetentim hoc age. *No tiene tiento en lo que hace.* Temerè, & inconsultè res gerit.

Tiento, ó prueba. Tentamentum, tentatio. *Dale un tiento á ver como lo toma.* Tenta eum, si fortè æquo animo accipiat. Explora, quo animo affectus sit. *Dar otro tiento.* Retento, as.

Tierno. Tener, a, um. Mollis, e. *Tiernecico.* Tenellus. *Tiernamente.* Tenerè. *Tiernamente le ama.* Medullitùs illum amat. *Ternura.* Teneritas, teneritudo, nis. *De corazon.* Vide *Compasion.*

Tierra. Terra, æ. Humus, i. Tellus, uris. *Es de mi tierra.* Popularis meus est, civis meus, conterraneus meus. Unum, & idem est utriusque nostrum natale solum.

Tierra de pan llevar. Ager, gri. *Arada para sembrar.* Arvum, i. Ager novalis. *Tierra desvirtuada, cansada.* Effœtus ager. Solum effœtum. *La que se siembra cada año.* Ager restibilis. *Tierra, que pecha.* Ager vectigalis, decumanus. *Tierra pedregosa.* Ager ruderatus. *De hijada, ó esteril.* Solum macrum, & exile. Glabreta, orum. *Tierra sembrada.* Seges, etis. Sata, orum.

Tierras quantas veas. Terrarum quantum milvus oberret. *Echarle tierra.* Rem silentio tegere, obliterare. *Sacarle he de debaxo de tierra.* Ab inferis excitabo. *Pecho por tierra le obedecerémos.* Promptò, & submisso animo obsequemur. *Andar de tierra en tierra.* Vagabundum oppidatim errare. Varias regiones peragrare. Provincias pedibus obire. *Ganar tierra.* Referre pedem, deficere, in pejus ruere. *Dió con todo en tierra.* Plaustrum perculit. Omnia vertit.

Tieso. Fortis, durus. *Tieso, espetado.* Rigidus. *Tenerselas tiesas.* Fortiter, ac viriliter alicui resistere, repugnare.

Tiesura. Statura rigida.

Tiesto. Vas testaceum pro floribus.

Tildar á uno. Nomen ejus delere, abolere, ex albo eradere, expungere.

Tilde. Litteræ apex. *Averiguar hasta las tildes.* De apicibus juris disceptare.

Tilla de la nave. Pergula. Fori, orum.

Timbre, ó tymbre. Conus galeæ.

Timido. Meticulosus, timidus.

Timidamente. Timidè, pavide.

Timon del carro. Temo, nis. *Del navio.* Clavus, i. Gubernaculum, i.

Tina de madera. Tina, æ. *De tintoreros.* Cortina, æ. Tinctorium ahenum.

Tinada, ó tenada de leña. Lignorum strues.

Tinaja. Dolium, hidria, æ. Cadus, i.

Tinelo. Cœnaculum servorum.

Tiniebla. Tenebræ, arum. Caligo, inis.

Tiniente, ó teniente de oidos. Surdaster, tri.

Tino. Peritia in agendo. *Perder el tino.*

no. Aberrare, à via recta discedere.

Tiña. Achores, um. Tinea capitis. Manantia capitis ulcera. *Tiñoso.* Capitis ulcusculis horridus.

Tinta. Attramentum, i. *Tintero.* Attramentarium, ii. *Quedósele esto en el tintero.* Oblitus est id scribere.

Tinte. Tinctura, æ. Coloris infectio. *No está de ese tinte.* Non est hoc animo affectus. *Tintes, lugar donde se dan.* Tinctoria officina. *Sobre negro no hay tintura.* Niger color nullo colore deletur.

Tintorero. Infector, oris.

Tio, hermano de padre. Patruus. *Hermano de abuelo.* Patruus major. *Tio, hermano de madre.* Avunculus. *Hermano de abuela.* Avunculus major.

Tiple. Incentor, oris. Vox acuta.

Tira, ó vanda. Vitta, æ.

Tirabraguero. Subligar, aris. Subligaculum ad comprimendam herniam.

Tiramira. Prælongum intervallum.

Tirano. Tyrannus, i. *Matador de tirano.* Tyrannicida, tyrannoctonus, i.

Tirania. Tyrannis, idis. Crudelis, aut injusta dominatio. *Tiranicamente.* Tyrannicè, crudeliter.

Tiranizar la república. Remp. servitute premere, tyrannicè opprimere, oppressam tenere, crudeliter vexare. Sævè, aut injustè in suos dominari.

Tirar. Jacio, is. Abjicio, conjicio, is. Jaculor, aris. Contorqueo, es. Lapide aliquem petere, lapidem in illum mittere. *Tirar cocas.* Calcitro, as.

Tirar ácia sí. Traho, retraho, adduco, is. *Tirar las riendas.* Habenas adducere, contrahere.

Tirar á matar. Jugulum petere. Vitam alicujus appetere. *Ya sé á qué tiras.* Scio quid petas, quò tendas. Novi petitiones tuas. Quò spectes video, & in quem scopum collimes. *No me tira eso.* Nihil ista me movent, nec capior his illecebris. *Tirabas á engañarme.* Tragulam in me injicere voluisti. Fraudem mihi adornabas, insidiis me petebas.

Tirador. Jaculator, oris.

Tirante cosa. Contentus, a, um. *Tener el arco tirante.* Contentum arcum habere.

